This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google



Digitized by Google

D
113
.M3
1738

NON
CIRCULATING

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ANTONII MATTHÆI

VETERIS ÆVI

ANALECTA.

TOMUS TERTIUS.

Digitized by Google

Digitized by Google

VETERIS ÆVI ANALECTA

SEU

VETERA MONUMENTA

HACTENUS NONDUM VISA.

QUIBUS CONTINENTUR SCRIPTORES VARII

QUI PRÆCIPUE

Hiſtoriam Univerſalem, Expeditiones in Terram Sanctam, Res Germaniæ, Gelriæ, Hollandiæ, Ultrajecti, Friſiæ, tam Occidentalis, quam Orientalis, & Groningæ; ut & Geſta Equeſtris Ordinis Teutonici, Dominorum de Brederode, de Culenburch, & de Arckel,

MEMORIÆ PRODIDERUNT:

PRÆTEREA

Itineraria, Teſtamenta Vetera, & Doctorum Virorum Epiſtolæ.

Primus in lucem edidit adjectis Obſervationibus ſuis

ANTONIUS MATTHÆUS

Quondam Juris in Illuſtri Academia Lugduno-Batava Anteceſſor.

EDITIO SECUNDA.

Cui accedunt Editoris Notæ, ejuſdemque Indices accurati & locupletes.

TOMUS TERTIUS.

HAGÆ-COMITUM,

Apud GERARDUM BLOCK.

M. DCC. XXXVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

Ref. St.
Bergersdijk
2-2-28
15992

CATALOGUS AUCTORUM

qui hoc Tomo Tertio continentur.

Hic incipit Tomus Quintus Analectorum prioris editionis in 8.

JOANNIS DE BEKA, *Canonici Ultrajectini* CHRONICON, *jam ante Reformationem versum Belgice ab* ANONYMO, *qui & passim non pauca addidit, & ubi Beka desiit res gestas porro est persecutus usque ad Comitem Hollandiæ* PHILIPPUM BURGUNDUM, *& Episcopum Trajectensem* RUDOLPHUM VAN DIEPHOLT; *cum Notis & Observationibus A. Matthæi.* *Pag.* 1.

Hic incipit Tomus Sextus Analectorum prioris editionis in 8.

FUNDATIONES & FATA *sacrarum aliquot ædium in Hollandia, Zelandia, Gelria, Frisia.* *Pag.* 425.

BRUNONIS FABRICII *Historia Abbatum monasterii Sanctorum Petri & Pauli, quod Paterbornæ, vulgo Abdinchof.* *Pag.* 515.

SIBRANDI LEONIS FRISII *Vitæ & res gestæ Abbatum in Lidlum ab Ann.* 1132. *usque ad Ann.* 1575. *Pag.* 537.

ZUE-

Digitized by Google

ZUEDERI *de* CULENBURCH *ex Dynastis de Culenburch Origines Culenburgicæ.* *Pag.* 589.
ORDINUM *seu trium* STATUUM *Trajectensium & cis & trans Isalam contra* PAPAM *libellus, & cur Imperium abrogarint Zuedero van Culenburch Episcopo Trajectensi.* *Pag.* 630.
SERVII GRAMMATICI *Glossæ Græco-Latinæ.* *Pag.* 657.
ANONYMI CHRONICON *diversorum gestorum.* *Pag.* 679.
ADRIANI *Papæ* VI. PETRI SCRIVERII, IO. ISACII PONTANI, *Aliorumque, quæ variam doctrinam continent, epistolæ aliquot.* *Pag.* 685.
VETUS JUS TRANSISALANICUM *seu* LEGES *Transisalanis latæ à Iohanne de Vernenburch Episcopo Trajectensi.* *Pag.* 759.

HIC

Digitized by Google

HIC INCIPIT

ANTONII MATTHÆI

ANALECTORUM

TOMUS QUINTUS

PRIORIS EDITIONIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLUSTRI

NOBILISSIMO, & AMPLISSIMO

VIRO,

D. D. NICOLAO WITSEN,

URBIS AMSTELODAMI DECIMUM

JAM CONSULI,

Ordinum Hollandiæ,

& Senatus Ordinum perpetui,

qui Hagæ Comitis,

ASSESSORI,

Ad Regem Magnæ Britanniæ WILHELMUM olim LEGATO,

Curandis rebus & constituendis Societatis Indiæ Orientalis

PRAEFECTO,

Αἰὲν ἀριζεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων.

PERILLUSTRIS ET NOBILISSIME VIR,

MULTIS tuis magnisque, quæ identidem congessisti, obstrictus beneficiis, cum non habeam quod rependam, nisi gratum tibi animum, devotum millies, devinctumque, quo impensius eum tester, & quantum possum significem, librum hunc mitto, tuo nomini consecratum. Munus quamvis exiguum, propter rerum tamen pondus non contemnes, sat scio. Joannes de Beka est, Canonicus Trajectensis, aut ejusdem potius Interpres

Digitized by Google

Belgicus, qui & Bekam continuavit, vetus certe, ut & probus, & qui hactenus nondum visus. Beka autem quam egregius, quam insignis sit scriptor, nemo est, qui non novit. Quæ scripsit, quantum potuit, fide tradere incorrupta, selectis undique, quæ certiora, ex vetustissimis monumentis summa ope contendit. Orsus summa cum industria Ultrajectina ab eo tempore, quo in Frisiam ex Anglia ad gentium conversionem trajecit S. Willebrordus, Hollandica à Theoderico, qui primus dicitur ejus nominis, & qui Hollandiam, ut putant perperam, ut primus Comes obtinuit. Ut in laudes me diffundam viri jam ab aliis laudati satis superque non videtur necesse. Audiat, siquis dubitet, virum facundissimum, & quis acerrimi judicii est, Ger. Jo. Vossium *lib. 3. de hist. Latin. Etiam Joannes de Beka*, inquit, *ne qua nominis famam delere dies possit, consecutus fuit Chronico suo. Eo res Ecclesiæ Ultrajectinæ, cujus clericus erat, in literas misit. Ac dicavit illud ejusdem Ecclesiæ Episcopo, & Guilhelmo, Hollandiæ Comiti. Nec tantum prosequitur gesta Ultrajectinorum Pontificum, sed etiam Comitum Hollandiæ. Orditur à primo ejus Ecclesiæ Episcopo, S. Willebrordo, ac perrexit usque ad annum* CIↃ. CC. XLVI. *quo & ipse in terris morabatur. Meminit Trithemius in viris illustribus, item Jac. Mejerus in hist. Fland. ann.* CIↃ. CCC. XIII. *& alibi. Eum ad tres codices manuscriptos correxit Suffridus Petri Leovardiensis. At in lucem primo protraxit Bernardus Furmerius, itidem Leovardiensis. Quorum utrique hoc nomine non parum debent omnes historiæ amantes, imprimis Ultrajectini, ac post eos Hollandi, & Frisii. Hausit vero Beca historiam suam potissimum (quemadmodum ipse profitetur) ex bibliotheca monasterii Egmondani: ubi acta publica Hollandiæ & vicinarum provinciarum sedulo asservabantur &c.* Et hactenus quidem

Vos-

Digitized by Google

Vossius, numeris tamen haud dubie apud eum corruptis. Nam pro CIↃ. CC. XLVI. scribendum, ut scripsi, CIↃ. CCC. XLVI. Sed nec sic satisfactum. Nam ulterius perrexit Beka, usque ad annum scilicet ejus seculi, cujus in fine mentio, XCIII. Latine scripsit, ut constat. Vertit Belgice & κατὰ πόδα, adjectis passim non paucis, ubi dignum quid memoratu, interpres, quem mitto. Notavi pleraque ad oram libri. Notare autem rursum desii, ad vitam Joannis IV. Episcopi Trajectensis. Hujus enim res gestas, ut & Ducis Wilhelmi, qui V. ejus nominis multo latius enucleavit, & exactius quam Beka, eo deinceps omisso sequentium temporum historiam suo Marte & suis verbis fideliter persecutus usque ad Annum CIↃ. CCCC. XXVI. seu usque ad initia Philippi Burgundi. An ulterius processerit, vix est, ut possim dicere. De Frederici van Blanckenheim, Episcopi Trajectensis, qui concessit in fata Ann. 1423. obitu nihil extat. Nec extant gesta ejus anni, ut nec anni, qui sequitur. Unde & defectum non immerito suspiceris. Auget suspicionem, quod volumen, quo usus sum, & quod titulo emptionis nactus manuscriptum in pergameno, ultima aliquot folia ad oram recisa habet, & avulsum ceteris postremum, ab imperito haud dubie, & forsan libris agglutinandis infeliciter destinatum. Et id ipsum tamen in fine mutilum Auctoris nec verba nec sententiam absolvit. Latissime alioquin is diffundit se, & accuratius quam quisquam alius in exponendis rebus gestis Frederici van Blanckenheim, Alberti Bavari, Wilhelmi Bavari, & Ducissæ Jacobæ. De qua etiam quod memorat, perpendi æquum est ab eo, qui præjudiciis non obsessus. Nec mersam sic flagitiis, nec libidini sic addictam, ut vulgo prædicant, deprehendet, sed juvenculam desponsatam, & desponsatam adolescenti, & Galliarum

Digitized by Google

Delphino, veneno is poſtquam periit, orbam ſuaſu amicorum, cum nec à patruo eſſet tuta, qui ſtruebat inſidias, ut haberet, qui ſe, qui Hollandiam tueretur, quem objiceret adverſariis, quos habebat non paucos, Aſellanos inprimis, Dominos de Egmont, de Arckel, alioſque, conſenſiſſe in nuptias cum Brabanto, ſed conſenſiſſe infeliciter, ſpretam quippe à Brabanto, neglectam, domi concluſam, abductam quamvis renitentem ex Hollandia in Brabantiam, ex neceſſariis vix cuiquam conceſſo ad eam aditu, amotis, dimiſſis, qui ei hactenus familiares, excitatum hinc Bavarum, diſtractam in factiones Hollandiam concuſſamque, paſſim ſeditiones, opidorum obſidia, & turbis plena omnia. Jacoba interim undique tam miſerabili rerum ſtatu, quocunque tandem vertiſſet ſe, circumventa, oppreſſa, ad ſubvertendam eam concurrentibus, nulla habita ratione ſanguinis, nulla fœderis conjugalis, quod nec Divæus diſſimulat *rer. Brabant. lib.* 18. & marito & patruo. De marito res certa eſt. Nec conjugem, ut homo nihili, nec quæ conjugis, curavit quicquam. Imo nec de Ducatu, nec de ſuis ſollicitus, nec probus, nec ſtrenuus, nec gloriæ appetens, nec honorum, & ne mentis quidem ſatis compos, cum hoſti conjugis Joanni regendas ejus provincias & ipſa inconſulta ordinandas permiſiſſet, Antverpiam etiam de ſuo addidit, & Comitatum de Herentals, profuſa adeo largitate, ut tandem Ordines Brabantiæ non ferendam rem rati amoverint eum ut indignum, fratre ejus Philippo, qui Jacobam miſeratus, multo ei æquior, ad regimen evocato. Divæ *d. loc.* Ipſe autem præ impotentia venator, faber ferrarius, cum nec fratrem ferret nec conjugem, utrique infeſtus & implacabilis, ad extrema tandem adegit conjugem, quæ detectis inſidiis, poſtquam aliud non poſſet, ſuaſu matris hortatuque in Hannoniam ſe recepit. Videamus jam quæſo,

Digitized by Google

quæſo, an ullum hic luxuriæ, an libidinis argumentum. An libido hæc, an luxuria, quod quæ ſpreta à marito, abducta ex Hollandia, ac nec ad maritum, nec ad ſuos admiſſa, poſtquam injuriam nequicquam toties conqueſta, ut ſaluti conſuleret, quæſiverit virum fortem, utriuſque fortunæ ſocium, Ducem ſcilicet Gloceſtriæ, qui & amiſſa recipere, & tueri ipſam, & quæ ipſius, adverſus vim poſſet? Omni generi animantium id à natura tributum, ut ſe, vitam, corpuſque, & quæ ſua ſunt tueantur, declinentque, quantum poſſint, quæ nocitura videantur. Sedata mente hæc conſiderent, qui eam arguunt laſciviæ, qui cladem provinciarum, cladem urbium adſcribunt ipſi, tam miſere olim habitæ, & quod ſævum afflictæ, patriis etiam terris, ſaltem maximam partem, & provinciis prorſus pulſæ. Sortem potius miſerentur, quam graphice hic depingit, & ob oculos ponit Auctor, qui vulgari quamvis lingua, Latinæ tamen non ignarus, ut ex iis patet, quæ ad Annum habet CIↃ. CCC. LXXVIII. accurate hæc exponit, & qui, quæ ad ipſam attinent, ſcire etiam probe potuit, ut qui circa ea tempora, aut iis proximus, jam vixit. Forſan & eo ſeculo, quo & vixit Jacoba. Forſan dico, non affirmo, quamvis de eo non dubitem, quin & ſcripſerit & in vivis jam, priuſquam adhuc coepit reformari religio. Argumento ſunt verba, quibus utitur inter cetera, loquens de Ultrajecto, cum ſolviſſet obſidionem Wilhelmus Comes IV. filius Wilhelmi III. *Deſe Grave Willem*, inquit ad annum CIↃ. CCC. XLV. *rumede van der Stadt op Sinte Marien Magdalenen avont. Waerom men noch huden dages dat Heylichdom om die Stadt draget na Sinte Marien Magdalenen dach met proceſſie, met ſolempniteyt, ende met ſanghe Gode te love, dat hy die Stadt behoede, ende verloſſede van dier plage, ende voort behoeden moet van alle plage.* Ultra autem vix eſt, ut verbis his quic-

quam probes. Nam iisdem etiam est usus, cum de ea re loquitur, qui sub Maximiliano I. vixit Jo. à Leidis *lib.* 28. *hist. cap.* 31. *Quamobrem*, inquit, *adhuc hodierno tempore singulis annis in crastinum S. Mariæ Magdalenæ reliquiæ Sanctorum per civitatis ambitum cum processione devote geruntur pro eo, quod Dominus Deus civitatem à prædicta plaga liberaverat &c.* Bene est ergo, siquis dicat; hinc alterutrum necesse est, ut vel ipse exscripserit Joannem, vel contra Joannes ipsum. Ipse autem si Joannem, qui fieri ergo potest, ut æqualis Jacobæ? Verum est, fateor, sed quin ipse Joanne prior, de eo etiam non dubito. De miraculo cum agit, quod contigit Ultrajecti Ann. 1378. puero, qui nondum natus adhuc dies quadraginta, perfecte jam exclamante, *Aperite januam pater meus adest*, ita de eo loquitur, ac si jam in vivis tum. De sacerdote enim loquens, ut conjuraret puerum, advocato, *Hæc*, inquit, *retulit mihi idem Presbyter.* Joannes autem de eadem re agens ita loqui non ausus, sed pro *Hæc retulit mihi &c.* scripsit, *Hæc retulit multis idem ille Presbyter.* Magnum Belgicum Chronicon miraculum quidem refert, sed prorsus verba hæc omittit. Vid. ad d. Ann. Quamvis interim non negem, quod sacerdos jam grandævus nostro id dixisse potuit, quum esset adhuc puer, & diu postquam id contigit. Cæterum arguit vetustatem, verborum etiam, quæ occurrunt passim, & quorum usus jam desiit, apud nostrum vetustas. Sic populum vocat *diet* pag. 5. (*a*) febrem *saghe* p. 114. (*b*) calumniam *lachter* p. 31. (*c*) *cornuken* paramentum p. 76. (*d*) paludem *zudde* p. 122. (*e*) nutricium *maertoger* p. 62. (*f*) podagram

(*a*) Nobis pag. 8. & seq. hujus Tom. 3. (*b*) Nobis p. 133. d. Tom. 3. (*c*) Nobis p. 36. d. Tom. 3. (*d*) Nobis p. 95. d. Tom. 3. (*e*) Nobis p. 138. d. Tom. 3. (*f*) Nobis p. 81. d. Tom. 3.

Digitized by Google

podagram *arrycke* p. 213. (*g*) gibbum *een bovel* p. 79. (*h*) instrumenta bellica *anghienen.* p. 185. (*i*) p. 199. (*k*) p. 221. (*l*) nequam hominem *een quaet ſcramme.* p. 239. (*m*) lanceam *een gavelote.* p. 215. (*n*) *bliden* vocat petrarias, machinas *magnelen.* p. 178. (*o*) *alſo varinghe* ait pro *alſo haeſt* p. 168. (*p*) *herde* pro *herder* p. 294. (*q*) *Zeende* ipſi idem eſt quod ſynodalis correctio p. 30. (*r*) *boel* idem quod amaſius p. 103. (*ſ*) p. 352. (*t*) *vererret* idem quod *vertoornt* (*u*) *gewerf* quod tractatus, pactum. (*v*). Et ſunt alia id genus plura. Tibi autem Nobiliſſime & Ampliſſime vir, qui non rem tantum publicam ingenti peritia, ut qui toties jam Conſul rexiſti urbem in Belgio potentiſſimam, maximam, & toto orbe clariſſimam, ſed doctrina etiam, judicio, & omni genere literarum præfulges aliis præluceſque, totum id, quicquid eſt, conſecrandum exiſtimavi. Nec ulli rectius, quam tibi, Nobiliſſime vir. Quæ Belgii ſpectant notitiam, quæ Hollandiæ univerſæ, quæ medii ævi hiſtoriam, neglectam à pleriſque, qui quem uſum habeat ignorant, nota hæc tibi omnia. Et ut propria hæc tua laus eſt, ſic certe id admirandum, quod qui alioquin induſtrii, imo diligentiſſimi in Romana antiquitate, plerumque in media cognoſcenda, quæ tamen maxime ad nos pertinet, negligenter prorſus ceſſant. Fortaſſis in cauſa eſt, ut Beatus Rhenanus ait præfatione in Germaniam ſuam, quod ex *luculentiſſimis ſcriptoribus* facile

(*g*) Nobis p. 211. d. Tom. 3. (*h*) Nobis p. 98. d. Tom. 3. (*i*) Nobis p. 187. d. Tom. 3. (*k*) Nobis p. 198. d. Tom. 3. (*l*) Nobis p. 223. d. Tom. 3. (*m*) Nobis p. 241. d. Tom. 3. (*n*) Nobis p. 214. d. Tom. 3. (*o*) Nobis p. 181. d. Tom. 3. (*p*) Nobis p. 174. d. Tom. 3. (*q*) Nobis p. 294. d. Tom. 3. (*r*) Nobis p. 35. d. Tom. 3. (*ſ*) Nobis p. 300. d. Tom. 3. (*t*) Nobis p. 337. d. Tom. 3. (*u*) p. 300. Tom. V. Edit. Matth. Nobis p. 297. d. Tom. 3. (*v*) p. 437. d. Tom. V. Nobis p. 396. d. Tom. 3.

Digitized by Google

facile illa cognoſcantur, quæ nuſquam non extant, hæc autem ob eorum, qui ſcripſerunt, inopiam *judicio potius indaganda*, quam alio quovis præſidio. Quod ad te attinet, Nobiliſſime & Ampliſſime vir, iis etiam, quæ abſtruſa, & quæ ob difficultatem laboremque inquirendi ſpreta ab aliis & abjecta, digna tamen, quæ cognoſcantur, intervalla negotiorum, quibus Conſul obſeſſus es, tam feliciter diſpunxiſti, ut nec ex tritis & uſitatis, nec ex iis, quæ minus trita, & vetuſtioribus monumentis quicquam te fugiat. Plena hinc tibi ſcrinia ſupellectilis literatæ, variæ admodum & diffuſæ, ſed quæ nec ſeris, nec peſſulis, ſic concluſa aut arctata eſt, quin aditus interdum detur, ultro etiam, quod teſtari poſſum, & non potenti nonnunquam ejus uſu conceſſo. Ea eſt tua ingens, & ſingularis humanitas, Nobiliſſime vir, quam & ego jam aliquoties & cum fructu expertus ſum. Tuum eſt arbitrari, num recte, & ut oportuit, nam opinio interdum fallit, tuo uſus ſim beneficio. Totum tuum eſt, fateor. Nec habeo, quod rependam, niſi gratias infinitas. Retribuat tibi Deus pro præclaro illo tuo ſtudio, & affectu in literas, diffundat nominis tui famam, & cum ipſa æquet poſteritate, valetudinem det, decus, gloriam, honorum incrementum, & quicquid ſperari poteſt in hac vita ſplendidius, Reipublicæ te, urbi patriæ, literis & bonis omnibus validum florentemque in multos annos adhuc ſervet. Et faxit utinam ita Deus! Certe ut faciat, eum veneror. Vale Nobiliſſime & Amplisſime vir.

Tuus,
Qui Nobiliſſimi & Ampliſſimi tui nominis cultor ſum devotiſſimus,

xiii. Kal. Novemb. Ann. cɔ. ɔcc. i.

ANTONIUS MATTHÆUS

PIE-

Digitized by Google

PIERIDES CATVICENAE

Gratulantur Viro Clariſſimo,

ANTONIO MATTHAEO, A. F.

Quando indefeſſa opera ANALECTORUM
veteris aevi Tomum V. ederet.

ERgo iterum doctae, poſt tot, molimina dextrae
In pulchros uſus virgo BATAVA *videt?*
Siccine multiplicas aeterna volumina, nondum
Ad finem ductus nobilis ille labor?
Non ſatis eſt juris nodos, aenigmata legum &
Juſtinianaeas explicuiſſe notas,
Et veterum regimen, canones, rituſque ſeveros,
Non ſat Tarpeji fulmina dira Dei;
Non ſatis hiſtoriam Graecam veterem atque Latinam
Scire eſt, ſed BATAVIS *grandia facta tuis*
Monſtrare, exroſis longinqua aetate papyris,
Ipſe oculos perdens lumina multa dabis;

Digitized by Google

Sic ex ſtercoreis Monachorum colligis aurum;

Non fieri hoc potuit nobiliore manu.

O decus, ô patriis lux fulgentiſſima terris!

Sedulitas BATAVIS *prodigioſa meis!*

O fax hiſtoriae non interitura BATAVAE!

Non minus antiquis nobile nomen avis!

Plaudite RHENANAE, *puriſſima numina, nymphae,*

Doctius haud tranſit lympha ſonora caput.

Plaudite CATTIADES, *gratiſſima nomina, Muſae,*

Et celebret tantum turba novena virum,

Sunt merita haec noſtris longe majora Camoenis,

Imploro gratae poſteritatis opem.

cIↃ. IↃcc. I.

ADRIANUS PARS.

Sequens Dedicatio à Cl. Matthæo Notis & Obſervationibus ſuis ad Veterem Bekæ Interpretem præmiſſa fuit. Vir Clariſſimus eas more ſuo ſeparatim ad calcem Tomi Quinti ſuæ editionis rejecerat. Sed nos eas ipſi Interpreti ſuis locis ſubjecimus.

NOBI-

Digitized by Google

NOBILISSIMO, STRENUO, GENERIS VETUSTATE ET MAJORUM IMAGINIBUS MULTUM ILLUSTRI

D. D. FREDERICO IGNATIO VAN BUEREN,

Dno. de ZUYDOORT, OUTHEUSDEN &c.

Olim Auditori, Fautori jam & Amico,

Potiri votis, εὖ πράττειν, valetudinem, salutem, & felicitatem perpetuam.

NOBILISSIME VIR,

CHRONICON *hic habes, quod plane non contemnendum ob rerum pondus, quæ tractantur hic, Joannis de Beka. Habes Belgice olim versum, auctum, & continuatum ab* **Interprete non indocto.** *Dignum existimavi, quod facerem juris publici, quod & vetus hic Interpres, & quod eorum, qui Ultrajecti, Episcoporum res gestæ, quamvis multum memorabiles, maximam tamen partem incognitæ adhuc iis, qui Latine non norunt. Utrum ederem nec ne, hæsi nonnihil fateor, quod id prorsus à me, & à persona, quam sustineo, alienum existimarem, si & Belgicis me miscerem, & vernacula lingua scriptis. Sed cum omnia perpendissem, ad edendum mox impulit, quæ postea subiit cogitatio, idem scilicet jam olim factum à viris doctissimis, quorum vivit vivetque insignis virtus & gloria, Goudani Chronici editore Petro Scriverio, Chronici Joannis Veldenaer Marco Zuerio Boxhornio,*

Digitized by Google

nio, Joinvillæ & Villeharduini, qui ambo ſcripſerunt Gallice, immenſæ eruditionis viro, Carolo du Freſne. Horum autem veſtigia ſiquis tacitus adoraſſet, facturum eum quicquam ſe indignum non credidi. Fata imperiorum, provinciarum, & urbium, & quæ ſcire admodum noſta intereſt, neglecta ab aliis aut omiſſa, qua lingua cognoſcantur, nihil refert, ut puto. Accipe ergo, Strenue & Nobiliſſime vir, & Auctorem, quem mitto, & quæ ad eum obſervavi. Pro veteri, quæ inter nos eſt, & irrupta hactenus amicitia accipies, ſcio, non illibenter, & qui tuus eſt in me amor, evolves etiam ſtatim. Nec, ut ſpero, pœnitebit. Quædam enim offendes, & quæ paſſim non obvia, ut quæ dixi de Ada & Ludovico van Loon, quæ de urbe Ultrajecto, & quæ de primis Comitibus, qui Hollandiam obtinuerunt, hactenus aliis non dicta. An rem acu tetigerim, judicent rerum gnari. Tu etiam Strenue & Nobiliſſime vir, qui quamvis longa majorum ſerie, multiſque ipſorum titulis, excellenter præfulges, literarum tamen ſtudioſiſſimus magnam ætatis partem in his, quæ patriæ antiquitates ſpectant, conſubſiſti non fruſtra. Vale Nobiliſſime & Amiciſſime vir. Vive diu felix, & in multos adhuc annos, atque ut hactenus à te factam laboribus meis fave.

Tuus,

Qui Nobiliſſimi tui nominis cultor ſum indefeſſus,

Lugd. in Batav
Ann. CIↃ. DCC. I.
Idib. Septemb.

ANTON. MATTHÆUS.

CHRO-

Digitized by Google

CHRONICKE

VAN

JOANNES VAN DER BEKE

Canonic t'Utrecht.

AL VOOR DE TYDEN DER REFORMATIE uyt het Latijn int Duytsch overgeset door een out onbekent Auctеur, die den text onvermindert hier en daer veel van 't syn daer by heeft gevoecht; en voorts daer het Beka *gelaten heeft, de historie vervolcht, ten regarde van de Bisschoppen van Utrecht tot Bisschop* Rudolph *van* Diepholt, *en ten regarde van de Graven van* Hollant *tot Hertoch* Philips *van* Bourgognen *toe.*

PROLOGUS.

EErsame glorioſe Vaderen, Edelen Princen, Heren *Johanne* Biſſchop der heyliger kercken van Utrecht, Edelen Hertoge *Willem* van *Beyeren* Palenſgrave ende Prince des lants van Hollant, *Joannes* van der *Beke* ontbiede pays, bliſcap, ende ſalicheyt. Begeerende te ſcriven die jaerlixe hiſtorien, ſo doen wy uwer heylicheyt daer of verſtaen, dat wy die wercken ende daden der heyliger Biſſcoppen van Utrecht, ende der grootmoediger Princen van Hollant, vergadert ende beſcreven hebben mit groten vlite ende arbeide, ende geſocht uyt jaerlixe hiſtorien, Chroniken, boecken ende privilegien, uyt dichten, ende uit brieven, dair wel

Digitized by Google

naar ſeven jaer over gearbeit hebbe, op dat die gedenckeniſſe der grooter Princen ende Heeren overmits die traecheyt der ſcriveren niet ewelic vergeten blive. Ende want die geſten der voerſeider Biſſcoppen, ende der Princen alſo wel ondermenget ſijn, dat menſe niet lichtelic geſcheyen en mach, behoudelick den geſten haren rechten ganc te behouden, daeromme hebben wy deſe tegenwoordige hiſtorie bi een geſocht, vergadert, ende beſcreven van haire beyder geſten, ſo wy aller cortſte mochten. Welcke hiſtorie wy uwer weerdicheyt ſenden dair in te leſen om een dachlix tijtcortinge, ende op dat ghy daer in leeret, hoe goet ende hoe blidelic dattet is uwer luden, onderlinge te hebben vrede. Want uwe volc, als men hier na beſcreven vint, was van eenre gelove, ende van eenre maniere, ende ſonder middel onderdanich den Roomſchen Keyſer, eer Hollant in tween wert gedeelt van den rycken Coninghen van Vrancryck, als in een Biſdom ende in een Graefſcap. Ende daerom ſo hout onder malcanderen vrede, ende behout alle vrientſcap, ende wederſtaet uwe vianden van buten, ende verenicht u ende uwe volc mit ongeſceidene vrientſcap, ende iſt dat ghy eendrachtelic vrede ende vrientſcap houdt, ſo en mach u mitter hulpen Goids niemant deeren, dat ghy te vele ſteden in deſer Chroniken ondervinden moget, iſt dat ghy deſe hiſtorie neernſtelic onderſoect. Want orconden den Philoſoif die geſcieniſſen der verledener tyt ſyn waerachtige teyckenen der tegenwoordiger ende der toecomender tyt. Nu willen wy gaen ter materie des wercs. Ende wantet waerlic recht ende waerdich is, ſo beginnen wy alre eerſt onſe Croniken dat is die tyt te beſcriven van den ghenen, die alre dingen is begin ende eynde.

t'Begin van der welt tot nativitas Chriſti.

Daerom van den jaer dat onſe yerſte vader geſcapen was vyf duyſent c. ende xcix. op die achte *Kalende* van *Januario* op die Sonnendages nacht wert geboren te Bethlem der Stadt in Juda die verloſſer onſe Heer *Jeſus Chriſtus*, waer God ende menſche, van der ſaligher maget Marien in des Keyſers *Octavianus* XLII. jare, die de eerſte was, die men *Auguſtus* hiet, ende was een gebieder over al die werelt. Deſe *Octavianus*

hiet

hiet met reden *Auguſtus*, dat is te verſtaen, *die een dinc vermeeret*, ende oik, wat dat *Julius Cæſar* niet al gedwongen en hadde an t'Roomſche ryck, dat dwanc *Octavianus*, alſo dat die werelt was onder ſyn gebodt. Na ſynre doot quam een Keyſer, hiet *Tyberius*, in den jaer ons Heeren XVI. in wiens tyden *Chriſtus* gekruiſt was. Ende na hem in den jaer ons Heeren XL. quam een Keyſer, ende hiet *Gajus*. Ende na dien quam een Keyſer ende hiet *Claudius* in den XLIII. jaer. Ende daer na in den jaer ons Heeren XLVIII. quam een Keyſer, ende hiet *Nero*, die een gheſele was, ende dat ryck begonſte te bevlecken, ende overmids ſyn onnutte wercken, die Ridderlicke oefeninghe vergat, want hy daghelix viſſchede met gulden ſeghenen, uytgheroet mit coorden van ſiden. Ende die heele Stadt van *Rome* dede hy ontſteken mit brande, ende na † veel ſtriden, die hy hadde in der Stadt, ſo doode hy ſyn moeder, ſyn ſuſter, ende ſinen * broeder mitten ſwaerde. *Seneca*, die ſyn meeſter ende gebieder was, dede hy in den bade laten ter ader, ende alſo verſmoren. Ende na dat hy Sente *Peter* dede crucen, ende Sente *Pauwels* onthoofden, ſo dede hy den Chriſtenen dat yerſte verdriet. Deſe *Nero*, alſo die Roomſche hiſtorie houd, dede ſommige luden van den Raet, om dat ſi ſine wreetheit beriſpten ſonder meriten ende miſdaet doden, ende ſommige ſonder wet uter Stadt verdriven; Van den welcken twee edel mans waren, die een hiet *Granius*, en d'ander *Antonius*. *Granius* was een van den edelen Senatoren, ende *Antonius* was van den waerden Tribunen. *Granius* quam mit ſinen Ridderſcap wandelen doir *Gallien*, ende quam in *Ardennen*, dair vant hi in der woeſtinen ſwevelich water, ende daer by timmerde hy een paleys, als men leſet, ende dair of heit die Stede noch huden dages *Aqua Grani*. *Antonius* die tooch door *Germanien*, dats door Duytſlant, ende quam in Hollant, dair hi bi den ſtroom des Ryns makede een veſte in den jaer ons Heeren LXV. (1) die om gedenckeniſſe ſyns namen langen tyt hiet *Antonina*, ende dat ſelve lant beſat *Anthonis*

† *Poſt multa bella civilia.* Beka.

* *uxorem,* Beka.

(1) Fabula, hæc, & nihil aliud, nullo certo Auctore nixa. Certum id quod Ultrajectum jam olim locus munitus. Unde & *caſtrum*, *caſtellum*, & *caſtellum illuſtre* & ut hic eſt *een veſte*. *Arx & ſolium* Regni Friſiæ, ut apud Theofridum Abbatem Epternacenſem eſt in

Digitized by Google

thenis verſeit, ende ſyn nacomelinghe langhe tyt mit crachten. Ja ſo langhe dat die Slaven ende die Wilten de Stadt wonnen, die *Anthonia* hiet, ende vernielden, als men hier na beſchreven vinden ſal.

Daer na in onlanghen jaren overmits der menſchen ſonden, die God an hem wreken woude, ſo quamen gewapent mit grooter heereracht menigerhande volc uyt Barbarien ende uyt Broeclande van den lande dat *Scandinavia* heit, die overmits de verhengeniſſe Gods al *Europam*, dats een deel van der werelt daer Romen ende dit lant in leyt, natuerlicke quelleden ende vernielden, ende mit groten bloedigen ſtride ende manſlachte wonnen ſi vele Coninckriken, die aldus genoemt waren, alſe *Gipedes*, *Alani*, † *Sermani*, *Wandali*, *Avari*, die men ook *Hunnen* hiet, ende *Slaven*, die men *Wilten* heet. Want die *Gipedes* bedwongen Italien, *Alanen* wonnen Oeſtryck, *Sermani* wonnen Pannonien, *Wandali* wonnen Afrike, * *Scoten* wonnen Cathalaengen, *Hunnen* wonnen Gallien, *Slaven*, die men *Wilten*

† *Sarmata.*

* *Gothi.*

vita S. Willebrord. cap. 5. Caſtrum Carolus Martellus vocat in charta apud Hedam in vita *S. Willibrord. ad monaſterium, quod eſt intra muros in Trajecto caſtro ſitum &c. Caſtellum* Alcuinus in vit. ejuſd. Willebrord. *Caſtellum illuſtre* Beda *lib. 5. hiſt. cap.* 12. Theofrid. ibid. *cap.* 8. *De reditu ejus in Franciam, & delegata ibi in illuſtri caſtello Trajecto pontificali cathedra.* In Belgio enim paucis olim locis munitis *caſtra* hæc appellabant, quæ vallo clauſa foſſaque. Sic Antverpia, Gandavum, Valentianæ olim *caſtra*. Hed. in Willebrord. *eccleſiam in Antverpo caſtello ſitam.* Sigebert. ad Ann. 1006. *Caſtrum Valentianas ſitum in marcha Franciæ & Lotharingiæ &c.* Et mox ad ſeq. Ann. *Henricus Imperator quia in obſidione Valentianenſi inefficax redierat &c. caſtrum Gandavum invadit.* Radbodo victo fuſoque cum Carolus Martellus per Friſiam arma circumferret, munita in ea nulla urbs, excepta tantum, ut Conringius ait de *Urbib. Germ. th.* 26. Trajecto ad Rhenum. Nec Trajectum tantum *caſtrum*, ſed poſtquam Willebrordus monaſterium ibi poſuit, *monaſterium* etiam dictum. Altfridus monachus, qui ſeculo nono vixit, de vita S. Ludgeri *cap.* 2. *& depoſito ſeculari habitu in Trajecto monaſterio totum ſe contulit ad ſtudium artis ſpiritalis.* Ibid. *cap.* 7. *viſitque idem Albricus annum in diſtributiones quatuor, ita ut in Trajecto monaſterio &c. præeſſet fratribus menſes tres &c.* Aliud tamen caſtrum, aliud monaſterium. Nam monaſterium in caſtro. Caroli Martelli charta apud Hedam in Willebrord, *Ad monaſterium, quod eſt intra muros in Trajecto caſtro conſtructum.*

Digitized by Google

Wilten hiet, wonnen al *Hollant*. Dat wilde volc, dat men *Wilten* hiet, na dat sy (1) die Stadt, die *Anthonia* hiet, gedestrueert hadden, doe tymmerden sy dat casteel sonderlinge vast, dat van den wilden volcke sinen name ontfinc, ende hiet *Wil-*

(1) Supra apud interpretem diserte est *Antonina*, apud Bekam *Antonia*. Neutrum nomen tamen vetus, aut quod unquam potest probari datum. Fuisse in Belgio & apud Batavos Antonios non nego, Julii Cæsaris legatum alterum, alterum Vespasiani. Facile id Junio concedo *Batav. cap.* II. sed ab alterutro castrum conditum, & id dictum *Antoniam*, & eo in loco conditum, ubi jam Ultrajectum, quis veterum quæso dixit? Scio sunt, qui conditorem *Antoninum* Imperatorem, & dicendum hinc *Antoninam* non *Antoniam* existimant. Jun. *ibid.* Argumentum sumunt ex nummis, qui nomen præferunt Antonini, inventis ibi ad Rheni ripam, cujusmodi adhuc suo tempore inventos ad vicum *Vechten* Buchelius hic scribit, Unde & auctor inscriptionis, quæ posita Ultrajecti in adventum ad eam urbem Philippi Regis Hispaniarum, & relata in Bataviam suam à Junio *d. loc.* secutus vulgum sic scripsit:

ANTONINI PII IMP. FELICIBUS AUSPICIIS
URBS TRAJECTENSIS INSTAURATA, FELICIORIBUS PER PIENTISSIMUM IMP. CAROLUM
V. AUCTA, FELICISSIMAM SE HOC PRINCIPE
FUTURAM HAUD DUBIA SPE CONFIDIT.

Sed quam debile id argumentum, & quod refelli vix meretur: Condita urbs ab Antonino, & *Antonina* ab eo dicta, quia nummi aliquot inventi cum imagine Antonini in ejusdem vicinia. Quæ quæso hæc consequentia? Ipsa tabula itineraria Antonini Imperatoris ibi, ubi jam urbs est, *Trajectus Rheni* tantum meminit, ut recte etiam observavit doctrinæ vir præcellentis MENSO ALTING Consul Groninganus *Germ. inferi. Notit. in voce Trajectus.* Et quam speciem ergo habet veri, quod tum dicta hæc *Antonina*? Etiam, quod notandum, primum ibi non urbs, sed ad loci tuitionem *castrum* tantum, *castellum*, quod accolarum confluxu evasit tandem urbs. Et hæc & diu dein post, etiam postquam jam urbs, vulgo *castrum* tamen, dicta, more olim recepto, quo urbes, quæ munitæ, passim *castra*, *castella*, ut & statim jam dixi, & olim *lib.* 2. *de Nobilit. cap.* 1. Castrum autem seu urbs, nam utrum dicas nihil refert, quam primum passim innotuit, *Trecht* dicta, *Trajectum*, ut & *vetus Trajectum*, quod ab accolis ibi Rhenus jam olim trajici solitus. Accolæ autem, quia Slavi, *Vulti* scilicet, seu *Wilti*, aut

Wiltenburch. Daer na langhen tyt makeden die *Wilten* een eendrachticheit mitten *Vrieſen*, dat ſy wouden den Rhyn op varen, ende mit heercracht vervechten al 't lant van Gallien. Ende alſo die Roomſche hiſtorie ſeyt, was in die tyden een Kerſten Key-

nt, alii ſcribunt *Wilti*, ab iis urbs *Vultrajectum*, & quia caſtra etiam *burgi* etiam *Vultaburg*, *Wiltaburg*. *Vultrajectum* ubique habet Sigebertus Gemblacenſis vetuſtiſſimus ſcriptor, ut ad Ann. 697. *Willebrordus à Sergio Papa Clemens cognominatus, & ad prædicandum genti Friſonum Epiſcopus conſecratus, ex dono Pipini Principis ſedem epiſcopalem ſtatuit in loco Vultaburch dicto, qui nunc Vultrajectum dicitur, à nomine gentis Vultarum & Trajecto compoſitum, quaſi Vultarum opidum. Nam Trajectum lingua Gallica opidum dicitur.* Ad Ann. 994. 997. & 1004. *Adelboldus Epiſcopus Vultrajectenſis.* Ad Ann. 1010. *Northmanni Friſiam ceperunt, & multis cæſis Vultrajectum opidum incenſum eſt.* Habet etiam Anſelmus Gemblacenſis in Auctario ad Sigebert. ad Ann. 1131. *Civitas Vultrajectum ex magna parte concrematur &c. Wiltaburg* habet Beda *lib. 5. hiſt. eccleſ. cap.* 12. *Donavit autem ei Pipinus locum cathedræ epiſcopalis in caſtello ſuo illuſtri, quod antiquo gentium illarum vocabulo Wiltaburg, id eſt, opidum Wiltorum, lingua autem Gallica Trajectum vocatur.* S. item Ludgerus in vita S. Gregorii apud Brouwerum: *& ſtabilito epiſcopatu in loco, qui nuncupatur Trajectum, & alio nomine Wiltaburg.* Auctor Chronici Rhythmici:

——— *bi quam t'Utrecht*
Dat Wiltenburch biet te voren.

* *Trectis* etiam occurrit in epiſtolis Bonifacii, *Trech* in vita S. Sturmionis apud Brouwerum.

† *Batavia ſua cap.* 11.

Certum autem, quod nuſpiam in antiquiſſimis monumentis aut *Antonia* aut *Antonina*, ſed * *Trecht*, ut dixi, aut *Trajectum*. *Trecht* autem per craſin & contracte ex *Trajecto*, ut *Dordrecht*, *Papendrecht*, *Slydrecht*, *Cattendrecht*, *Mydrecht &c.* non quod *trecht* forum ſit, ut Junius † fingit, ſed non probat, ſed à veteri, qui jam olim in his locis trajectu. Ut non dicam de tabula, quæ vulgo dicitur Antonini, Juſtiniani jam tempore, quum nondum penitus concidiſſet Romani terror imperii, *Trajecti* verbis expreſſis meminit Childebertus Francorum Rex in charta Ann. 539. apud Goldaſtum *to.* 3. *conſt. Imper.* Nec eſt quod poſſit objici. Quæri tantum poſſet, an non error in numeris. Diſerte habet Goldaſtus Ann. 539. Baluzius vero Ann. 595. *to.* 1. *Capitul.* quo imperavit Mauritius. Nec is aut meminit Goldaſti, aut mutati à ſe anni cauſam uſpiam addidit. Quicquid ſit, certum eſt, quod vetuſta ad-

Digitized by Google

Keyſer, die *Valentinianus* hiet, die XLVIII. na *Julius Cæſar*, ende vernam ſnellic die maer van den onvroeden volke, ende haer verwoetheit, ende vergaderde daer tegen een machtich heyr, ende haeſte hem dat ongehoorſamige volc weder te ſtaen

admodum appellatio. Meminit Carolus Martellus etiam in charta apud Hedam *biſt. Ultraj. p.* 28. *& ſeq.* Carolus Magnus in charta Ann. 779. apud Goldaſt. *d. tom.* 3. *neque in Trajecto, neque in Doreſtado, neque per omnes portus &c.* Alcuinus item Caroli Magni præceptor, qui *caſtellum Trajectum* vocat in vita S. Willibrordi. *Trecht* eſt in charta Ottonis I. Imperat. Ann. 953. apud Hedam *biſt. Ultraj. p.* 78. & in alia ejuſdem *biſt. Ultraj. p.* 86. Occurrit etiam *Utrech* in charta diviſionis inter Carolum Calvum & Ludovicum Germanicum in Annalib. Bertinian. ad Ann. DCCC. LXX. *Utrecht* quaſi *Outrecht* prima litera detrita. Unde & *vetus Trajectum* paſſim in chartis, ut in Caroli Magni apud Hedam in *Albrico*, Ludovici Pii apud Hedam in *Rixfrido*, Lotharii ejus filii apud eund. in *Egibardo*, & in Annalib. Bertinian ad Ann. 834. *Claſſis de Danis veniens in Friſiam aliquam partem ex illa devaſtavit, & inde per vetus Trajectum ad emporium, quod vocatur Doreſtadus, venientes omnia diripuerunt. Antiqua* item *civitas*, ut apud S. Ludgerum in vita S. Gregorii apud *Brouwerum*. In chartis alibi etiam *vicus*, alibi *monaſterium*. *Vicus* in charta, quæ eſt Regis Pipini, apud Hedam *biſt. Ultraj. p.* 36. *in vico, qui dicitur Trajecto*, in Caroli Magni apud eund. *in vico Trajecto p.* 39. Nec mirum, quod *vicus*. *Vicus* paſſim etiam urbs, unde & *Brunſwyck, Sleſwyck, Beverwyck, Harderwyck*. Et à *vico* vicinus. *Vicinus* idem quod civis. Blaſius Ortiſius *itin. Adrian.* VI. *apud Baluz.* 3. *miſcell. cap.* 41. *Conceſſimus Viterbium civitatem, quam ut reor mille vicini colunt. Caſtrum* ob munitionem, ob frequentiam dein *vicus*. *Monaſterium* autem haud dubie, quod potiſſima id ejus pars, in uſum Canonicorum extructum à Willebrordo. Certe & olim Canonici, ut qui paſſim olim per Germaniam Canonici Regulares, incluſi cellis, ut monachi. Communis eorum victus, communis menſa, habitatio, quemadmodum monachorum. Unde & interdum *Canonici monachi* in Caroli Magni Capitulis *lib.* 5. & ſimpliciter etiam *monachi* in Chronico montis Sereni ad Ann. 1223. Vita S. Ludgeri apud Brouwerum *cap.* 4. *tonſura in Trajecto monaſterio accepta*, Add. *cap.* 8. *cap.* 10. *&* 11. *ibid.* Nec putandum, quod id inſolens. A cœnobio, à monaſterio, quod extruxit ibi & conſecravit Hermannus Epiſcopus. Olim *Mimigarnaford* aut *Mimigardeford*. Chron. Mindenſ. apud. Meibom. 1. *rer. Germ. pr. Mimigaverdenſis, quæ nunc Monaſterienſis anno Domini* DCC. LXXXIV. *fundatur*. Brouwer. ad vit. S. Ludger. 1. *cap.* 20. *p.* (*mihi*) 87. Fabula

ſtaen ende te bedwingen. Daer geſchiedet dat die Keyſer verwan ende bedwanc dat ongehoorſamige (1) diet, ende behielt al haer ſcepen, ende hi voer den Rhyn neder, ende ver-

bula eſt autem, quam habet Gobelin. Perſona *Coſmodrom. etat. 6. cap.* 31. de *Antonina* ad Leccam condita, deſtructa & reſtituta mox, & dicta tum *Wilckenburgh*, tandem autem à Dagoberto tranſlata in locum, in quo nunc eſt, & hinc dicta *Trajectum*. Nec *Wilckenburch* ſolet ſcribi, ſed *Wiltenburch* paſſim, à *Wiltis* ſcilicet ſeu *Wiltis*. Eginhardus: *His motibus ita compoſitis, Slavis, qui noſtra conſuetudine Wilſi, proprie vero, hoc eſt ſua lingua Welatabi dicuntur, illatum eſt bellum.* Vid. *orig. Pomeran. Chriſt. Hartknoch n.* 12. Nihil verius quam quod dixi, *Utrecht* quaſi *Outrecht* & à Vultarum trajectu, quod *Vultrajectum* antiquitus, abjecta prima litera *Ultrajectum* deinceps, quamvis non ignorem & aliter à nonullis acceptum illud *ultra*, ſic ſcilicet ac ſi eſſet *ultra Rheni trajectum*, dum non pauci ſunt, qui hinc vocant, & reſpectu forſan Superioris *Ulterius Trajectum*. Geſta Abbatum Trudonenſium apud d'Achery *to.* VII. *Spicil. lib.* 3. *Conradum* ſcilicet *Ulterioris Trajecti Epiſcopum, qui ſibi permiſſus fuerat coram Imperatore &c.* Forſan etiam *ulterius*, quod quicquid ultra Trajectum vindicandum deinceps, ut quidam volunt, ſuperiori Germaniæ. Sic vetus ſcriptor vitæ S. Meinwerci apud Brouwerum *cap.* 4. *Ad hujus inferioris Germaniæ ſeptentrionalem tractum Trajectenſis diœceſis eſt terminus, locus navium & vectigalium conventibus quæſtuoſus.* Alii rectius *inferius ſuperioris* reſpectu, ut Gobelinus Perſona *Coſmodrom. ætat.* 6. *cap.* 35. *& erat Trajectenſis Epiſcopus, videlicet in Trajecto inferiori, quæ de partibus Friſonum reputabatur.* Rudolphus etiam Imperator in charta Ann. 1286. Et tantum de Ultrajecto unde & mihi origo eſt. Felix, quæ jam olim immenſum omnium luminibus obſtrùxit paſſim toto Belgio vetuſtate *& altitudine eminentis fortunæ, dignitatis* inſuper *ſacerdotalis fulgore, & bellicæ virtutis gloria cumulatiſſima civitas Trajectum.* Quod elogium eſt Junii *d. loc.*

(1) *Diet* alibi vir fortis eſt. Velſer *lib.* 3. *rer. Boic. pr.* Alibi, gens, populus. Sic & hic, verbi gratia, & paſſim apud Otfridum, ut *lib.* 3. *cap.* 13. *fremidemo thiote*, id eſt, exteras gentes. Chron. Rhythm. *pr.*

Omme van den Mammetten
Te bekeeren t'beiden diet

& mox:

Want Willebrord ende Wolfram,
Ende ander geſelſcap dat mit hem quam,
Bekeerden dat Vrieſche diet.

Hinc

vernielde dat Caſteel te *Wiltenburch*, ende dwanc alre eerſt die Vrieſen *in ons Heeren jaer* CCCC. *ende* X. Ende keerde van daer weder mit ſeghe ende mit grooter eren, ende was moghende Keyſer daer na wel twintich jaer.

Daer na een deel jaren als *Eraclius* Keiſer was, in dien tyden was een Coninc in *Oeſtvrancryc*, die *Dagobertus* hiet, ende dede Hollant in ſyn bedwanc, ende dede weder maken een caſteel van ſonderlingen grooten timmeringhe, ende dedet noemen na den Latyn *Trajectum*, dats te Duytſche een *Overvaert*, om dat men daer overvoer ende vertolde den Caſteleyn van Utrecht comenſcepe van menigerhande goeden, die bi den Rhyn voeren, ende bi der ſouter zee. Binnen welcker montaengen van Utrecht wert getymmert die eerſte kerck in die eer des Apoſtels Sinte Thomaes *in ons Heeren jaer* DC. XLII. daer die Prieſteren arbeit in deden om te bekeren dat Vrieſche volc. Maer die arbeit was al om niet, want dat hartneckighe volc meynde emmer te keeren dat heylige gelove uyt haren lande, ende braken die yerſte kercke, ende daer na mit ſwaren oorloghen ſo moeyden ſy al Hollant.

Hollant als men vint beſchreven in enen boec, die hiet *de proprietatibus rerum* in den XV. boeck, is een cleyn provincie gelegen bi den Ryn, daer die Rhyn in zee gaet, ende ſtrect Zuutwaerts aan *Brabant*, ende Oeſtwert aen *Vrieſlant*, ende Noortwert aen die *Bartaenſe* zee, en Weſtwert an die neder *Gallen*,

Hinc & *Diederic* quaſi *Diet ryck*. *Teuto* item gentis conditor, *Theoto*, qui apud vulgum *Dieto* etiam, ſeu *Dioto*. *Dietſch* idem quod *Duytſch*. Sic & Chron. Rhythm. in Adelheyde Wilhelmi Regis ſorore.

Ende deden toe ter ſcolen gaen
Walſch ende Dietſch leren wel.

Idem in Joanne II.

Ende worpen hem aldaer ter were
Iegben dat ſtoute Zeuſche diet.

Alioquin ut Aventinus vult, *Dietbe* etiam divitias, officium, munus, ſignificat. Vid Meibom. ad diploma *Thaſſilonis*, & ad Witichind. *lib.* I.

Digitized by Google

Gallen, ende an Vlaenderen, *ende is een broecland en waterich, alleſins mitten armen der zee ende des Ryns omleyt, gelyc enen eylande, ende beeſt binnen waken ende meeren, ende ſonderlinge goet weyde lant, daerom daer veel beeſten in ſyn, ende die aerde is tot ſommige ſteden harde vruchtbaer, en oec ſyn dair boſſchen, ende te veel ſteden wilde beeſten, waer bi datter goede jacht is. Ende te veel ſteden iſt moerich, daer men een materie of maect, die oerbaerlic is te bernen, ende is een ryck lant, als van den goede, dat bi der zee ende bi den rivieren raer is. Van welken lande die Hooftſtad gebeten is* Trajectum inferius *in den Latyn, maer* Utrecht *hiet et in den Duytſche. Want ant Duytſche lant behoort ſy na der gelegentheyt, na den zeden, na der Heerlicheyt, ende mede na der talen. Ende dat volc is groot van lichaem, ſtarc van krachten, ſtout van herten, ſcoen van aenſichte, eerſaem van zeden, Gode ontſiende, en na der gewoonte van den Duutſchen, den ander getrouwe ende vreetſaem.* Tot hier toe iſt genomen uyt den boec *de proprietatibus rerum.* Na der Duytſcher talen iſt geheten *Holtſant*, want daer veel houts ende boſch in plach te waſſen, maer nu hetet *Hollant*, want daer een letter uyt is geſneden.

Die Princen van Vrancryk, die *Carolingi* ſyn geheten, berechten lange tyt dat Roomſche ryck en Vrancryk, die deelden al Hollant, als men hier na bet verclaren ſal in twee Heerſcappyen, als in een Biſdom en een Graeffchap, want *Kaerl*, die men *Martellus* hiet, die een Hertoge was, ende een der meeſte Heeren van Vrancryc, gaf die kerke t'Utrecht die eerſte gaye, ende enen *Kaerl*, die men hiet den *Calen*, en na een Roomſche Keyſer, gaf dat Graeffchap van Hollant die eerſte Heerlicheyt, ende op dat wy bekennen moghen dat alre eerſte begin beyde van den Biſdom van Utrecht ende dat Graeffchap van Hollant, ſo iſt ons behoeflic, dat wy ons begin maken uter geſten van Engelant.

Alſo die Engelſche hiſtorie inhout, ſo quamen die *Nederſaſſen*, die men nu geſamentlic heitet die *Vrieſen*, met engetelden ſchepen in *Britaengen*, dat men nu *Engelant* heet, ende wonnen dat lant, ende bleven dair. Ende die bekeerde Paus *Gregorius* die heylige Leeraer totter gratien des doopſels bi twee leeraers, die een hiet *Auguſtinus*, die ander *Mellitus*, als in *Dialogo* beſchreven is. Van welke Nederſaſſen ofte Vrieſen door de voorſienigheyt Gods geboren

were

wert (1) een kint, dat *Willebrordus* hiet, ende syn vader was *Wilgis* genoemt, ende gaf dat kint aen vrome broeders te leeren in een cloester, dat *Harpen* hiet, ende daer wert hy Clerc geleert, ende ontfinc cruse. Ende tot syn xx. jaer bleeff hy daer in legghen ter leeringhe. Daer na ginc die jonghelinc van deuchden tot deuchden opclimmende, ende socht met groten vlite die soeticheden des levens, ende quam tot Sinte *Egbert* den yersten Bisscop tot *Noortbummerlant*, ende is hem na gevolcht als een overste meester ** des scouwenden levens al in Yerlant, op dat hy daer sonder commer van tytliken dinghen mochte leyden een heremitelic leven. Ende van desen *Egbert* seyt men dat *Willebrordus* syn Priesterlicke orden ontfinc. Daer na als *ecclesiastica historia* seyt, so sende desen *Egbert Wigbertum* synen discipel in Germanien, op dat hi den ongelovigen volcke leeren mochte die waerheyt der heyliger Evangelien. Mer dese selve *Wigbertus* wert so wederstaen overmids des viants behendicheyt, dat hy mit syne leere an dat ongelovighe harde volc al te luttel vorderde. Ende aldus ongedaen syne bootscap voer hy weder in Engelant.

** Contemplativæ vitæ. Beka.

In den jaer ons Heeren geboorte als men schreef DC. ende XC. so en liet dese selve *Egbert* niet af van sinen goede beghin, ende sende *Willebrordum*, die doe Priester was, (2) mit ** XI. gesellen in *Germanien*, om dat ongelovige volc te bekeren

** Sic & Beka.

(1) Theofrid. Epternacens. *de vit. S. Willebrordi cap.* 2. *Nomen quod per penultimi ellipsin elementi juxta Teutonicæ linguæ idioma voluntarius panis sonat, Willibrort imposuit, Wilgisi filius.*

(2) De ejusdem itinere Theofrid. Epternacensis *cap.* 5. *ibid. Certum habens, quod Gallia, quæ caussidicos docuit facunda Britannos, in quibusdam sui tractus partibus idolatriæ cæstenus squalleret erroribus, navem conscendit, tumida modo vela suspendit, rudentes explicuit, & Spiritu Sancto clavum regente, & cursum prosequente, Oceani maris se tradidit fragoribus, & terris evanescentibus non expavit, quod cælum undique & undique pontus, sed in exoptatas summa cum alacritate animi contendit portus. Delatus vero est primum in portum Gravelingæ villæ maritimæ, ubi usque in præsens tempus ingenti veneratione juxta littoris crepidinem honoratur saxum formæ quadrangulæ, quo potius quam navi, ut nati natorum & qui nascentur ab illis, solent astruere, ob nauli penuriam à nauclero non admissus, in Hybernensi littore novo & inaudito traditur esse subvectus navigii genere. Non tamen ibi moras innexuit,*

keren totten rechten gelove. Ende deſe waren Sinte *Willebrordus* geſellen, ende getrouwe medewerckers in den woirde Goids, alſe *Suibertus*, *Williboldus*, ende *Livinus*, in Oeſtvrancryc daer na Biſſcop, die Abt *Winoboldus*, ende twee *Ewalden*, die Papen waren, ende martelaers, *Werenfridus* ende *Marcellinus*, die Papen waren ende Confeſſoren, ende *Albertus*, die een Diaken was, ende gaf om Gode ſyn Conincryck over, dat hem van ſinen vader aencomen mocht, ende ginc mit Sente *Willebrordus* in een elendige pelgrimaedſe. Ende want die heylige leeraers geboren waren in Engelant van die Nederſaſſen geſlachten, daerom mochten ſi te bet prediken die *Evangelie* in Duutſchen tongen.

quem dixi, Ducatu jam unito, *Dux Lotharingiæ, Brabantiæ, & Mosellanorum, Comesque Ardenaensis*, apud Jo. à Leidis *lib.* 14. *cap.* 1. Et hic idem est Godefridus, qui pulsa Gertrude & impubere ejus filio, ut ad se pertinentem, Lotharingiæ scilicet partem, Hollandiam occupavit. Qua pulsus tamen rursum à Theoderico v. cui deincepe, cum Godefridus obiisset sine liberis, & ejusdem sororis filius, successorque in Ducatu, Godefridus Bullionius, profectus esset in terram sanctam, eaque occupata factus Rex Hierosolymorum, quieta terræ possessio, etsi mansit nihilominus, & mansit diu adhuc post, veteris fomes dissensionis & rancoris vestigium. Multa erant in Hollandia, quæ Episcopi Trajectensis, ut & insulæ Dordracensis non modica olim pars. Abstulerat hæc Episcopo Theodericus III. Abstulerant ipsius filii. Reddi jusserat Episcopo Henricus IV. Imperator, ut videre est ex codicillis, qui extant apud Hedam *hist. Ultraj. p.* 129. & Jo. a Leidis *lib.* 13. *hist. cap.* 3. Feudali jure postquam reddita susceperat ab Episcopo Godefridus Gibbosus. Jo. à Leidis *lib.* 14. *hist. cap.* 1. Hollandis neutrum admittentibus res inefficax quidem mansit, torsit tamen Lotharingum & diu dein post occasiones captantem & Comitem coercendi, nihil Duci deferentem jam, & quæ sua olim recuperandi. Oblata autem occasio, postquam quæstio etiam de terris inter Mosam & Scaldim. Quæ nec aliter sopita, quam redactus in Ducis potestatem Theodoricus VII. cessit Duci Dordracum, & se Ducis vasallum fecit homagio ei præstito respectu insulæ Dordracensis. Meminit probus ac vetustus Brabantiæ historiographus Emundus de Dynter, à consiliis olim & secretis Antonio Duci, filiisque ejus Joanni IV. & Philippo, & fato functus Bruxellis Ann. 1448. Is in Chronico MSS. quod olim apud Miræum, *Fuit anno*, inquit, 1200. *inter Henricum Ducem Lotharingiæ & ejus prædecessores, & Theodericum Comitem Hollandiæ & suos prædecessores magna discordia propter terram sitam inter Mosam & Scaldim. Quæ discordia consilio hominum utriusque sopita fuit, taliter videlicet, quod dictus Theodericus propter hoc veniens in Lovanio Ann.* 1200. 3. *Non. Novembr. resignavit in manus dicti Henrici Ducis opidum Dordrecht ex utraque parte aquæ, Dordrechtswaerde, Harne, Dufne & totam terram Strine & Waelwyck, quæ Zuitbollant nominatur, usque ad terram Ducis. Hanc totam terram recepit Comes in feudum à Duce, & factus est homo ligius suus &c.* Nec aliud habet hic Edmundus, quam quod expressit transactio Ann. 1200. cujus hoc est initium: *In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Ne præsentis ætatis negotia consumat oblivio, literarum indiciis so-*

lent æternari. Notum ſit igitur tam futuris quam præſentibus hujus paginæ inſpectoribus, quod diſcordia fuerat à multis temporibus inter Heinricum Ducem Lotharingiæ & ſuos prædeceſſores ac inter Theodericum Comitem Hollandiæ & ſuos prædeceſſores de terra inter Moſam & Scaldim, de qua eatenus proceſſum eſt, quod illa diſcordia conſilio hominum utriuſque tali modo ſopita eſt. Comes reſignavit in manus ipſius Ducis oppidum Dordrecht, ex utraque parte aquæ, Dordrechtswaerde, Harreſwaerde, Duſſen, & totam terram inter Stryen & Walewyc uſque ad terram Ducis. Hanc quoque terram totam recepit Comes in feodum à Duce, & factus eſt ſuus homo ligius, juravit etiam quod de prædicta terra & in propria perſona dicto Duci de cetero ſerviet tanquam homo ligius Domino ſuo contra omnes homines, excepto Imperio, ſicut jus ſuum eſt erga Imperium. Nec hoc detur oblivioni, quod Dordrecht, & Dordrechtswaerde, Harreſwaerde & Duſſen datum eſt concambium Duci & ſuis heredibus pro terra illa, quam Dux & ſui prædeceſſores calumniati ſunt ſuper Comitem &c. Acta hæc apud Lovanium anno Dominicæ incarnationis CIↃ. CC. *tertio Non. Novembr.* Quod autem ad juramentum non deſiit deinceps id præſtari, donec ultro id remiſit Dux Florentio Comiti v. ducta ab eo in matrimonium Ducis filia Beatrice. Charta Ann. 1283. *Nos Joannes Dei gratia Lotharingiæ & Brabantiæ Dux notum facimus univerſis præſentia audituris vel viſuris, publiceque recognoſcimus, & præſentibus proteſtamur, quod nos fidelium hominum noſtrorum communicato conſilio homagium, quod nos ab illuſtri viro Dn. Florentio Comiti Hollandiæ, dilecto conſanguineo noſtro de jure, ut putabamus, exigere conſuevimus, & quod idem Comes prædictus, ut putabatur de jure, nobis ſemper renuit faciendum, quitum proclamavimus, & tenore præſentium quitum penitus proclamamus, illud nunquam à dicto Comite, nec à ſuis heredibus, nos vel noſtri heredes aliquatenus petituri. Cujus literas & inſtrumenta ſiqua reperiri contigerit in poſterum, facientia de dicto homagio mentionem, illa decernimus pro nobis & noſtris heredibus irrita, & penitus non valere, præſentium teſtimonio literarum ſigillo noſtro ſigillatarum. Datum Anno* CIↃ. CC. *octogeſimo tertio, dominica poſt Dionyſii.*

Brabantia, ut jam dixi, Lotharingiæ etiam pars. Sed qui de genere Godefridi, qui conflixit cum Theoderico, nondum titulo eo uſi. Primus Henricus III. ſe Ducem ſcripſit Brabantiæ, aut Lotharingiæ & Brabantiæ, circa Ann. 1251. Jo. à Leidis *lib. 7. hiſt. cap.* 14. & 23. *hiſt. cap.* 14. Henricum I. ſimpliciter adhuc vocat Ducem Lotharingiæ, & quidem ſemel iterumque, Henricus VI. Imperator in charta apud Hedam *hiſt. Ultraj. p.* 177. & Jo. à Leidis 19. *hiſt.* 4. Joannes autem, qui ſupra, eſt, qui I. ejus nominis, Henrici III. ſucceſſor.

Hollandia porro, ut id addam, poſtquam nomen inclaruit, inclaruit autem, ut jam dixi, ſeculo demum XI. (nam etſi apud ſcriptores & ante ejus fiat mentio, mentio fit non idcirco, quod nomen

Digitized by Google

nomen ejus jam notum tum, ſed quod pleriſque hoc non inſolens, provinciam nomine eo denotare, quod poſtea demum ei datum. Beverov. *deſcript. Dordr. cap.* 3. *pr.*) poſtquam dico inclaruit, mox diviſa in duas partes, Auſtralem & Borealem. Quicquid cis Moſam Hollandiæ adſcriptum Boreali, Leyda, Delphi, Sciedamum &c. Quicquid ultra Auſtrali, ut mons † Gertrudis, Dordracum, Schoonhovia, Gorichemum, Heuſda, &c. Nec ab altera etiam parte Kennemariæ olim fines, ſi includas Kennemariam (nam diſtincta aliquin eſt Regio) excedebat Borealis. Pars Friſiæ erat, quicquid ultra. Sic paſſim Chronicon Rhythmicum, quod & maximam Auſtralis partem diluvio ait abſorptam Ann. 1287.

† Jo. à Leidis 26. *hiſt.* 13. *opidum montis S. Gertrudis, & totam Zuytholandiam, præter Dordracum poteſtati ſuæ vindicavit.*

In enen winter int jaer ons Heeren
XII. bondert en ſeven ende tachtich &c.
Beide Oeſter ende Weſter Vrieſen
Ende Hollant moſte oock verlieſen,
Zuutbollant verdranc alſo mede,
End ic en weet ghene ſtede
Bi der zee et ginc al onder.

Duo dicitur caſtra extruxiſſe in Rynlandia Wilhelmus I. Adæ patruus, ut his aditum intercluderet in Hollandiam Borealem & æmulo, qui Adam duxerat Ludovico van Loon, & qui ei ferebat opem, Epiſcopo Trajectenſi. Quæ autem Borealis hic? Auctor Chron. Rhythm.

Dien beveelt bi datmen bewaere
Dat lant, dat bi den Rine leghet
Dat den Biſſchopdom geweghet.
Si maecten twee weren gereet,
Ene diemen ten Buſſche heet,
Ende een ander by den Rine,
Heet Zuadenburchdam, aldaer men pine
Ende grooten arbeyt aen leyde
Want men maecter groote foſſeyde
*Om te * houden des lants invaert.*
Grave Willam hadde te hem waert
Ene ſinen broeder heet Florens
Die naerſtelic al ſyn gepens
Sette al was by proeſt ende clerc
Om te verwaren dat werc.

* Leg. *heeden.*

&

& mox:

Ter were quam hi mit rade,
Daer die proeſt Florens lach
Ende wachte nacht ende dach
D'invaert van Noortbollant.

Item:

Daer wert gewonnen met gewout
Die veſte ende te broken ſaen,
Ende die proeſt Florens gevaen.
Dus wert Noortbollant geſchent
Met deſen grooten parlement.
Men ginc bernen ende roven doe
Al om ende om te Leyden toe.

Et hinc eſt, quod Medenblicum *prope Hollandiam*, non Hollandiæ. Albert. Abbas Stadenſis ad Ann. 1256. *Anno Domini* 1256. *Wilhelmus Romanorum Rex occiditur à Freſonibus Medemlek prope Hollandiam morantibus, in loco incognito ab eiſdem ſepultus.* Sæpe in chartis mentio *Decani Hollandiæ*, ſed vox ſtrictius tum ſumpta, & pro Auſtrali duntaxat. Juriſdictio enim, quam habebat is, concluſa inſula Dordracenſi, quæ Hollandia, ut jam dixi, olim proprie ſic dicta. Vid. Oudenh. *beſchryv. van Zuytboll. & lib. 2. de Nobilit. cap.* 22. item Buchel. ad Hed. *in not. pag.* 68. Kennemariam quod attinet complexa hanc Borealis. Nec de eo diſputatur. De finibus tantum dubites. Puto autem Kennemariam, quicquid inter Alcmariam & agrum Amſtelodamenſem, incluſo etiam Harlemo, † ut & tractu Dimenſi, etſi hodie hic Amſterlandiæ. Willelmus certe Procurator ad Ann. CIↃ. C. LXX. *In Kennemaria*, inquit, *tum inundatio illa ex improviſo deſæviit, ut ſubmerſis juventûs vix mulieres & viri in trabibus domorum ſuarum vitam ſuam & parvulorum ſuorum conſervarent, & niſi quidam benigna compaſſione navibus Dimenſibus ſubveniſſent periclitantibus, multi naufragio periiſſent.* Quicquid *inter Alcmariam* dico. Alcmaria ipſa erat Friſiæ. Chron. Rhythmic. in Willelmo III.

† Nam & Heylo & Egmondam vicos celebres admodum, qui non longe ab Alcmaria, adſcribit Kennemariæ Jo. à Leidis *lib. 2. hiſt. cap.* 26. & 41.

Ende voor t' Alcmaer Vrieſland
Ende ontboet al te hant,
Die Vrieſen, dat ſi tot hem quamen.

Hollandiæ eam ait, ſed vix aliam ob cauſam, quam quod olim jam

Digitized by Google

uyt vlietet. (1) In den jaer ons Heren DCCC. ende LXVI. op die XI. Kalende van Januarius ruſte Biſſcop *Hungerus* in vreden, na dat hy mit Alfreſo ende Lutgero dat Biſdom hadde berecht van Utrecht XXVIII. jaer, die overmits der Denen wreetheit verdreven was van ſinen eyghenen ſtoel, waerom men nu niet weten en can wair hi begraven is.

Die XII. *Biſſcop ende hiet Odilbaldus*

Na des Biſſcops *Hungerus* doot wert gecoren die XII. Biſſcop tot Utrecht, die *Odilbaldus* hiet, ende een heylich man was, milde, gerechtich, ende goetwillich. In den jaer ons Heeren DCCC. ende LXII. quamen die Denen mitten Noormans, ende deſtrueerden alt Walſche lant, ende des jaers daer na vernielden ſy al 't lant van *Ardennen*, mer *Kaerl* die Keyſer, die de *Grove* geheten is, quam mitten Lombaerden, ende mitten Duytſchen, ende vocht tieghen den ondadighen luden. Mer vermits der Kerſtenen ſonden ſo en vermocht hiſe niet verwinnen, mer ten leſten maecte men een beſtant om te ſpreken van den pays. Daer men overdroech dat *Godefridus* der Noormannen Coninc Kerſten ſoude worden mit de voerwaerden dat men hem geven ſoude des Conincs *Lotharius* dochter te wive die Giſela hiet, ende men ſoude mit haer geven die Provintie van Vrieſland in medegave, ende dat geſciede. Ende daerna wouden die Vrieſen den voerſeiden Coninc niet onderdanich weſen, die hy bedwanc, ende gaf hair een ſmadelic eygenſcap, ſo

jam Hollandorûm, & conſtanter eorum manſit. Jo. à Leidis *lib.* 7. *hiſt. cap.* 2. ubi de Friſiis, *transfretantes*, inquit, *ad Hollandiam cum exercitu copioſo devaſtaverunt oppidum Alcmarienſe trucidantes habitatores loci illius. Et exinde armata manu infeſtaverunt totam Kennemariam &c.*

(1) Annales editi à Pithæo ad Ann. 863. *In Regno quoque Lotharii pro eo, quod dimiſſa uxore legitima alteram duxit, ſynodus in Metis congregata eſt omnium Epiſcoporum ejus præter Hungarium Trajectenſem, quem ægritudo detinuit.* Synodo Tullenſi à Carolo Calvo indictæ inter cæteros interfuit Ann. DCCC. LIX. & decretis ſic ſubſcripſit, *Ungerus Epiſcopus Trajectenſis*, apud Goldaſtum *to.* 3. *conſt. imp. p.* 280. Eccleſiæ S. Salvatoris Trajectenſis Necrologium: XI. *Kal. Januar.* Φ. *Hungerus Epiſcopus Trajectenſis.*

Digitized by Google

ſo dat ele menſche moſte draghen enen baſt om ſinen hals; dair menſe rechte voirt an hangen mochte, of ſi hem ter eniger tyt verſetten tiegen des Coninc mogentheit. Mer daer na in corten jaren wert dair Coninc *Godevairt* doot geſlagen mit menighen Denen vermits Goids wrake in die Betu, ende dair gewroken wert menich Kerſten bloet, die ſi in voertiden gedoot hadden. In den jaer ons Heren DCCCC. op die Idus Decembris voer *Odilbaldus* van deſer werelt, ende gaf ſinen ſcepper ſine weerdighe ſiele, doe hy dat Biſdom XXXIII. jaer berecht hadde. (1) Van deſen *Odilbaldo* ſchryft die Abt van Purmenen in ſinen Chroniken, dat hi was een heylich man, die t' Utrecht eerliek begraven es, ende ruſt daer mitten heyligen Vaders.

EGILBOLDUS *die* XIII. *Biſſcop t'Utrecht.*

Na der doot des Biſſcops *Odilbaldus* wert gecoren die XIII. Biſſcop t'Utrecht, die (2) *Egilboldus* hiet, die dat Biſdom berechte ene corte tyt. In deſer tyt als op die ander Nonas in October ruſte *Diederic* die eerſte Grave was van Hollant, ende was oec Heer een groot deels van Ooſtvrieſlant, ende was een onvervaert Prince, die ſyn lant merclic beſcermde tiegens der Denen aenvechtinge, ende Gena ſyn wyf ſterf op den VIII. Idus van Januarius, ende is begraven tot Egmonde int cloeſter by haren man, dat ſy eerſt getimmert hadden van houte, dair ſy nonnen in ſetten, die Gode innichliken dienden.

DIDERIC *die anderde Grave van Hollant.*

Ende als *Dideric* geſtorven was, die yerſte Grave van Hollant, wert *Dideric* ſyn enighe ſoon, die anderde Grave tot Hol-

(1) Regino Abbas Prumienſis ad Ann. 899. *Ea tempeſtate Odilbaldus ſanctus vir Trajectenſis eccleſiæ præſul, rebus humanis ſublatus, ad cæleſte Regnum tranſivit, in cujus loco ſubrogatus eſt Radbodus venerabilis antiſtes. Radbodus* dicit, non *Egilboldus*, haud dubie ob temporis brevitatem, quo is rerum potitus.

(2) Egilbertus vocatur in vita S. Radbodi apud Surium to. 9. Alii vocant Eylboldum.

Digitized by Google

Hollant, ende verheven in syn Vaders stede als een recht erfname. (1) Dese nam een wyf, die *Arlindis* hiet; ende als men gelooft so was sy des Conincx *Lodewycs* dochter van Vrancryc, dair hy by wan enen soon die *Arnulfus* hiet, ende een soon, die *Egbertus* hiet, ende was een Aerdscebisscop van Trier, ende een dochter die *Arlindis* hiet, die uytnemende schoon was. Dese Grave *Dideric* na syns vaders doot begonste hy in twydrachten te werden mitten Vriesen, daer hi tegen orlochde ende street, so dat hise verwan, ende hem onderdanich maecte. Ende om dat selve oirloch van den Vriesen so dede dese selve Grave *Dideric* dat cloestet, dat syn vader gemaect hadde van hout tot *Egmonde*, ende dedet weder maken van steen, ende nam die nonnen van daen, ende sette dair in monniken van Sinte Benedictus oirden, die dagelics Goidsdienst dair in devotelike deden, ende oft node ware, dat sy die Vriesen bet wederstaen mochten dan die nonnen. Dese selve *Dideric* gaf de Kercke van Egmonde groote goede te besitten, ende gaf oec een boeck, dat hiet *Historia tripartita*, ende den texte van vier Ewangelisten, die buten verdecket is met dierbaren goude, ende met dierbaren gesteente, dat dair an staet. Mer *Hildegond* die Gravinne van Hollant gaf der selver Kercken van vrier mildicheit een outair tafel, dat altemael gout is, daer menigerhande dierbaer steente in staet. Ende als men seyt so wert van der selver taflen gestolen een steen, die an 't alre overste van der taflen stont, die des nachts met sinen scyn al dat choor te verlichten plach. In desen tiden so wert Sinte *Jeroen* bi den Bisscop van Utrecht, ende bi den Grave *Dideric* van Hollant, met miraculen tot Egmonde gevoert, die in voertiden te *Noertich* gerustet was, ende van den Denen voert geloof dair onthooft was.

Egil-

(1) Ita interpres. Beka habet Hildegondis. Sed nihil hac de re certi. Nemo veterum hujus meminit, ut nec quisquam vel primi vel secundi Theoderici. Et nec est qui Arnulfum facit filium. *Gandensem* vocat Baldericus *Chron. Cameracens. lib.* 3. *cap.* 19. *Huc nimirum Theodericus Arnulfi Gandensis filius, qui participium monarchiæ Frisonum tenebat &c. secesserat.* Gandavensem Sigebertus ad Ann. 1019. *In Fresonia Deoderico Comite, filio Arnulfi Gandavensis, debellante Fresones, in vindictam patris sui ab eis occisi &c.*

Egilboldus die Biſſcop van Utrecht berechte dat Biſdom licht x. maenden, ende ſterf op den VII. Kalende van October, ende ruſte in onſen Heer, ende is mede begraven in der ſelver kercke.

RADBODUS *die* XIV. *Biſſcop t'Utrecht.*

Na dat *Egilboldus* die Biſſcop begraven was overmids wil *Arnulfus* des Coninex van Vrancryck, ſo wert hy Biſcop gewiet, al was hy t'node, die viertiende Biſſcop, ende hiet (1) *Radbodus*, een heylich man, wel geleert, ootmoedich, ende hoechgeboren, want (2) die Coninc *Radbodus*, die der Vrieſen Coninc was ſynre moede ** oude vader, ende *Gunthbarius* die Eerdſche Biſſchop van Colen was ſyn Oem. Deſe name *Radbodus* beduut in onſen Duutſchen ſo veel als een bode van grooten love, want die Biſſcop was van grooten rade. Want hi was een raet in den Coninckliken palais van Vrancryc, ende een Philoſoof, die *Nanno* hiet, hadde deſen *Radbodum* in de VII. conſten volcomelyc geleert. (3) Ende deſe ſelve Biſſcop beſcreef vele doechden van Sinte *Willebrord* ende van Sinte *Bonifaes*, ende mede

(1) Collecta Breviarii eccleſiæ Trajectenſis: *Præſta quæſumus omnipotens Deus, ut ad cœleſtia promiſſa tendentes beati Radbodi Confeſſoris tui atque Pontificis interceſſione ſalvemur.*

(2) Vita S. Radbodi apud Mabillon. *ſecul. 5. SS. ord. S. Bened. pr. Beatus Radbodus è nobili Francorum genere prognatus parentes Chriſtianiſſimos habuit &c. Dux Friſonum Radbodus, quem alii Regem vocant, matris ejus atavus fuit, cujus nomen ei mater impoſuit.*

(3) Jo. Trithem. *catal. vir. illuſtr. Radbodus eccleſiæ Trajectenſis Epiſcopus* XIV. *vir in divinis ſcripturis valde eruditus, & ſecularium literarum non ignarus, ingenio ſubtilis, eloquio clarus. Hunc in bonis literis Nanno philoſophus doctiſſimus inſtituit; à qua in omni ſcientia eruditiſſimus evaſit &c. Scripſit autem in laudibus Sanctorum nonnulla præclara opuſcula, de quibus ego tantum repperi ſubjecta: Laudes Sancti Martini Turonenſis Epiſcopi lib. 1. laudes S. Bonifacii Moguntini Archiepiſcopi & martyris lib. 1. laudes S Willebrordi Epiſcopi lib. 1. laudes S. Amalbergæ virginis lib. 1. ſermones & tomos varios & elegantiſſimos lib. 1. Epiſtolas etiam exhortatorias ſcripſit ad diverſos, Officium quoque de tranſlatione S. Martini dulci modulatione compoſuit, & varios cantus in honore Sanctorum, & quædam alia, que nos latent.*

** *Moede*, ſi credimus Kiliano, ſignificat *moeye*. Sed hic *moede* accipitur pro *moeder* per Apocopen, uti infra pag. 62. *harde* pro *harder*, & pag. 67. *herde* pro *herder*.

Digitized by Google

mede ſo dichte hy een heel vol **ambocht, datmen huden des daechs ſinget op Sente Martyns dach tranſlatio. Deſe Biſſcop als hy nam aen dat heylige abyt des Biſdoms van Utrecht doe levede hy altoos in vaſten, in bedingen, ende in aelmoeſſen te geven, ſonder aflaten totten eynde van ſinen leven, ende als ſyn tafle genoten wyn droncken over haer maeltyt, ende waenden, dat die heylige man wyn gedroncken hadde, ſo dranc hi alleen heymelic claer water, ende dat vernam een man die *Gummarus* hiet, ende bat den Biſſchop, dat hy moſte drincken ſinen dranck, mer die heylige man en henghedes niet. Mer deſe ſelve *Gummarus* nam al heymelyke des Biſſcops nap, ende dronck daer uit enen grooten dronk, ende hoort hier een groot mirakel, want dat ſelve water was verwandelt in den beſten wyn. Waerom *Gummarus* die proever rechtevoirt genade bad den Biſſcop, ende die heylige man gaf Gode danc, ende hem ſelven niet van den teyken, dat daer geſciet was. (1) Deſe ſelve Biſſcop plach te ſitten in der Stede van *Deventer*, want die Stadt van *Utrecht* vermits de Denen begheven was. Het geſciede, dat die Biſſcop op een tyt quam tot Utrecht om te verſoecken mit devotien die ſteden, daer die heylige vaders laghen. Mer die Denen, die 't niet gehengen wouden, quamen hem tegens lopen mit machte, ende verboden hem, dat hi niet verder en ginghe, die die heylige Vader vermaende vaderlike, dat ſy aennemen ſouden Kerſten gelove, ende aflaten hoir pynlicheit die Kerſtenen te dooden. Mer hoe die heylige man meer pynde die quade pynres te bekeren, hoe ſy in quaetheden meer becoort worden, ende dreygheden den heyligen Biſſcop doen te ſterven een bitteren doot. Ende als die Biſſcop ſach, dat hy die verloren kynderen niet bekeren en mochte, verbande hyſe ende vermaledydeſe. Ende rechtevoert quam een blixem van den hemel, ende verbernde die Denen, ſo dat ſy jammerlic hoir leven eynden. Die Kerſten die dit mirakel ſaghen vielen te wapen, ende ſloegen die Denen doot, die daer waren, ende jagheden mit ſeghen uter Stadt van Utrecht. Deſe heylige Biſſcop bloeyede mitten ſermoen

** officium. Beka.

(1) Albertus Abbas Stadenſis ad Ann. 876. *Tunc Friſia depopulata eſt, Trajectum civitas exciſa. Sanctus Radbodus urbis Epiſcopus cedens perſecutioni, Daventriæ ſedem conſtituit, ibique conſiſtens anathematis gladio paganos ultus eſt.*

Digitized by Google

moen der prophetien, overmits vele toecomende dinghen, die hi ſinen heymliken vrienden dede verſtaen. Ende Baldricus die een ſedich jongelinc was tot eenre tyt brochte mit hem twe clercken van ſyns vaders lant tot deſen Biſſcop, ende bat hem, dat hiſe Prieſters wyen woude, mer die Biſſcop wert lachende mit blien aenſichte, ende ſprac: *Lieve ſoon, int derde jaer van nu ſal ic ſterven, ende du ſalſtu weſen een harde van deſer Kercken, ende ſo ſalſtu deſe ſelve Clercken mit dyns ſelves hant Prieſters wyen, ende dan ſalſtu weder maken deſe ſael, ende deſe Stadt van Utrecht, alſo als ſy te voren was.* Daerna voer deſe *Radbodus* in Drentelant, daer hy ſonderlinghe ſiec wert. Daer openbaerde hem die maghet *Maria* ende moeder Goids mitter groter claerheit, ende hadde in hoer geſelſcapen *Agnem* ende *Teclam*, die reyne magheden, ende ſprac den eerſamen Biſſcop aldus: *Lieve ſoon en ontſtel dy niet ons te ſien tegenwordich, die du dicke hebſte gegroet, ende du ſaghes niet. Wes du ſeker, dattu van deſer ſieckte wel ontgaen ſulſte, mer du ſulſt hier na niet langhe leven.* Mit deſen woorden verganc die over groote klaerheit, ende daer quam ſo ſonderlinghen reucke als menſchelicken herte begripen mochte. Deſe heylige Biſſcop genas van der ſiecten, ende ſommighe van ſinen heymelicken geſellen ſeyde hy te heymeliken dinghen, hoe groten ſcoonheit hy geſien hadde van der maghet *Maria* Coninginne des hemels. Die daer na in den jaer ons Heren DCCCC. ende XVII. quam uyt Drente, ende in *Otmersbem* lach hy te bedde ſonder wee, ende las deſe antiphone, *Ecce læti laude.* Ende op die VII. Kalende van December ruſte hy ſalichlic in den Heer. Deſe heylige Biſſcop was in der ſwaren plagen der Denen XVII. jaer, ende berechte die kercke eerlyc, (1) dien die Cleſi mitten volcke eerlic groeven in der kercken tot Deventer, daer God vele miraclen doet in die eer des heyligen Confeſſoirs den genen die behoeflic ſyn.

(1) Trithemius *d. loc. Moritur ſub Conrado Imperatore anno Domini* DCCCC. XVII. *indictione* V. *tertio Cal. Decembr. epiſcopatus ſui anno* XVIII. *Daventriæ ſepultus.*

BAL-

Digitized by Google

BALDERICUS *die* XV. *Biſſcop t'Utrecht.*

Als men vint in der Lombarden hiſtorie *Henric* die Roomſche Coninc vant te rade van grooter devotien, dat hi na *Radbodus* Biſſcop des heyligen Confeſſoirs doot *Bennonem* ſinen ſoon woude verſieren met clergien, ende dan den ſelven *Bennonem* verſetten op den ſtoel des heyligen Confeſſoirs. Mer als die Coninc verhoorde, dat die wrede Denen die Stede gewonnen hadden, ende deſtrueert, ende al't volc des Biſdoms mede verſleghen ende verjaghet, daerom ſette die Coninc den ſelven ſoon te Ridderſcap op die Denen weder te ſtaen, en dat hy dat ſelve Biſdom mit ſynen Ridderliken wapenen beſcermde ende weder makede. Ende hierom na des heyligen *Radbodus* affſterven ſo is gecomen die XV. Biſſcop tot Utrecht *Baldricus*, ende alsmen ſeit, ſo was hy Rixfridus ſoon, die Grave van Cleve, een edel Prince. In deſen tiden ſo ontſpranc een fontein die bloedich was in der Stadt van Geneven. In den ſelven daghen worden alle die Denen verſlagen, wair dat ſy waren, om dat die Biſſchop van Utrecht, na dat die Denen verjaegt ende verſlagen waren, ſo ſtichte hy weder ſyne Stadt, ende bemuerdeſe alomme, dair hy vele toornen op ſettede, ende hooch wychuſen, ende de verbernede kercken dede hy weder optimmeren, die ſalen ende anders vervallen tymmerde dede hy weder maken. Deſe Biſſcop in den jaer ons Heren DCCCC. ende LXVI. voer hy in Italien om te ſpreken alrehanden oirbaer der kercken van Utrecht, ende als hi ſyne boodſchap gedaen hadde nam hi oorlof van den Coninc, ende voerde met hem vele heylige lichaem der martelaren *Pontiani*, *Benigni*, ende *Agnetis*, ende brachtſe in die ſelve kercke tot Utrecht, dair hyſe ſettede met grooter innicheit. Ende hier na ſoo vant hy overmids heymelike openbaringe van Gode die lichamen der heyligen *Werenfridi*, *Lebuini*, *Plechelmi*, *Otgeri*, *Wironis*, *Odulfi*, ende *Radbodi*. Mit welcken heyligen patronen hy die kercke van Utrecht hoechlic vercierde in den jare ons Heren DCCCC. ende LXXVII. (1) Baldricus der ſaliger gedenckeniſſe Biſſcop, die een out man was, voer tot Gode op die

(1) Liber memoriarum eccleſiæ Trajectenſis: *Nonis Auguſti: Obiit pius Baldericus Epiſcopus Trajectenſis, qui reparavit civitatem Trajectenſem*

die VII. Kalende van Januarius, na dat hy LX. jaer mit grooten love die kercke ende die Stadt van Utrecht hadde weder getimmert, die totter meerre Kercke gevoert wert, en mit eerliker uytvaert daer begraven mitten heyligen Voorvaderen.

VOLCMARUS *die* XVI. *Biſſcop t'Utrecht.*

Als *Baldricus* van deſen leven geſceyden was, ſo wert *Volcmarus* die XVI. Biſſcop tot Utrecht geordineert, een man van goeden wille, ende een goet heylich man. In den daghen als in den jaer ons* Heren DCCCC. LXXXVII. op die ander Nonas in Meye doe ruſte die ander *Dideric* Grave van Hollant, ende wert begraven tot Egmonde by ſinen vader in den cloeſter. (1) Deſe *Dideric* ende ſyn vader berechten die Graeffcap van Hollant eerlike c. jaer † ende XX. ende verdreven de wrede Denen crachtelic, ende Vrou *Hildegond* ſyn wyf ruſte in Gode in die III. Idus van Aprilis, ende is begraven in dat ſelve clooſter by ſinen vader.

* Apud Bekam eſt: DCCCC. LXXXVIII. *pridie Nonarum Maji.*

† *Latina editio: annis* C. XXVIII.

AERNT

ſem Danis deſtructam, in cujus anniver ſario dantur duæ libræ, & Campanario IV. *den.* Quod miles admodum veteranus vel ex eo etiam liquet, quod fœderi etiam interfuit inter Henricum Aucupem patrem Ottonis I. & Carolum Simplicem inito Ann. 926. ut videre eſt apud Schilter. ad *lib.* 2. *Inſt. jur. publ. cap.* 9. quod Synodo Ingelenheimenſi collectæ juſſu Ottonis I. Ann. DCCCC. XLVIII. cujus etiam decretis ut Epiſcopus ſubſcripſit, ut videre eſt apud Goldaſt. *to.* 3. *conſt. imp. p.* 306. item apud Frodoard. ad Ann. jam dict. qui & *Eglebem* vocat locum.

(1) Denſiſſimis tenebris involuta hæc fatetur Grotius de *antiq. reip. Bat. cap.* 1. Cui & aſſentiuntur ** doctiſſimi quique. Abunde enim de eo conſtat, quod nemo veterum, qui horum meminit. Nemo qui æqualis, aut qui proximus eorum temporum. Meminit fateor Theoderici, cui tres dedit Comitatus, Otto III. ut dixi ſupra. Sed quis quæſo hic Theodericus? An Primi filius, ut cenſet Douſa *lib.* 8. *Annal.*? Quis quæſo id eum docuit? Neceſſe eſt fides ſit penes monachos, & penes monachos Egmondenſes, ex quibus hauſtum id, quod habemus, de duobus Theodericis, & quod Arnulfus ſecundi filius, & quod nemo inter primum & ſecundum interceſſit. Quantum autem iis hac in parte tribuendum dixi *lib.* 1. *de Nobilit. cap.* 30. *& ſeq.* Nec neceſſe ut hic repetam. Nihil certius, ut puto, quam quod cum iis ſi ponas calculum, utriuſque

** Quaſi vero eſſent doctiores Grotio.

Digitized by Google

AERNT *die derde Grave van Hollant.*

Na Grave *Diderics* doot wert *Arnulfus* syn soon die derde Grave van Hollant, ende nam een wyf, die *Lutgaerde* hiet, ende was een dochter des Keysers van Grieken, die *Theophanus* was genaemt, ende was een Suster der Keyserinne van Romen, die *Theophana* hiet, daer hy by wan *Dideric*, die na hem Grave wert, ende *Sifriden* of *Sicconem* den Borchgrave. Dese *Arnulfus* was Grave maer vyf jaer, ende hadde altoos oirloge tegens die Westvriesen. In den tiden als in den jaer ons Heren DCCCC. ende XC. op die derde Idus van December sterf *Volcmarus* die Bisscop, ende is begraven in die Doemkercke van Utrecht.

BALDEWINUS *die* XVII. *Bisscop t'Utrecht.*

Ende als *Volcmarus* die Bisscop syn leven geeynt hadde, wert na hem geset *Baldewinus*, die die XVII. Bisscop was, een gratioes man van groter doechden, ende hoechgeboren. In den daghen als in den jaer ons Heren DCCCC. ende XCIII. op die XIV. Kalende van October wert een stryt gesproken op enen slechten velde te wesen tot *Winckelremade*, hiet een dorp in Westvriesland, daer sedelic ende stoutelic quamen uytgecoren uter Graeffchap van Hollant. Ende als oude luden seggen so waren die Hollanders seer vermoeyt van grooten dorste, want sy geen water en vonden, ten was al sout. *Arnulfus* mit ludende basunen, mit blenkende banieren, ende mit gewapende vechters, quam hi te gemoete den Vriesen, dair hi enen bitteren stryt tiegens vocht. Ende int eynde als der vromer kemper der Hollanders vele doot geslagen waren, so is die stryt verswaert tegens den voersz Grave, die aldaer ter stede vermits gehengenisse Goeds (1) om t' gemeen oirbaer is doot

utriusque & ætas & regimen omnem prorsus excedet fidem, præterquam quod hac in re, tacentibus prorsus aliis, sint testes domestici, auriti, & quorum fides ex domesticis rursum pendet. Instrumenta autem domestica, testatio, seu adnotatio, nullam merentur fidem, *l. 5. C. de prob.* Certe ætatem Theoderici, seu is primus sit, seu secundus, qui attigerit, ex is nemo est, quorum scripta adhuc extant.

(1) Non omnis martyr, qui à paganis interfectus occubuit, sed martyr qui occubuit propter fidem in Deum, & salutis nostræ spem Christum. Causa facit martyrem, non supplicium, non pœna. Augustin. *ad Psal.* 34. *to.* 8. *Martyres non facit pœna, sed causa.*

Digitized by Google

doot gebleven, ende martyr gemaeckt, ende is van daen gevoert int clooſter tot Egmonde, daer ſyn uytvaert is gedaen mit rouwe, ende begraven mit ſinen ouders. In deſen tiden is geſciet een groot teyken van deſen heyligen Grave, dat wy in deſen Croniken willen ſcryven, op dattet die Kerſten gelovige luden hier na moghen weten, wantet opten witten Donderdach gewoenlic is, dat vele volex totter kercken t'Egmonde pleget te comen na der ouder gewoonte om te vercrigen die gratie der abſolutien van den Abt van Egmonde. Doe ſcoerde die ſarck, daer deſe voerſz Grave onder begraven lach, lichte van langer outheit, ende daer uyt ginc een roke van ſoeter luchten, oft mirre ende wierooc hadde geweeſt. *Lutgaerd* ſyn wyf die Gravinne ruſte op die ander Idus in Meye, ende wert begraven by haren man int voerſeyde clooſter.

DIRC *die vierde Grave van Hollant.*

Na dien miſvalle *Arnulfus* des ** milden Prince, is *Dideric* die derde Grave aldus genoemt geworden die vierde Grave van Hollant, ende ** nam te wive des mogenden Hertogen dochter van Zaſſen, ** die *Utilbildis* hiet, dair hi twee ſonen bi wan, een, die *Dideric* hiet, die na hem Grave van Hollant wert, ende enen die *Florens* hiet, die na hem Grave van Oeſtvrieſlant was. In deſen tiden ſtont een pylaern in Apullen, daer die ſcrifte in gegroevet was: *Op die Kalende van Meye an der ſonnen opganc ſal ic hebben een gulden hooft.* Een Sarraſyn, die daer gevangen lach, groef onder t' hoeft van der ſtatue of van

ſa. Nam ſi pœna martyres faceret, omnia metalla martyribus plena eſſent: Omnes catenæ martyres traberent, omnes qui gladio feriuntur, coronarentur. Ergo diſcernatur cauſa: Nemo dicat, quia patior, juſtus ſum, quia ipſe qui primo paſſus eſt, ideo magnam exceptionem addidit: Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam, nam multi habentes bonam cauſam faciunt perſecutionem, & habentes malam cauſam patiuntur perſecutionem.

** *Pii Principis Beka.* Noſter interpres ſupra pag. 57. de Odilbaldo. *ende een heylich man was, milde &c.* ut & aliis locis.

** Hæc adſcribuntur Theodorico v. hujus nominis pag. 121. Magni Chronici Belgici, quod edidit Piſtorius inter Rerum Germanicarum veteres Scriptores. Tom. I.

** Aliter hæc in Chron. Belg. d. l. *duxit uxorem Uthildam* (ſcil. Theodoricus v. hujus nominis) filiam præpotentis Ducis Saxoniæ, *de qua genuit Florentium ſuccedentem Comitem, & Machtildem venuſtiſſimam Domicellam.*

Digitized by Google

van den stene, also 't van den pylaer uytgerect was op den selven dach ende ure, ende vant dair ontalliken scat, dien hi gaf ende verlossede hem selven dair mede. In desen tiden als in den jaer ons Heren DCCCC. ende XCIV. ruste in Gode *Baldewinus*, die Bisscop ende ** herde was IV. jaer der kercken van Utrecht op die Idus in Meye, ende is begraven mitten Bisscoppen voirsz van Utrecht.

ANSFRIDUS *die* XVIII. *Bisscop t'Utrecht.*

Ende als *Baldewinus* die Bisscop gestorven was, so is (1) *Ansfridus*, die eerste een waerlic Grave was, wert na clerc ende ontfinc crune, ende is van den gemenen luden van Utrecht gecoren te wesen die XVIII. Bisscop. Dese *Ansfridus* also hem God in gaf, so gaf hi vele goedt ende erves van sinen vaderliken erve tot behoef der heyliger kercken van Utrecht, ende dat Graefscap van *Teysterbant*, † (ende die Graefscap plach by *Tyel* te wesen,) die daer na in den jaer ons Heren CIↃ. ende

† Interpretis verba hæc.

(1) Comes Bratuspantium, ut ait Sigebert. ad Ann. 997. *Clarebat etiam hoc * tempore inter Gallos Ansfridus, qui cum fuisset Comes Bratuspantium, non minus justitia quam potentia seculari famosus, deposito militiæ cingulo tonsuratus in clericum, eo provectus est, ut ordinaretur Episcopus Vultrajectensis ecclesiæ.* Etiam Hoyensis. Sed Hoyensem Comitatum Ottoni cessum Imperatori ecclesiæ dedit Leodiensi, ut ipse Otto significat in charta apud Ægidium Aureæ vallis religiosum in additionib. ad Anselmum Canonicum Leodiensem cap. 54. *Otto divina favente clementia Rex. Cunctis fidelibus nostris, præsentibus scilicet & futuris, per scripti hujus prætitulationem manifestari volumus, quia adiit Celsitudinem nostram venerabilis & fidelitatis nostræ in omnibus exequutor Notgerus, Tungrensium vel Leodiensium Episcopus, ut ei, vel successoribus suis S. Mariæ, Sanctoque Lamberto deservituris, Comitatum Hoyensem, qui in nostra ditione hactenus erat, quemque Ansfridus Comes illustris vir, qui illum ad præsens tenebat, pro Dei honore & prædictorum Sanctorum veneratione ipsiusque Episcopi amorem reddiderat, perpetuo habendum concederemus, & quia &c.* Bratuspantes Brabanti. Saltem eorum pars. Sigebert. ad Ann. 1012. *Heinricus. Imp. Godefridum Ducem cum exercitu in fines Bratuspantium mittit, ad obsidendum castrum Lovanium. Sed inefficax rediit.*

* Exscripsit verba hæc Albericus *to.* 2. *Chron. ad Ann.* 996.

** Sic etiam supra pag. 62. *ende du salstu wesen een harde van deser Kercken. Herde, Harde*, vetus, pro *Harder*. Kilian.

Digitized by Google

ende v. gelyc enen ſoon diemen caſtyt ende lief heeft, verloeſs dat licht van beyden oghen. Deſe *Ansfridus* ſtichte een cloeſter van Sinte Benedictus oirden op den heyligen berghe in die eer Marien der moeder Gods. In den clooſter nam hy ſelver aan dat heylige abyt, ende bleef dair in heylichliken levende totten eynde van ſinen leven, (1) ende ruſte in Gode in den jaer ons Heren CIↃ. ende VIII. op den v. Nonas van Meye, na dat hi XV. jaer dat Biſdom van Utrecht wyſlic hadde berecht. Wair ymant, die t' graf des heyligen vaders begeerde met innicheden te weten, ymant van der Doemkercke van den Canoniken of van den moniken van Sinte Pauwels ſoude hem lichte wiſen, ende latent hem weten.

ADELBOLDUS *die* XIX. *Biſſcop t'Utrecht.*

Na *Ansfridus* doot des heyligen Biſſcops wert gecoren (2) *Adelboldus* die XIX. Biſſcop t'Utrecht, een wys man, want hy was des Keyſers hoechſte Raet. Deſe *Adelboldus* in den jaer ons Heren CIↃ. ende XV. dede hi neder breken dat oude werc, dat *Baldricus* getymmert hadde, ende leyde nyen fundament ende vertymmerde die Doemkerc van nieus, ende mede

(1) Eccleſiæ S. Salvatoris Trajectenſis Necrologium: v. *Nonas Maji obiit Ansfridus Epiſcopus, qui contulit eccleſiæ beati Martini & nobis bona apud Weſemael & Tongerlo cum eorum appenditiis, pro quo dantur hic* XX. *ſol. de Reynaerſcop, & fiet compulſatio.* Lambertus Schafnaburgenſis biennio poſt obiiſſe ait. *Anno*, inquit, CIↃ. X. *Ansfridus Trajectenſis Epiſcopus obiit. Cui Adelboldus ſucceſſit.* Et ſic ſcriptor ſeculi XI. vitæ S. Meinwerci cap. 20. *Anno*, inquit, *Dominicæ incarnationis* CIↃ. X. *indictione* VIII. *Ansfridus venerabilis Trajectenſis Epiſcopus, cujus mira laudum præconia in geſtis ſuis inveniuntur, ad cœleſtem vitam ſuſtollitur, eique Adelboldus ſurrogatur.*

(2) Principi à conſiliis jam ante Epiſcopatum. Sigebert. ad Ann. 1004. *Gerardus Cameracenſium Epiſcopus & Adelboldus Vultrajectenſis Epiſcopus magni in eccleſia & in palatio habentur.* Etiam poſtquam jam Præſul frequens admodum in comitatu, ut vitæ S. Meinwerci Auctor & Baldricus ſignificant. Albaldum vocat Baldricus *lib.* 3. *Chron. Camerac. cap.* 22. *Tunc temporis vero Albaldus Epiſcopus apud Imperatorem H. in Saxonia morabatur.* Adelbaldum aut Athalbaldum vitæ S. Meinwerci Auctor *cap.* 36. 56. 57. 72. & 87.

Digitized by Google

mede die kerc van Tyel, die hy beyde in corten jaren volbracht herde eerlic. In den jaer ons Heeren CIↃ. ende XVII. openbaerde eene ſterre, die men Cometa hiet, lange tyt al avonde, ende groot gelyc den balken. In dien ſelven jaer geſciede oorloghe tuſſchen den Biſſcop van Utrecht, ende den Grave van Hollant, (1) dat by deſer ſaken toequam. Een Grave was aldaer, ende hiet *Dideric Bavo*, dien *Adelboldus* die Biſſcop

(1) Non hæc tantum belli cauſa, ſed haud dubie etiam, quod Comes invaſiſſet quæ Epiſcopi circa Dordracum. Nullum quidem Dordracum tum. Sed ubi jam Dordracum, facto ibi municipio, quod quin Dordracum non dubito, dum poſt patris ſui mortem à Friſonibus ſibi metuit, vi ſubegerat Comes terram, injuſtus ejus poſſeſſor. Aditus autem eo nomine à Provincialibus Imperator negotium dederat Adelboldo, ut flamma ferroque loca hæc evaſtaret. Dixi ſupra ex Balderico, ubi & deinceps addit: *Huc nimirum Theodericus Arnulfi Gandenſis filius, qui participium monarchiæ Friſonum tenebat (quia Friſones, pro morte patris, quem interfecerant, ſuſpectos habebat) ſeceſſerat, factoque quodam municipio, alienus invaſor, ipſam terram præſumpſerat poſſidere, ſed & negotiatores inibi navigantes graviſſimo cenſu conſtringere. Unde Imperator Henricus clamore excitatus, ac maxime Albaldi Epiſcopi, cui major portio de ipſa communi poſſeſſione cedebat, monitione compulſus, Duci Godefrido, ſed & Epiſcopis Colonienſium, Trajectenſium, Leodicenſium, ut exercitum adunarent, edixit.* Nondum Comitis Hollandiæ ea tum exiſtimatio. Et nec Hollandia adhuc ſatis nota. Satelles erat Adelboldi, id eſt, vaſſus ſeu vaſallus, Theodericus Tertius non minus, quam de quo Beka hic, Theodericus Bavo. Ditmarus Mersburgenſis Epiſcopus æqualis eorum temporum *lib. 7. hiſt. Sed ne ſtupeas lector talem caſum etiam perpendas ortum. Thiedericus ille infauſtus prædicti Antiſtitis ſatelles fuit. Hic in quadam ſylva, Mirvidu vocata, magnum habuit prædium, quod ſibi ex ejuſdem parte injuſte ablatum eſſe cuncti comprovinciales Cæſari in Neumagun queruntur. Unde cum conſilio optimatum Imperator Epiſcopo Trajectenſi hæc loca præcepit incendi, & conclamantibus reddi: Cumque ſeniorem ſuum juvenis nefandus à mandatis talibus compeſcere nequiviſſet, licentiam abeundi petiit, & ſe id probibiturum eſſe promiſit. Nec mora, factum, eſt, quod dixi.* Nimirum quod paulo ante: *Petiit enim Atbelboldus Trajectenſis Epiſcopus Imperatricis noſtræ nepotem Thiedricum, ſe prius in occiſis militibus ſuis multum nocentem, & in inſula quadam ſit conventus collecti exercitus. Hic velociter ad pugnam præparatus mortem quam boſti minatur, proch dolor! patitur. Namque à Freſonibus ex inſidiis undique erumpentibus, & à prædicti juvenis ſatellitibus*

Biſſcop voerſz gegoet hadde omtrent *Bodegrave*, die niet en ruſte aen te vechten ende te moeyen den Grave *Dideric* van Hollant. Die Grave van Hollant verſamende een groot heer, ende ſtreet tiegens den Grave *Dideric Bavo*, dien hy verwan, ende nam hem mit crachte al ſyn goet, ende worp hem uyt al ſyne beſittinge. *Adelboldus* die Biſſcop, die dat ſwaerlic nam, vergaderde een groot heer, ende wonde ſinen man weder brengen op ſyn goet, ende ſetten in ſyn Heerlichtit, of tiegens den Grave daerom ſtriden. Ende hierom in den jaer ons Heren CIↃ. ende XVIII. op de v. Idus van Julio quam die ſelve Biſſcop mit ontwonden banieren, mit clinkenden baſunen, ſedelike totter ſtede daermen ſtriden ſoude. Daer tegen quam Grave *Dirc* van Hollant mit blinkende banieren, mit vervaerlike lieden, mit hoernen, treckende uit ſinen tente ſtoutelic opten groenen velde, ende ſonder merren vergaderde die Biſſcop mitten Hollanders, ende vochten manlic om die ſeghe. Daer geſciede een bloedich ſtryt aen beiden ſiden, mer ten

bus ex improviſo is circumventus, dictu terribile! gladio & aqua, ſine reſiſtentium damno vitam hanc finit. Epiſcopus autem in navicula quadam vix fugit, ac Dux ab hoſte ſalvatus eſt. Operæ pretium, ni fallor, ſi id obiter notetur hic, quod *ſatelles* idem quod vaſallus. *Senior* enim Adelboldus. Sic & idem Ditmarus ſupra *lib. 6. hiſt. Quod cum Imperator comperiret, Thiedricum nepotem meum illuc miſit, ut ſatellitem ſuum ſibi redderet, & ſi de ſui gratia aliquid curaret hunc nullatenus proderet. Cui hoc fertur reſponſum dediſſe: ſenioris mei juſſa in omnibus ſequi tam poſſe quam velle mihi admodum neceſſe eſt.* Quod conflictum hunc & alius, de quo Beka, præceſſerit, ut innuunt ſatis verba hæc, *ſe prius in occiſis militibus ſuis multum nocentem.* Quod nepos Imperatricis ſeu affinis Thiedericus, Othilde ſcilicet ab eo ducta, Saxonum Ducis filia. Chron. Goudan. *in ej. vit. pr.* Beka ſupra in *Balduin.* Quod Hollandi ipſius tempore adhuc Friſii paſſim dicti. Haud dubie enim Theodericus hos in prælium eduxit, non à quibus metuebat ſibi, propter patris ſui mortem. Et tandem quod verba hæc, *ac Dux ab hoſte ſalvatus eſt*, clarius explicet Baldericus ſupra: *Dux autem Godefridus, quem ſecunda bellorum accenderant, undique circumfuſus, dum fugere pudoris æſtimat, fugientibus ſociis, ſolus in prælium ruit, cæſiſque quos adverſum ierat, à latere circumventus tandem capitur vulneratus. Timens autem Theodericus tantæ magnitudinis virum in captivitate tenere, ſuæ temeritati conſuluit, eumque, ut ſibi Imperatoris gratiam emeretur, abire conceſſit.*

Digitized by Google

ten leſten wert des Biſſcops heer ſo cranck overmits vele groot-moedige Princen, die daer doot bleven van ſinen volcke in den ſtride, als *Wegerus* der kercken Advocaet, *Wilingus*, *Godezo* Graven, *Lazo*, *Algerus*, ende † *Waſſerus* Ridders, ende anders vele jonghe Ridderen, ende wapentuers mit groten priſe. *Adelboldus* die Biſſcop die hem ſeer bedroefde, allt geen wonder was, om dat verlies, vergaderde van nieus een verſch heer van ſtouten wapentures om anderwerf te ſtriden tegen dat Hollantſch volck. Ende daer tegens verſamende Grave *Dirc* voerſz met *Siccone* ſynen broeder een onvermoyet heer, daer hy anderwerven mede ſtriden woude tiegen den voerſz Biſſcop al op ten XIX. dach dair na volgende, dat was op die VII. Kalende van Auguſtus in den ſelven jaer. Doe vergaderden die voerſeide Princen anderwerve te ſtriden, dair vele miſvals aen geſciede an beyden ſiden. Want daer bleven doot aen des Biſſcops *Adelboldus* partye vromer man, die daer werender hant geſlagen worden, als *Volcardus*, die Prieſter was, *Bertoldus* Dialken, *Johannes* ende *Godefridus* Graven, *Hidde*, *Halmarus*, † *Wiltellus*, *Hubertus* Ridders, *Sivaert* ende *Heyneman* Joncheers, mit vele wapentueren, ende daer verloes die Biſſcop anderwerf den ſeghe, * die hi hadde, dair hi ** nochtan groote ſcade van volcke of nam, ende wert te rade, dat hi woude vechten tiegens die Vrieſen des ſelven jaers om die te verſlaen, om te wreken ſinen vader. Ende daerom is de Keyſer *Henric* metten Hertoge *Godevaert* van der Moſel hem te hulpe comen mit vele vrome Ridders. Ende als die Hollanders mitten Vrieſen vergaderden opten ſlechten velde, ende daer ſtoutelic vochten om den ſeghe te vercrighen, (1) ſo quam daer een vreſelike ſtemme roepende *Vliet*, *Vliet*. Ende al te hant

† *Sweſterus.*

† *Volcellinus.*

* Aliquid hic deeſt. Apud Bekam eſt ita: *Theodoricus igitur Comes ex hac duplici victoria non tamen ſine gravi diſpendio ſuorum obtenta quam plurimum animatus &c.*

** *Nochtan* vetus pro *nochtans.*

(1) Balderic. *l. loc. Theodericum cum paucis Friſonibus, quos ſecum habebat, adorti ſunt, procul dubio ſe victuros eſſe putantes. Quis enim tantum ac tanta virtutis exercitum prævalere ambiget, præſertim cum uſu bellico & diſciplina militari præſtarent, & Imperatori, ſtudio placendi, inniterentur. Cum ergo eominus conflixiſſent, derepente, incertum quis diabolico inſtinctu vexatus, in hac voce bis, horrendum, erupit, Fugite, Fugite. Quo Lotharienſes exterriti, neſcimus quo Dei occulto judicio, omnes fugam inierunt.* Sigebertus ad Ann. CIↃ. XVIII. *In Freſonia Deoderico, filio Arnulfi Gandavenſis, debellante Freſones in vindictam*

hant wert vervaert dat Hollants volc van der vreeſeliker ſtemmen, die ſy hoorden, ende vlogen van anxte. Doe wort die meeſte hoop doot geſlagen, ende Hertoge *Godevaert* voernoemt bleef daſr gevangen van ſinen vianden ende gebonden. Deſe manſlachte ende dit verlies geſciede den Hollanders overmids die voirſienicheyt Goids, op dat Grave *Dirc* kennen ſoude in hem ſelven, dat een God is, die de menſchen verdemoedicht ende verheſt. Deſen ſelven Grave *Dirc* quam daer na in ſinen moet, dat hi voer over meer, ende verſocht die heylige Stadt. In den jaer ons Heren CIↃ. ende XCIV. ſo

wert

dictam patris ſui ab eis occiſi, Gottifredus Dux ad eum debellandum ab Imperatore mittitur, & conſerto prælio, repente voce, neſcitur unde, emiſſa Fugite, fugite, cunctis fugientibus, multi à paucis Freſonibus perimuntur. Dux vero capitur. Vid. *d. lib.* 1. *de Nob. cap.* 14. & 17. Idem habet Albericus. Idem qui vitam ſcripſit S. Wolbodonis, apud Henſchenium *to.* 2. *SS. April. cap.* 2. §. *Alt.* Auctor qui circa Annum vixit CIↃ. C. XXX. ut in Bibliotheca Belgica Andreas Deſſelius. Sic à Friſiis cæduntur Friſii, & quæ magna eſt victoria, Friſii ſimul & Lotharingi. Adduxerat Friſios Adelboldus, Lotharingos Gotfridus, qui Lotharingiæ erat Dux. Friſia ingens olim regio, ut dixi *lib.* 1. *de Nobilit. cap.* 18. Etiam, qui Theoderico militabant tum Friſii, ex eo haud dubie etiam terrarum tractu, qui Hollandiam jam continet, qui tum temporis ut ceteri, omnes Friſii adhuc dicti. Graviſſima autem fuit cædes, & quam non leviter lamentatur Ditmarus *d. loc.* Crevit gloria hinc Theoderici, potentia etiam multum aucta, præſertim cum non eſſet, qui toto eo tractu ei poſſet opponi. Unde & Adelboldus cum eo tandem ad pacem vel invitus deſcendit. Audiamus Ditmarum: *Cameracenſis Epiſcopi milites pene omnes prædicta oppetierunt in inſula, & in proximis tribus provinciis non ſupererat una domus, ubi ſaltem non deeſſet habitator unus. Poſt tempora Caroli una die vel anno aliquid in his regionibus tale non accidit, ſicut vetuſtas aſſerit, quomodo unquam ceciderunt tales viri abſque damno boſtili? Sed nullus hoc miratur, qui hoc rite meditatur; quia is nil poteſt pugnare, quem culpa ſua gravis vindicta Dei nititur deprimere. Hic inexuperabilis caſus poſtea cito obliviſcatur, quia Godefridi Ducis auxilio Atelboldus Antiſtes cum Thiedrico boſte reconciliatur, & hoc venit non ex voluntate ſua, ſed ex neceſſitate ſumma. Non erat enim iſtius regionis ullus præpotens defenſor, ſi amplius inſurgeret inimicus acrior.* De Godefrido quod dicit, ait etiam Sigebert. ad Ann. 1019. *Godefridus Dux, impetrata à Freſonibus ab Imperatore totius injuſtitiæ impunitate, à captivitate ſolvitur, & non multo poſt moritur.*

Digitized by Google

wert volmaect die Doemkerke t'Utrecht van den Biſſchop *Adelboldo*. Ende ter wyinghe deſer kercken quam Keyſer *Henric* mit XII. Biſſcoppen t'Utrecht, die deſe ſelve kercke op de VI. van Kalende in der maent van Junio eendrachteliken wyeden ende heylichden mit hore benedixi, in die eere Gods. † Deſe Biſſcop *Adelbold* dede beſcriven, wie des Biſſcops hoghe manne waren, ende wat goede ſi mede verleet waren, op dattet bliven ſoude ter ewigher gedenckeniſſe. Daer is die Hertoge van *Brabant*, die houdt van den Stichte te leen die Stadt van *Tyele*, ende dat dair toebehoirt, ende al *Kempen* lant tot *Toernout* toe, ende datter toe behoort, ende ſyn Ambocht was, dat hy hiet s'Biſſcops *Droſſaet*. Die Grave van *Vlaenderen* was die andere, ende hilt van den Stichte die vier Ambochten. Die Grave van *Gelre* was die derde, ende hilt van den Biſſcop te leen die Graefſcap van *Zutphen* al geheel ende half *Emmeric*, ende dat meerre deel van *Tyelrewaerde*, ende van *Boemelreweerde*, ende is geheten s'Biſſcops *jagher*. Die Grave van *Hollant* was die vierde, ende hilt van den Stichte *Zeelant*, ende een deel van *Hollant*, ende van *Waterlant*, ende hy hiet s'Biſſcops *Maerſcalc*. Die Grave van *Cleve* is die vyfte, ende houd van den Biſſchop te leen *Wouderichem*, ende mede wat in der Batuwen, dat bi den Rine lach, ende hy was gelyck des Biſſcops Camerlinc. Die Grave van *Benthem* was die ſeſte, ende hilt van den Stichte te leen die Borchgraefſchap van Utrecht, ende ander dienſte mede, eude heet des Biſſcops *Doerwaerder*. Die Heer van *Kuyc* was die ſevende, ende hilt van den Stichte veel gerechten, die ic niet beſcreven vant, hoe ſi genoemt waren, ende is geheten s'Biſſcops *Scencker*. Die Heer van *Ghore* was die achſte, ende hilt van den Stichte meeſt al ſyn goet, ende is geheten s'Biſſcops *Poortwachter*. Die Heer van *Herlair* is die IX. ende hout van den Stichte te leen die *Ameyde*, ende dat dair toebehoirt, ende is genoemt 's Biſſcops *Banierdragher*. (1) In den jaer ons Heren CIↃ. ende XXVII. optie v. Kalende

† Verba hæc uſque ad *in den jaer ons Heren* CIↃ. *ende* XXVII. *optie v. Kalende* &c. apud Bekam non extant.

Item daerna op Sinte Eliſabeths nacht, alderheyligen Joncvrouwen dach toecomende was, ſo heef op al te grooten ſtorm, ende quam uter zee, dat in een deel jaren desgelycx niet geſciet en was, dair al te grooten ſcade in Hollant en Zeelant aff quam, dat ſeer was te beclagen, want die dycken tot veel ſteden daer van inbraken, ende dat water quam ſo hooch ende ſo groot uytter zee met een ſwaren Noortweſten wint, ende beliep die luden tot veel Steden in hore huſen, die nergens comen en conden, alſo datmen ſeyde, datter veel luden verdroncken, ende veel beeſten desgelycx. Item doe op die ſelve tyt brack den dyck by *Dordrecht* in, daer dat ſoute water mede afgedyct was, daer de groote waert, daer

Dor-

Dordrecht in ſtaet, mede bedyct was, ende dat water wert van der ſelver nacht alſo groot binnen *Dordrecht*, dattet wel twee voet hooch op ter ſtraten ſtont, alsmen doe ſeyde, mer dat hooge water opter ſtraten dat en ſtont niet langer.

Item in den ſelven jare van XXI. omtrent *converſio Pauli* waren die van *Oudewater* uytgetogen om int Sticht te ſcadigen. Dat vernam Heer *Lodewyck* van *Montfoirde*, ende tooch hem tegen mitten genen van *Montfoirde*, diemen van dair ontberen mochte, ende tooch alſo dair die vianden waren, ende woude mit hen ſtryden als hy dede. Als dat die van *Ouwater*, die dair waren vernamen, ſo beſaten ſi hen daer tegens, als die geen die ſtryden wouden. Ende doe Heer *Lodewyck* mitten ſynen daer by quam, ſo dede hy als een onvervaert Ridder, die eens leuwen moet hadde, ende reet die vyanden in, ende die ſyne die dair te voet waren, die deden als heerlycke ſtoute mannen, ende ſtreden vromelick mit hem. Ende de vyanden weerden hem manlyck ende ſtoutelic als Joncheren. Daer wert manlick ende ſtoutelick geſtreden mit kleyn volck aen beyden ſyden, want een ygelick had gaern dat velt behouden. Doch int leſte als die van *Oudewater* ſagen, dattie van *Montfoirde* niet wycken en wouden, ende waren dair toe geſtelt liever te ſtryden, dan mit ſcaemte dat velt te ruimen, begaven ſi dat ſtryden, ende worden vluchtich, ende daer worter geſlagen ende gevangen omtrent LXX. man. Ende men ſeyde, doe ſi eerſt vergaerden ende begonden te ſtryden, dat ſi even ſterck waren, of dat luttel ſceelde. Ende als die van *Montfoirde* aldus geſtreden hadden, ende hoir gevangen bewaert, ende hoer vrienden, die gewont waren, beſtelt hadden, doe togen ſy weder binnen *Montfoerde* mit horen gevangen luden, ende mit horen vrienden, ende danckten Gode ende Sinte Martyn, dat ſi mit ſulcker eeren ende mit ſulcken gewin ontſtaen waren.

Int ſelve jaer wert ** Sinte Andries hooft in der Stat van Utrecht gebracht, ende eerlyken geſet in Sinte Martyns kerck, die lange jaren alſo geheten hadde. Ende dat geſciede by Heren

** Vide infra Admonitionem Matthæi pag. 408.

Digitized by Google

Heren *Sweder* van *Culenburch*, die doe Domproeſt t'Utrecht was. Ende dat heylige hooft had menich jaer geruſt ende geweeſt in Sinte *Marienwaerde* int Clooſter bi *Culenburch*, daer 't die voorſz Domproeſt vriendelick van geworven ende gecregen hadde, om den heyligen hoofde meer eeren ende waerdicheyt te doen, dan men in den eerſten plach.

Int jaer ons Heeren CIↃ. CCCC. ende XXV. doe wert Hertoch *Jan* van *Beyeren* aflivich in den Haghe des Saterdages op den dertienen dach, ende Vrou *Jacob* voerſz die hadde den Hertoch van Brabant tot enen man, dat hoir naeſte neeff was, ende men ſeyde, dat hy Hertoch *Jan* verlangt hadde int lant te weſen noch vyff jaer Ruwaert, als man ende Voocht van haer. Ende doe Hertoch *Jan* aflivich geworden was, doe togen een deel goede mannen binnen *Scoonhoven* van die geen, die mit Vrou *Jacob* verdreven waren, daer die landen van Hollant en Zeelant voir togen, ende ſaten dair lange wyl voir, ende die van den huyſe ſcoten ſeer van den huiſe of, mer die buten lagen en mochten dat huys niet ontſetten van die van *Scoenhoven*, ſo dat ſi verhongert worden, die opten huſe lagen, ende gaven hem op die van *Scoonhoven*. Aldus creech die Stede van *Scoonhoven* dat huys te bate, ende die Hollantſche Steden ſloegen een blochuys voer die Stede, ende togen weder t'huis. Ende ſi hadden menige ſchermutſinge gehadt tegens malcander, die van buten, ende die van binnen. Hier en tende quam Vrou *Jacob* tot *Scoonhoven*, ende voirt ter *Goude*. Dair geopent wert beyde Stede ende Sloten, ende *Oudewater* ende *Utrecht* quamen hair ook te bate. Ende die ander landen namen Hertoch *Philips* van *Bourgoignen* te bate. Ende alsmen ſeide ſo haddet den Hertoch van *Brabant* overgegeven den Hertoch van *Bourgoignien*, alſo datter een ſwaer oirloch of quam, daer menich goet man om ſterff ende doot-geſlagen worden aen beiden ſyden, dair God die ſiel of ontfermen wil.

Int jaer ons Heren CIↃ. CCCC. XXVI. op Sinte Pontiaens avont, doe waſſer een groot heer van volck uyt Engelant gecomen Vrou *Jacob* te hulp, daer den Heer van *Haemſtede* mede an vel mit veel Zelanders. Dat vernam den Hertoch van

Digitized by Google

van *Bourgoegnen* ende vergaderde een groot heer dair tegens, ende quam tot *Brouwershaven*, dair si de Engelschen vonden, ende vergaderden aen malcander, so dat daer een groote bitteren stryt of quam, maer int leste verlorent die Engelschen. Si worden mit al doot geslagen, ende den Heer van *Haemstede* wort gevangen mit sommige andere goede mannen, ende daer wert dootgeslagen mitten Engelschen Heer *Jan* van *Hodenpyle* Ridder, *Costyn*. . . . . .

Finis Chronici Auctoris Joannis de Beka.

ADMO-

Digitized by Google

ADMONITIO MATTHÆI.

Vacante adhuc pagella verbo id tantum addam, habuisse olim Scriverium Bekæ Codicem manuscriptum, in quo de prœlio navali inter Imperatricem Margaretam & Wilhelmum ejus filium narratio est paulo plenior, quam in eo, quo utimur, & quem Buchelius nobis dedit, ** verbis etiam Interpretis nonnihil dissimilis. Descripsi, prout reperi, ex Adversariis, quæ habet, & asservat vir illustris Consul Amstelodamensium Nicolaus Witsen. Ita autem se habet hæc: *Anno Domini* CIↃ. CCC. L. *surrexerunt in Hollandia duæ interminabiles partialitates, scilicet Cabeljaux & Hoex, totam terram & continuum odium in invicem habentes. Cabbelaucenses miserant pro Wilhelmo Bavariæ, qui veniens ex Goricbem à Delfensibus, & multis aliis civitatibus, & præcipue à Kennemaris & Frisonibus receptus est & homagiatus. Hoekenses miserunt pro Margareta Imperatrice, quæ non attendens, quod Comitatum jam ante Wilhelmo largita fuerat, statuendo eum sibi in tutorem, congregavit exercitum cum Elisabetb filia ejus Regina Angliæ, & misit exercitum apud Veer, cui Wilhelmus filius ejus occurrit, & confligentes filius victus declinavit versus Hollandiam, & post hæc decretum, quod navale committerent bellum infra Briel & s'Gravesande. Quo commisso anno* CIↃ. CCC. LI. *in die translationis Martini aqua mansit tribus diebus sanguine permixta ex occisis utriusque partis. Sed tandem Regina lassitudine fatigata defecit, & extensis carbasis ad Angliam transfretavit.* Si miretur quis, quod inter Codices tanta diversitas, mirari poterit & illiud, quod cum apud Bekam, quem Buchelius nobis dedit, nihil de Gunterlingis, nec de Episcopi cum iis pugna, de qua supra Interpres ** *p.* 236. idem tamen ad Hedam in vita Joannis IV. alium dicat se habuisse Bekæ Codicem manuscriptum, in quo itidem ejus mentio, ita nimirum: *Anno* 1346. *pugnatum est ab Episcopo una cum Huberto de Culenburch, Roberto de Arckel, & Jacobo de Nievelt in foro Palatino contra Gunterlingos numero trecentos.* Sic Codices variant. Nec ulla ratio hinc, cur mireris, quod id quod caput *S. Andreæ* Interpres vocat supra ** *p.* 450. caput *S. Adriani* vocet Heda in Frederico *hist. Ultraj. p.* 274. Nam & variant scriptores. Sic quod Heda ibid. Gelris, Veteraquensibus id adscribit Interpres d. loc. Et sunt alia id genus plura, sed quæ non tanti, ut notentur hic.

** Vide supra p. 245. hujus Tom. 3.

** Nobis pag. 238. hujus Tom. 3.

** Nobis pag. 405. hujus Tom. 3.

Finis Tomi V. Analectorum Editionis prioris in 8.

HIC

Digitized by Google

HIC INCIPIT

ANTONII MATTHÆI

ANALECTORUM

TOMUS SEXTUS

PRIORIS EDITIONIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

NOBILISSIMO,
AMPLISSIMO, & SPECTATISSIMO
VIRO,
D. D. JOANNI VAN DEN BERGH,
JCto,
REIPUBL. LEYDENSIS
Nuper
CONSULUM PRÆSIDI,
Nunc FOEDERATORUM ORDINUM
CONSILII STATUS, quod Hagæ eſt,
ASSESSORI DIGNISSIMO,
ILLUSTRIBUS Academiæ Lugduno Batavæ CURATORIBUS magna cum laude à CONSILIIS & SECRETIS jam annos XIV.

Fauſta omnia & felicia, valetudinem, ſalutem, & ſuum promptum & humile cum omni ſubjectione & devotione ſervitium.

NUPER ** à me editis ſacrarum ædium Fundationibus, quibus varia etiam Chronica, & inedita monumenta, paſſim inſerui, & has adjicere conſtitueram, ſed cum præter opinionem excreſceret libri moles, Ultrajectinas attigiſſe conten-

** Edidit Cl. Matthæus *Fundationes & Fata Eccleſiarum, præſertim quæ Ultrajecti, & in ejuſdem ſuburbiis, & paſſim alibi in Diœceſi*, Lugduni Bat. 1704. in 4. ſcilicet eodem anno, quo edidit hunc Tomum Sextum Analectorum.

Digitized by Google

contentus à ceteris me abſtinui, donec offerret ſe occaſio opportunior. Eam autem dum quæro, ſubit animum cogitatio non abs re me facturum, ſi inſererem Analectis, & iis veterum monumentis, quæ obſeſſa adhuc tenebris in lucem nondum prodierunt. Sic & otii rationes redditurum me credidi, & bono publico conſulturum, & tibi, vir Ampliſſime, cui ſtudia hæc in pretio, & qui in iis es verſatiſſimus, facturum rem non ingratam. Aggreſſus ergo rem ipſam præmiſſis Fundationibus ſubjunxi hos, qui ſequuntur:

Primus *Bruno Fabricius* eſt, monaſterii Paderbornenſis Sanctorum Petri & Pauli, vulgo *Abdinckhof* nuncupati, ſeculo decimo ſexto & initio ſequentis Abbas, qui ejuſdem monaſterii Abbatum ſcripſit vitas, eorundem hiſtoriam ad ſua tempora perſecutus, facto ſcribendi fine, ut ipſe ait diſerte, Ann. 1605. Ædium ſubſtructionibus, quæ urbi decus eximium & ſplendorem conciliant, publicis privatiſque, & tam ſacris quam profanis, illuſtris ſemper Paderborna, Weſtphaliæ urbs non ignobilis, virorum etiam præpotentium, honorum magnificentia, & virtute præfulgentium domicilium non minus inclytum. Cum dudum eſſem Daventriæ apud virum humaniſſimum & harum rerum ſtudioſiſſimum Stephanum van Rhemen nobilem Tranſiſalanum, & Cameræ Rationum olim Hagæ Aſſeſſorem, quorundam vidi catalogum, qui paucos adhuc ante annos vivebant, hujuſmodi:

Iohan Adolf Fryherr von Furſtenbergh Domproeſt.
Ferdinant von Plettenbergh Dum-decan.
Willem Frans von Vittinckhof genant Schal Dom-cantor & ſenior.

Mat-

Digitized by Google

Matthias von der Recke Dum-coſter.

Iohan Wilhelm Freyherr von Metternich zu Gracht Domprooſt zu Meints.

Willem Freyherr von Furſtenberg Domproeſt zu Munſter, Dum-decan zu Salzburgh.

Ioan Georg von der Bruggeney genant Haſencamp Dom-Scolaſter.

Frederick von Nyenhauſen.

Anton Lothard von der Lippe.

Friderich Chriſtian Biſſchop zu Munſter, Romiſchen Reichs Furſt, Burggraf zu Stromberg, Herr zu Borculo.

Bernart von Plettenbergh.

Georg Herman Spiegel zum Deſenberg.

Herman von der Reck.

Dieterich Haro Ignatius von Vittinckhof genant Schol.

Frans Arnolt Fryherr.

Wolf von Metternich zu Gracht Dum-Camerer.

Ferdinand Ignatius von Nagel zu Vornholt.

Albert Euſebius Graef zu Konigzeg und Rottenfels.

Maurits Frans Adam von der Aſſeburg.

Willam Herman Ignat. Ferdin. Hieron. Freyherr.

Georg von und zu Niehauſen.

Otto Henrick von Obr.

Iooſt Edmont von Brabeck zu Brabeck.

Bernhart Engelbert Chriſtian von Beverforde.

Digitized by Google

De IV. ſculen en Edele Meyer des Dom-capittels.

——— ——— *Stapel.*
——— ——— *Brencken.*
——— ——— *Krevet.*
——— ——— *Haxthauſen Erb havemeiſter.*
——— ——— *Spiegel Erb-maerſchalck.*
——— ——— *Spiegel Erb-Schencker.*
——— ——— *Erb thurwarter.*
——— ——— *Weſtphalen, Erb-koicken-meiſter.*

Idem Abbatum indicem, & monaſterii, de quo ſermo eſt, ex ſchedis avi ſui Chronicon non contemnendum ſuppeditavit, à Brunone Fabritio, qui Abbas ei datus Ann. 1579. ſcriptum ſatis diligenter. Unde & apparet quidem, quod fundatio ejus vetus, quod Petro & Paulo Apoſtolis conſecratum, ** ſed quis ſacraverit, fundaverit, aut extruxerit, non conſtat. Nomina etiam deſi-

** Abbatiam Abdinghoffenſem fundavit Meinwercus x. Paderbornenſium Epiſcopus Anno MXXXI.

Meinwercus x. *Padibornenſium Præſul Clivio-Gelder Theiſterbandiæ Comes, toto Imperio ſplendidiſſimus, Henrico Imperatori propinquus, cujus Cor & Anima habebatur & erat; quo mandante Goſlariæ A. C.* 1009. *à Willegiſo Archiepiſcopo Moguntino conſecratus, & A. C.* 1036. 5. *Junii denatus eſt. Vixit cum eodem Imperatore familiariſſime: ejuſdem auſpiciis ſacra monumenta poſteris (præcipuaque Padibornenſi Eccleſiæ) reliquit, & Abdinchofenſem Abbatiam eadem in urbe, & inſignem Collegiatam in Buſdorp, plurimaque alia ſacra loca, ſacella & Aſceteria, propriis impendiis curavit, paterniſque ex bonis lautiſſime fundavit.* Hæc & plura de Meinwerco habes pag. 101, Libri, qui prodiit Neoburgi ad Danubium Ann. 1663. in 4. hoc Titulo, *Animæ Illuſtres Juliæ, Cliviæ, Montium, Marchiæ, Ravenſpurgi, Morſæ, annexarumque Provin-*

Digitized by Google

desiderantur priorum quatuor Abbatum. Nec Bruno uspiam eorum meminit. Collectio ejus, quam reperi post principium statim mutilam, hæc ipsa est, quæ sequitur:

St. Peter en St. Paul to Paderborn Abten

1. . . . . .
2. . . . . .
3. . . . . .
4. . . . . .
5. *Hamuko.*
6. 1154. *Conradus.*
7. 1180. *Henricus.*
8. 1208. *Albertus.*
9. 1240. *Iordanus.*
10. 1269. *Hermannus.*

II.

Provinciarum, è Monumentis calamo R. P. Theodori Rhay Societatis Jesu redivivæ.

Abbatiam Abdinghoffensem fundatam esse Anno MXXXI. patet ex *Monumentis Paderbornensibus*, in quibus pag. 98. citantur *Literæ B. Meinwerci super fundatione Monasterii in Abdinghoff An.* MXXXI. *datæ.* In iisdem Monumentis pag. 181. occurrunt quoque sequentia: *Ann.* 1032. *Chonradus divina favente clementia Rom. Imp. Aug. confirmat donationes à venerabili Meinwerco factas Abdinghoffensi Monasterio. Data* XIII. *Kal. Febr. Indict.* XV. *An. Dom. Incarn.* MXXXII. *An. vero Domni Chonradi secundi, Regni* VIII. *Imperii autem* V. *Actum Paderburn. in Dei nomine feliciter. Amen.*

Ex his locis etiam colligi potest, hanc Abbatiam fundatam esse sub Imp. Conrado II., non vero Henrico II., uti vult Rhayus. Quibus accedit, Henricum II. jam anno 1024. adeoque ante fundationem dictæ Abbatiæ mortuum fuisse.

Digitized by Google

11. 1274. *Theodoricus.*
12. 1279. *Hermannus* II.
13. 1291. *Albertus* II.
14. 1304. *Henricus* II.
15. 1319. *Godſcalcus.*
16. 1320. *Ioannes.*
17. 1326. *Bertholdus*
18. 1340. *Gyzo.*
19. 1349. *Iordanus* II.
20. 1351. *Theodoricus* II.
21. 1357. *Ioannes* II.

Inter Bertholdum & Ioannem II. fuit adhuc Abbas Bertamus Wilven.

23. 1362. *Conradus von Allenhuſen.*
24. 1405. *Henricus* III.
25. 1418. *Ioannes à Broecbuſen* III. *Obiit* 1454. 6. *Non. Mart.*
26. 1454. *Henricus Wrede* IV. *Obiit* 1420. 5. *Kal. Decembr.*
27. . . . *Henricus* V. *Obiit* 1491. 31. *Maji.*
28. 1491. *Ioannes* IV. *Obiit* 1526. 6. *Id. April.*
29. 1536. *Theodoricus* III. *Ob.* 1541. 14. *Kal. Sept.*
30. 1541. *Arnoldus.*
31. 1557. *Ioannes Venlo* V. *Ob.* 1569. 18. *Iunii.*
32. 1569. *Ioannes* VI. *qui aſſumpſit nomen Hieronymi. Ob.* 1578. 12. *Decemb.*
33. *Bruno Fabritius.*

. . . . . .

Alter *Sibrandus Leo* eſt Friſius, qui hiſtoriam ſcripſit &

& res geſtas Abbatum in Lidlum. *Lidlum* locus in Friſia eſt inter duos pagos Tjummarum & Oſterbierum, haud procul Franekera, cujus apud Ubbonem Emmium, Winſemium, alioſque, mentio fit ſatis frequens. Sibrandus natus Leovardiæ Paſtor præfuit in *Menaldum* Ann. 1575. quo hiſtoriam hanc ſcripſit. Diverſus multum ab eo, cujus meminit Voſſius *lib.* 1. *de hiſtor. Lat. cap.* 57. Nam Sibrandus is, cujus meminit, Horti S. Mariæ factus Abbas Ann. 1230. deceſſit Ann. 1238. ut & noſter ſcripſit in eo opere, quo complexus hiſtoriam ejuſdem Horti Abbatum, libro hactenus nondum viſo. Noſter *Leo* cognomento, de quo, quod mireris, apud Voſſium nihil, pro ratione eorum temporum ſtylo utitur ſatis compto. Totius ſtatum monaſterii, Abbatum mores & inſtituta, & quæ hiſtoriam ſpectant ejus ævi, civiles etiam motus, & bella inteſtina, quæ inter Friſios, præſertim nobiles, dum quiſque affectat monarchiam, crebra olim & diuturna, quatenus etiam monachi ſenſere hinc cladem & detrimentum, exponit admodum accurate. Meo eum ære, Orco alioquin deſtinatum, aut ſi non ſcombris & blattis, perpetuis forſan tenebris, extorſi homini imperito. Variantes ad marginem in eo aliquot lectiones; quas, nequid ſciens negligerem, æque ad marginem hic adjeci, & obiter deinceps eum contuli cum ſimili MS. quod habet vir Clariſſ. Salomon van Til, Collega plurimum honorandus.

Tertius paulo vetuſtior *Zuederus* van *Culenburch*, vir nobilis, & haud dubie Culenburgus, aut Gelrus, Culenburgiis obſtrictus, & ſi indicia non fallunt ex ſtirpe & proſapia Dominorum de Culenburch. De nomine nemo dubitet. Ipſe id prodit diſerte. Ad Ann. CIↃ. CCC. XCV. de ſpuriis agens Guidonis Epiſcopi Tra-

jectenſis, quas Dynaſtis à ſe captis, alteram quidem Aſperæ, alteram Iſulſtadii, collocarat in matrimonium, addit in continentia *Ic Zweder van Culenburch ſchreeff, dat myn huyſvrou die pyl in haer hant gehadt heeft, dat die Gelderſche des Biſſcops vyant waren mit Biſſcop Zweder.* Ad Annum rurſum CIↃ. CCCC. XVII. ubi de leonibus Wilhelmi Ducis, qui Hagæ Comitis; *Ic Zweder van Culenburch ſcryft uyt den monde myner huyſvrouwen vader, die hem wel gekent heeft.* Uxor ei viri nobilis vidua Theodorici van Braeckel, ut ad Ann. CIↃ. CCCC. XLII. *Ic Zweder van Culenburch tuyge, dat myn huyſvrouwen man dit geſien heeft, geheten Dirc van Braeckel, dat een ſciltboortich man was &c.* Unde & quando vixerit non difficulter conjicias. Operi titulum præfixi ipſe. Foliis aliquot exciſis in ſchedis deerat, quibus uſus ſum. Non alius tamen præfigi potuit. Nam & originem tractat caſtri, & quæ aut à Culenburgiis aut Culenburgi olim geſta. De Dominis Culenburgi, quæ non protrita habet, hæc ſunt. Fuiſſe ait ex genere Dominorum de Boſinchem, primum ait Hubertum, à quo & caſtrum Culenburgi extructum Ann. 1271. in fundo, quem collegium S. Salvatoris Trajectenſis vendiderat, eumque ait obiiſſe Ann. 1276. tribus filiis relictis, ſucceſſiſſe ex his Hubertum, Huberto filium Joannem, Culenburgi Dynaſtam tertium, uſque ad Ann. 1326. quo obiit, Joanni filium Hubertum tertium, præfectum caſtro ter Horſt à Joanne van Dieſt Epiſcopo Trajectenſi Ann. 1336. cæſum à Leodienſibus Ann. 1347. Quintum ait ejus filium Joannem II. eique ait ſucceſſiſſe, cum obiiſſet ſine liberis, Gerardum ipſius fratrem, Gerardo ſex filios, Hubertum, Joannem, Petrum, Gerardum, Zuederum, & Arnoldum, ex his Hubertum ſucceſſiſſe ei, qui *Quartus*

Digitized by Google

tus ejus nominis, Zuederum primum Præpositum, mox Episcopum Trajectensem, Hubertum virum magnanimum, à quo Gelriæ primum Duci, mox Episcopo Trajectensi olim bellum indictum, sine prole defuncto Ann. 1422. Joannem fratrem successisse, Joannem scilicet, cui nupta *Aleydis* de *Gutterswyck*, *Evervini* de *Gutterswyck* & *Hedwigis* filia, Comitissæ de Benthem, Joanni filium Gerardum Ann. 1441. eique mortuo Ann. 1480. Casparum ejus filium. Dynastam XI. Et in hoc quidem tandem desiit. Nec vitam, puto, produxit ultra. Quapropter nec mirum, quod nec de prole, aut ejus liberis, aut quis successerit ei quicquam. Res autem se habet ita: Sine masculis cum obiisset, filia ejus *Anna* in dotem attulit Dominium id *Joanni* van *Pallant*, viro nobili & illustri, Theodorici filio & Apolloniæ van der Marck, cui filius successit *Everardus* van *Pallant*, uxorem habens *Margaretam* van *Lalaing*, filiam Caroli Comitis de Lalaing. Huic autem *Florentius* van *Pallant* à Carolo V. creatus Comes Ann. 1555. solenni ritu ut Comes Culenburgi inauguratus eodem adhuc anno IX. Decembr. Ritum & juramentum, quod Culenburgiis ut Comes præstitit, Culenburgii vicissim ipsi, ex Actis publicis jam edidi *lib. de jur. glad. cap.* 22. *in fin.* Uxor ei *Elisabeth* van *Manderscheyt* filia Francisci Comitis de Manderscheyt. Ex qua filio filiaque relictis successit filius *Florentius* II. Cui, postquam defunctus Ann. 1639. ex sororis suæ filia *Anna* Marchionissa de Baden nepos, successit Comes de Waldecq, *Philippus Theodorus*. *Annæ* enim conjux *Volradus* IV. Comes de Waldecq. Philippus institutus ab avunculo suo magno obiit Ann. 1645. relicto *Henrico Volrado*, qui cum *suis* decessisset Ann. 1665. agnatus ei successit *Geor-*

gius Fredericus Comes primum, & mox Princeps de Waldecq. Accurate hæc habet omnia Jac. Philippus Spenerus *hiſt. inſign. illuſtr. ſeu oper. Herald. part. ſpecial. lib.* 3. *cap.* 39. cujus loci indicium oportune admodum fecit, vir in his verſatiſſimus, & cujus amicitia, dum in memoriam plura revocat, non parum mihi profuit, D. *Daniel* de *Milan*, Senator, Judex, & Camerarius Trajectenſis. Et hic quidem is ipſe eſt, quem vidit Belgium Fœderatum flagrante adhuc bello Gallico exercitus ſui Ducem. Cujus vitam, hiſtoriam, proſapiam, & res geſtas, conſcripſit ſtilo inſigni, trimeſtre ob id integrum Archivis evolvendis commoratus Culenburgi, ut retulit mihi ipſe, cum in tranſitu hic compellaret me, doctiſſimis ſuis ſcriptis, quibus vivit, vivetque per ſeculorum memoriam, celeberrimus juxta ac humaniſſimus vir, *Samuel Conradus Schurzfleiſch*, nuper apud Saxones hiſtoriarum & Græcæ linguæ Profeſſor. Prodeat utinam quod ſcripſit, ſed ſperare id vix licet. Recitatis nonnullis Principi ex iis, quæ commentatus, quibus paulo effuſior, ut ipſe addebat, in ejus laudes, invidiam Principem deprecatum ajebat ſerio inhibuiſſe, ne ſe vivo prodiret quicquam. Vera utrum hæc ratio, an, quod ab aliis accepi, in re obſcura & difficili aqua homini interdum hæſit, non hujus loci eſt, ut inquiram. Certum quod in Principe hoc defecit maſcula rurſum proles, ſuperſtite tantum filia Henrietta Sophia ex Eliſabetha Charlota Comitiſſa de Naſſou, Erneſto nupta Comitiſſa de Naſſou, Erneſto nupta Duci Saxonico Hilpershuyſen. Cæterum ſunt & alia, quæ ad Auctorem hunc obſervavi, & quæ ad calcem adjeci. Mutilus eſt, fateor, ſed ut reperi eum edo. Et ſic edi, opinor,

præ-

Digitized by Google

præſtitit, quam blattis & tineis, cum quibus diu luctatus, porro objicere ** adedendum. Quo indignius fuiſſet nihil: etiam propter inſignia, propter teſſeras gentilitias, & dynaſtarum icones, à vivo effingi juſſas, quas in gratiam Lectoris & hic volui comparere. Quicquid autem id tandem eſt, quod faſciculo hoc comprehendi, epiſtolas etiam, quas adjeci, & vetus jus Tranſiſalanicum, lubens, prout debui, ad Amplitudinem tuam defero. Et jam diu eſt, vir Ampliſſime, ex quo id animo agitavi; & in id totus incubui, ut ex iis, quæ ſuppetunt, literarium quoddam munus, quod tibi gratum jucundumque eſſet, pro tuo illo inſigni & egregio in me affectu, pro ſingulari beneficio, quo me tuum feciſti, tandem poſſem offerre, ut ſic aliquod grati animi, quem æternum tibi debeo, extaret indicium. In pretio tibi literæ, & quicunque eas profitentur. Tu ope, conſilio, iis ades, eos juvas, iisque ad audendum quid vires addis animumque. Reipublicæ adminiſtrandæ, ad quam ob præclaras, quas undique in te effudit ſupremus rerum arbiter, animi tui dotes, adhuc juvenis es admotus, non ſumma tantum & inſigni effulges peritia, ſed literarum etiam & artium quodam flumine inundatus, rerum fata ſcriptorumque non gentis tantum togatæ, ſed & noſtræ, & quæ noſtræ eſt aut fœderata, aut inimica, & vetera & hodierna, noſti ad unguem omnia. Quo ipſo adhuc fortius, ut tibi tuoque, quod tam crebra lectione rerumque experientia ſubactum judicio, Auctores hos conſecrarem, &

** De voce Adedo conſule Cl. Broukhuſium in Propert. lib. 1. Eleg. 7. vers. 9.

Digitized by Google

& quæ ad eos obſervavi, impulſum me fateor. Vale Nobiliſſime & Ampliſſime Vir. Benedicat tibi Deus, & benedicat perpetuum, ſuam gratiam, ſuum ſpiritum; affatim in te effundat, tueatur te, protegat, & ad nominis ſui gloriam ſalvum, ſoſpitem, florentemque, patriæ, & bonis literis in multos annos adhuc præſtet. Ita Deum veneror

Nobilitat. & Amplitud. Tuæ

Devotiſſimus

ANTON. MATTHÆUS.

A D

Digitized by Google

AD

VIRUM CLARISSIMUM

D. ANTONIUM MATTHÆUM,

JCTUM,

& hujus Operis Editorem.

Conjugis ut caræ mœsto dat tura sepulcro,
Et cineri lacrymas ultima dona dolor,
Ac subeunt animo nuper lætissima nostro,
Quæ mihi perpetuo tristior hora negat.
Ingeminata meos augent suspiria luctus,
Dum cogor tantis jam miser esse malis.
Exigis, ut duris dum plango pectora palmis,
Applaudam meritis, vir generose, tuis?
Carmina, noster amor, sed quondam gaudia mentis,
Sunt tantum lacrymis officiosa meis.
Dum locus omnis habet nostri monumenta doloris,
Hic dolor ingenium deprimit ipse meum,
Quæ tu restauras ævi monumenta prioris
Hæc alta ingenii sunt monumenta tui.
Per te præteritum præsens intelligit ævum,
Gloria quæ meriti tempus in omne tui est.
Omnia te læto celebrabunt secula mundo,
Dum, tibi quod debet, doctior orbis habet.
Dum laudem obscuro reddis Clarissime seclo
Clara tui semper fama laboris erit,
Da veniam incomptis, vir præstantissime, Musis
Jam squallent lectu carmina meo.

J. à GROENENDYCK,
Reip. Leydens. à consil. & ab actis.

FUN-

Digitized by Google

FUNDATIONUM

ELENCHUS.

I. *Ecclesiarum Leydensium S. Petri, S. Pancratii, & S. Mariæ, aliarumque quæ in urbe, & ejusdem suburbiis.*

II. *Monasterii Losdunensis prope Hagam.*

III. *Monasterii Altinensis seu de Eltene in Gelria.*

IV. *Ordinis monastici in ecclesia Staurensi.*

V. *Monasterii Marienweert seu insulæ S. Mariæ in Gelria inter Rhenum & Vahalim.*

VI. *Monasterii Leuwenhorst prope Leydam.*

VII. *Monasterii vallis S. Petri in Stroberg prope Dordracum.*

VIII. *Monasterii Neuwenclooster, quod Harlemi olim via, qua ad sylvam itur suburbanam.*

IX. *Campi Regalis, seu claustri Coninxvelt, quod olim Delphis.*

X. *Palatii, seu aulæ, quæ Hagæ Comitis, Capellæ eidem adjectæ, Collegii Canonicorum, quod in eadem Capella, de Hage item nonnulla, & utrum pagus an urbs.*

XI. *Monasterii Carmelitici Regularium, quod olim Arenæ Comitis.*

XII. *Monasterii Carmelitici Harlemensis.*

XIII *Castri de Heemskerck.*

XIV. *Ecclesiæ in Heemstede.*

XV. *Ecclesiæ de Valckenburch prope Leydam.*

XVI. *Monasterii in Eemsteyn.*

XVII. *Ecclesiæ in Brugdamme.*

FUN-

Digitized by Google

FUNDATIONES & FATA SACRARUM ALIQUOT ÆDIUM IN HOLLANDIA, ZELANDIA, GELRIA, FRISIA.

FUNDATIO I.

Eccleſiarum LEYDENSIUM S. PETRI, S. PANCRATII, & S. MARIÆ, *aliarumque, quæ in urbe, & ejuſdem ſuburbiis.*

UT quod actum eſt agam hic, & repetam, quæ congeſſit tam accurate & diligenter vir Ampliſſimus Joannes Orlers nemo à me expectet. Addam tantum aliquid, cujus ille non meminit. Leyda utrum dicatur an Lugdunum nihil refert. Leyda enim haud dubie eſt, quod vocat Ptolemæus λουγδουνον βαταβῶν. Antoninus in Itinerario *Lugdunum caput Germaniarum*; Lugduno proxima enim collocat caſtra *Albiniana*, & his mox Trajectum. *Caſtra Albiniana* hodie *Alphen*, ut putant. Et hæc communis ſententia eſt. Sed non idem omnes ſentiunt, unde Leyda *Lugdunum*. Alii ajunt à luco, loco olim celeberrimo, quod *ſacrum nemus* appellat Tacitus. Stephan. Pigh. *Herc. Prodic.* Alii à *Dun* & *Lugbus*. *Lugbus* ajunt corvum, *Dun* molem ſignificat, Plutarchi uſi auctoritate, qui περὶ ποταμῶν, *cum jacerentur*, inquit, *fundamenta, corvi quidam viſi ſunt*, λεγος lingua Celtica τὸν κόρακα ajunt

ajunt significat, [illegible] Sed si verum quod [illegible], de quo tamen non satis constat, olim idem quod *corvus*, quid quæso id ad Leydam? Corvi an conditores? Condendo opido an præfuerunt? An, ut vultures, dum Roma conditur, à conditore conspecti? Sunt qui *Lugb* accipiunt pro specula, quod ubi jam urbs est Romanorum præsidium olim, & præsidium, ut putant, ex Gallis inprimis constans, qui in specula quasi positi circumspicerent, attenderent, nequis quid moliretur adversus Rempublicam. Sed unde id quæso probabitur, quod ibi & præsidium, & quod præsidium ex Gallis? quod *Lugh* idem quod *specula*, *Lughen* idem quod *speculari*? Duo tantum olim in his oris præsidia. Alterum ad littus, ubi arx olim Britannica. Alterum Roomburgi loco supra Lugdunum. An ergo adhuc tertium? *Lugh*, *lucht* est potius, aer, cœlum. Otfrido *Luckun* mendacium est 2. *Evang.* 4. *Thia luckun wolt'er findan.* Reconditæ eruditionis vir, & rerum veterum peritissimus Menso Alting Consul Groninganus, à Celtico *Loug* deducit, quod idem prorsus significet, quod Frisicum *Loeg*, ad commune scilicet fanum aggregata ædificia. *notit. Germ. infer. in voc. Lugdunum.* Verum præsupponendum tum, quod & fanum ibi olim, & quod fanum id ad colles, & quod colles illi, qui hodie, jam in rerum natura tum. Primus dicitur excitasse eos in Walachria Willebrordus. Sic Theofridus Epternacensis vult in vita S. Willebrord. *cap.* 15. Sed fides sit penes ipsum. Interim tamen certum id, quod ubique apud veteres de iis altum silentium. Prima eorum mentio in Annal. Bertinian. ad Ann. 839. *Tanta inundatio contra morem maritimorum æstuum totam pene Frisiam occupavit, ut aggeribus arenarum illic copiosis, quos dunos vocitant, fere coæquaretur &c.* Sed tempus teritur in his frustra. Nec quicquam certius, ut puto, quam quod nihil in his certi. Et certe urbes perpaucæ sunt, quæ Auctores suos norunt, quæ norunt, unde ita dictæ. Pleræque enim omnes ex initiis non magnis. Moller *isagog. ad hist. Duc. Slesvic. p.* 282. Fiat Leyda Lugdunum sit. Quando ex castro urbs? Et an urbs eodem loco, quo castrum id ad Rheni ripas, cujus meminit Ptolemæus? An discrimen plane nullum? Et si nullum, quæ ratio, quod nomen non retentum? Cur *Leyda* dicitur passim? Cur doctis *Lugdunum*? Et si Leyda Lugdunum, quando Leyda cœpit dici? Leyda olim triplex, pri-

Digitized by Google

prima, ſecunda, tertia. Hedæ in *Hungero*. Et quæ ex his jam Lugdunum? Rurſum dico ergo, quod jam dixi *to.* 2. *Analect.* ** quod nihil hac in re, veteri plane & obſcura, quod poſſis tuto amplecti, nihil certi ſolidive.

** pag. 211. Nobis pag. 507. Tom. 1.

Sed his omiſſis pergamus: Eccleſiæ aliquot hic extructæ, quarum tres ſunt primariæ, S. nimirum Petri, S. Pancratii, & S. Mariæ. Fundata eſt S. Petri Ann. 1125. ut Jo. Gerbr. à Leidis *lib.* 16. *hiſt. cap.* 9. Imo & diu ante. Perfecta & conſummata jam Ann. 1121. ut Henricus Thaborita Auctor hactenus nondum viſus *lib.* 6. *hiſt. cap.* 19. In ea baptizatus Willelmus Romanorum Rex, qui & Leydæ olim natus. Jo. à Leidis *lib.* 23. *cap.* 1. Altitudine conſpicuam habebat turrim eccleſia hæc, quæ præter opinionem collapſa penitus concidit Ann. 1512. v. *Mart.* De caſu Jan van Hout *lib. miniſt. p.* 4. *& ſeq.* De altitudine *σύγχρονος* Henricus Thaborita 19. *Chron. cap.* 18. *Eodem anno*, inquit (1512.) *cecidit turris S. Petri eccleſiæ Leidenſis infra* IX. *virgas, quæ tamen in altitudine habebat* XXXI. *cum dimidio virgas* V. *die Martii.*

S. Pancratii quando olim extructa fatetur neſcire ſe urbis ſuæ antiquitatum alioquin peritiſſimus Conſul Joannes Orlers. *Etſi ſummam*, inquit, *operam in inquirendo adhibui, fuit tamen fruſtra, nec annus fundationis quærenti uſpiam occurrit.* Eo ergo felicior feciliter annum reperi nactus Codicem manuſcriptum Henrici Thaboritæ, quem utendum dedit vir Ampliſſimus & doctiſſimis commentariis toto orbe jam celebris, cujus ſtatim etiam memini, Conſul Menſo Alting. Diſerte is annum ſtatuit 1315. *lib.* 9. *hiſt. cap.* 25. *Anno*, inquit, *Domini* 1314. *fundatum eſt monaſterium Cruciferorum in Aſperen per Dominum de Aſperen & de Arkel. Et anno ſequenti in dominica ante feſtum nativitatis Mariæ celebrata eſt prima dedicatio eccleſiæ S. Pancratii in opido Leidenſi in loco, qui dicitur opt hooge land.* Puer S. Pancratius annorum XIV. ſub Decio olim paſſus. Martyrologium Romanum ſub Diocletiano ait ad Idus Maji, ſed perperam haud dubie. Gobelin. Perſon. *Coſmodrom. ætat.* 6. *cap.* 11. *Item S. Pancratius videtur eſſe paſſus ſub Valeriano, & ita vidi contineri in quodam libro ſatis antiquo: ſed communiores libri habent, quod paſſus ſit ſub Diocletiano, quod tamen ſtare non poteſt cum illo, quod legitur de S. Pancratio, videlicet quod S. Cornelius Papa eum baptiſavit, qui à Decio martyrium paſſus legitur, & præceſſit primum annum Imperii Diocletiani plus*

Digitized by Google

quam XXXIV. *annos: maxime cum S. Pancratius in* XIV. *anno ætatis ſuæ decollatus eſt.* Acerrimus olim creditus (1) vindex perjurii. Idem Coſmodrom. *ætat. 6. cap.* 30. De miraculis eo nomine ad ſepulchrum ejus factis Gregor. Turonenſis *de glor. martyr. cap.* 30. Collegium Canonicorum, quod impetrata auctoritate Joannis van Vernenburch Epiſcopi Trajectenſis fundaſſe ibi dicitur in Chronico magno Belgico Philippus de Leydis, fundavit non ſolus. Fuerunt plures, qui auctores, qui manum operi admoverunt. Recenſet eos Thaborita, & cœpti annum adjungit *lib.* 10. *hiſt. cap.* 12. *Anno*, inquit, 1366. *fundatum eſt collegium in eccleſia Sancti Pancratii ejuſdem opidi adjutorio magiſtri Philippi pro* XXIV. *Canonicis. Quorum beneficiorum fundatores fuerunt dominus Gisbertus de Valckenburch Paſtor in Leyderdorp, & Præpoſitus hujus collegii primus, magiſter Philippus prædictus, dominus Folperdus de Wouda, dominus Nicolaus de Bleeſwyck, dominus Hugo van der Hant, dominus Philippus Gerardi, dominus Rutgerus de Poel, dominus Gerardus Jacobi, dominus Willelmus Heerman, dominus Petrus Hueſch, dominus Hugo Curatus de Scheerl, dominus Johannes Wilhelmi, dominus Franco Ziffridi, dominus Johannes Goetb, dominus Theodericus Roberti, dominus Franco Gerardi ſacerdotes, Wilhelmus de Naeldwyck Marſcalcus Hollandiæ, Johannes Arnoldi, Wilhelmus Wilhelmi, Michael Gerardi, Theodricus Tierloes, & Katherina Gerardi.* Præcipuus tamen Philippus. Unde & Magn. Chron. Belgic. *p.* 312. *Item anno Domini* CIↃ. CCC. LXVI. *induſtria & labore magiſtri Philippi de Leydis fuit fundatum & erectum collegium Canonicorum ſecularium in honore S. Pancratii in opido Leidenſi, in quo* (2) XXIV. *Canonici decenter & abundanter ſunt præbendati.* Et is ipſe eſt Philippus, qui procerum

(1) Gregor. Turonenſ. 1. *de mirac. martyr.* 39. *Eſt etiam haud procul ab hujus urbis muro & Pancratius martyr valde in perjuriis ultor. Ad cujus ſepulchrum, ſi cujuſquam mens inſana juramentum inane proferre voluerit, prius quam ſepulchrum ejus adeat, hoc eſt, antequam uſque ad cancellos, qui ſub arcu habentur, ubi clericorum pſallentium ſtare mos eſt, accedat, ſtatim aut arripitur à dæmone, aut cadens in pavimento emittit ſpiritum.*

(2) Diſſentit fateor quod ad numerum, qui Bekam interpretatus eſt Anonymus, quem jam edidi** v. Analect. *Int jaer ons Heren*, inquit, CIↃ. CCC. LXVI. *wert geſticht die Canefie van Leyden, doer in geprovent ſyn* XIV. *Canonicken, dat meeſt beſtheyde een groot gelert*

** Nobis Tom. 3. p. 206.

rum Amſtelodamenſium cura non vulgari & induſtria nuper prodiit, comptior multo & nitidior, quam hactenus adhuc viſum. Patrem habuit Petrum filium Gobburgis, Capituli S. Petri Trajectenſis Canonicum, id eſt, ut ego interpretor, ait Simon van Leuwen, Præfectum S. Petri domus Teutonicæ Trajectenſis, *deſcript. Leydenſ. p.* 437. Quæ mirabilis interpretatio eſt. Quicunque ergo Ultrajecti eſt eques Teutonicus, an Præfectus S. Petri, & S. Petri Trajectenſis? Gerræ, apinæ, flocci, & ſiquid vilius iſtis. Canonici S. Petri ex domo illa Teutonica, ut ineptius adhuc addit mox, an Leydam unquam miſſi ad officium Paſtorale, aut ad regimen præbendarum ad eccleſiam S. Petri Leydenſis pertinentium? Nihil ſtultius poteſt dici. Sed non inſolens eſt homini, & vel ciccum non interduit, cum errat, errare etiam errores craſſiſſimos. Ea aut imperita aut incredibilis oſcitantia eſt. Alioquin quid eſt, quod ita hæret, quod dubitat, num Philippus poſſit dici filius Petri de Leidis? Vix eſt, inquit, ut poſſit dici, quia vixit Philippus ait, circa Ann. 1350. Petrus autem diu ante. Euge, σοφῶς. Neceſſe eſt certe, ut diu ante. Nam quî alioquin erit pater? Occurrit in Necrologio eccleſiæ S. Salvatoris *Jacobus Petri* de *Leydis*, eccleſiæ ejus Canonicus, fato functus, ut dicitur Ann. 1402. Et hic haud dubie ex agnatis, & forſan junior Philippi frater. Nam copioſa hæc olim gens. *Gertrudis de Leyden* occurrit in Necrologio *vallis S. Mariæ* ad IV. Idus Januar. cujus frater dicitur *Johannes* eques Melitenſis ad 5. Non. Maji. *Gerardus* etiam in Necrologio eccleſiæ S. Salvatoris ad 12. Kal. April. ubi dicitur Canonicus eccleſiæ S. Mariæ. Et alibi adhuc alii. Quod autem ad heroem illum ejuſdem prorſus farinæ eſt, cum eccleſiam Vorſchotanam in pago nobis proximo *cathedralem* appellat. Et cur dices cathedralem? Nam in toto Hollandia nulla unquam cathedralis. Ea demum eſt cathedralis, in qua ſedes Epiſcopi, in qua cathedra, ad quam Præſul inaugurandus deducitur, & quam neceſſe eſt, ut occupet, ſi velit mitti in poſſeſſionem, cujuſmodi Ultrajecti in majori eccleſia, quæ ſola hinc cathedralis. Sed quid Simon van Leuwen?

geleert Heer, Meeſter Philips van Leyden. Sic reperi in membrana. Sed facile id poteſt fieri, ut ſit error in numeris & pro XXIV. ſit ſcriptum XIV. Legendum XXIV. Sic Chronicon vernaculum *diviſ. 26. cap.* 15. Sic Buchelius ad Hed. *hiſt. Ultraj. p.* 256.

Digitized by Google

Leuwen? Vorſchotanam cathedralem ait, quod turris quatuor columellas in primo habet circuitu, indicium, inquit, quod ſubjectæ ei, quatuor olim parochiæ. Papæ quam docte! Quam inſignis Canoniſta hic! quam egregie præmiandus! Ex eodem habet tripode, quod *Batav. illuſt. p.* 674. *Ammianus Marcellinus rer. geſt. lib.* 16. *verhaelt noch van verſcheyde andere Bataviſe Koningen, als van Cnodomarius, Veſtralpus, Alemannorum Reges &c.* Quam excellens obſervatio hæc! *Alemannorum Reges*, id eſt, *Bataviſe Koningen?* & mox: *Doch buyten deſelve weet ick niet, dat van eenige Koningen ofte Veltoverſten der Batavieren gewach gemaeckt wert tot de tyt van Julius Paulus en Claudius Civilis &c.* An non hoc demum ſapere eſt? Nugas apage Criticorum. Apage eos, qui dicunt ab aliis centies jam dicta. Novi potius dicatur quid, & quod nemo hactenus adhuc ſcivit. Ante Tacitum Ammianus. Ante Claudium Civilem Chnodomarius, Veſtralpus. Jo Pæan! Verum miſſis quiſquiliis ad eccleſiam S. Mariæ, quæ tertia eſt, pergamus!

Fundata eſt hæc eccleſia Ann. 1365. teſtante id ipſum Thaborita *lib.* 10. *Chron. cap.* 12. *Anno*, inquit, *Domini* 1365. *celebrata eſt prima dedicatio eccleſiæ beatæ Mariæ in oppido Leidenſi Dominica poſt Aſſumptionis Mariæ.* De qua plura ſiquis cupiat, aut de ceteris, ſiquid ultra, conſulat Conſulem Joannem Orlers.

De S. Petri adhuc addam quid, quod fruſtra quæras apud Orlers, inprimis autem, quod in tutela hæc Teutonici ordinis, qui ejuſdem Rectores, ut & S. Catharinæ, & S. Barbaræ Leydenſis. Certe in S. Petri ſine ipſorum conſenſu nemo olim ſepultus. Et notabilis eſt charta Ann. 1446. *Wy Schout, Burgermeeſteren, Schepenen, ende Raden der Stede van Leyden doen cont allen luyden, want tot onſer audientie gekomen is by aenbrengen der Duytſche Heeren, als* Rectores *van St. Pieters parochie binnen onſer Stede, hoe dat ſy geſtaen hebben in eenre pleyte tegens de Heeren van St. Jans ordre &c. Soo iſt dat wy ten verſoecke en inniger begeerten wille des Commanduyrs en ſyner drie medgeſellen broederen van den Duytſchen huyſe t' Utrecht*, Rectores *en Bewaerders van de Cure van St. Pieters, voor ons hebben doen comen &c. Item* Boudewyn *van* Swieten *vwygde, dat ſyn Hoffſtede van* Swieten *ende de landen daer toe behorende, gelegen is in den Ambocht van* Soeterwoude, *ende alhoewel dat het ſo is, ſo en*

weet

weet by noch en kent niet anders, noch en heeft van ſynen Voorvaderen, die beſitters van den goeden te Swieten geweeſt hebben, niet anders geboort, dan dat by ende die gene, die op die Hofſtede gewoont hebben tot deſen dage toe behooren in der parochie tot Sinte Pieters *kerck tot Leyden, ende tot Leyderdorp, daer oock veele van die van Swieten begraven leggen by der Duytſcher Heeren haer conſent en oerlof, en mede is den voorſz* Boudewyn *van* Swieten *wel kennelick, en heeft oock wel hoeren ſeggen, dat die Heeren van den Duytſchen ordenen Cureyten van St. Pieters kercke tot Leyden die heylige Sacramenten over menige jaren in die* Weypoort *achter Swieten, en alſo voort langs den Rhyn tot Leyden toe geadminiſtreert hebben, en* Boudewyn *voorſz ſeyde, dat hy out is* 73. *jaer. Item Sybrant Gerrit Sybrants ſoon oud* 60. *jaren tuygde by ſijn geſtaefden eede, hem wel te gedencken is, en dat hy ſyn vader en Oudevader heeft hooren ſeggen, hoe dat in de Weypoort op de* breede made *plegen te ſtaen vier huyſen, daer of dat die twee afgebroken ſyn, welcke hare Hoochtyt en t'heylige Sacrament plegen te halen in St. Pieters kercke tot Leyden onder den Duytſchen Heeren. Item Fye Ian Fyen ſaliger dochter out* 52. *jaer, en Fye Roelof Gerrits ſoons wyf, oock Ian Feyen ſoons dochter, out* 35. *jaer tuygden by haren geſtaefden eede, dat die vier huyſen op die Breed-made, en die van Swieterſluyſe plegen in St. Pieters parochie kercke tot Leyden hare hoochtyt te houden, ende hare biechte te ſpreken onder den Cureyten van St. Pieters. Maer dat die van Swieterſluyſe nu tot Leyderdorp te kercke gaen, dat het is by overdrachte en conſente van den Commanduyr van St. Pieters, en ſo wat offerande die Parochie-Paep van Leyderdorp van den dooden ontfangt, die tot Swieterſluyſe ſterven, dat hy die den Commanduyr van Sinte Pieters half t'huys ſent &c.* Inſigne eſt etiam privilegium, quod eccleſiæ hujus intuitu conceſſit Ordini Albertus Dux. Id autem hujuſmodi:

Aelbrecht *by Godts genaden Paltsgrave opten Rhyn, Hertoge in Beyeren, Grave van Henegouwen, van Hollant, van Zeelant, ende Heere van Vrieſlant, doen kont allen luyden, Want onſe Voorvaderen Graven van Hollant by haren teſtamente gegeven hebben den Heeren van den Duytſchen huyſe die kercke tot Leyden met den huyſe en andere goederen daer toe behorende. ſo hebben wy geconfirmeert, ende confirmeren mits deſen brieve den Duytſchen Heeren voorſz ſulcken teſtamente en gifte, als ſy daer af hebben, ende ontbieden onſen lieven en getrouwen Schout, Schepenen, en Raed van Leyden, die nu ter tyt ſyn, ofte namaels*

weſen

wesen sullen, dat sy geenderhande ieuwen op den voorsz Duytschen Heeren guederen der tiensie voorsz. nederlenie, daer sy by ver-achtert ofte verkort wesen mochten, en niemen jegens onsen Vor-vaderen tesamente, en of onse lieve, getrouwe, Schout, Sche-penen, ende Rade voorsz eenige ieuwen gemaeckt hadden in voor-leden tyden, dat den Heeren ende der tiensien voorsz jegens dragen mochte, so willen wy dat die te niete wesen, ende ongehouden zy-ven, ende waer dat sake dat sy of iemant anders daer tegens dede, dat wouden wy aen hen verhalen, als aen den gienen, die ons van onse Heerlicheyt verminderen en verkrencken wouden. In oirconde de-sen brieve besegelt mit onsen segele. Gegeven in den Hage op ten 18. Septemb. int jaer ons Heeren 1392.

Quod ad S. Catharinæ, & ibi Ordini disponendi jus, sed vi pacti cum magistratu intra fines coactum. Charta est Ann. 1521. op Sinte Lucas dach, cujus hoc est initium: *Schout, Schepenen, en Rade der Stede van Leyden doen condt allen luyden, dat wy overdragen syn met Heer* Sweder Knobinck *Lantcommanduyr van Utrecht, broeder der Duytschen ordre, ende met Heer* Simon *Jans soon van* Naeltwyck *Commanduyr en Cureyt tot St. Pieters tot Leyden, broeder der ordre voorsz, van sulcken pointen, als hier na beschreven staen. Eerst so hebben Heer Sweder Lantcommanduyr, en Heer Simon Commanduyr en Cureyt voorsz by consent en rade des gemenen Capittels, dat geleyt was te Thiel in jegenwoordicheyt der Commanduyren, die in dat Capittel vergadert waren, ende die gemeene broeders des Convents der Duytscher Oerden van* Thiel *geconsenteert en bengenisse gegeven hebben, datmen wyen soude dat kerckhof van St. Catharinen gasthuys te Leyden, behoudelyck sulcke punten te geschieden, als hier na volgen: Eerst datmen op dat kerckhof voorsz niemant begraven en sal, dan die van armoede fieck int gasthuys voorsz comen, en van armoede daer in sterven, hier mede syn uytgesondert, die in andere manieren in den voorsz gasthuys wonnen, en daer in sterven, want die sal men in hare parochie kerck t'Sint Pieters graven. Voort so salmen niemant anders op den voorsz gasthuys kerckhof begraven, dan die arme en fieke als voorsz is. Item so sullen die Heeren van St. Pieters kercke, als die Commanduyr of Cureyten syn gesellen van Duytschen Ordens wegen, die siecken aldaer die Sacramenten ministreren uyt S. Pieters kerck, als gewoonlyck is, en begraven die doden, als gewoonlyck is, en niemant anders, ten ware of die Commanduyr of Cureyt enen anderen dat bevolen van synen wegen &c.*

Quod

Quod autem ad S. Barbaræ, feſtum ibi quotannis, cujus modus hujuſmodi: *Wy* Foppe *Dircks ſoon, en* Floris Heerman *Schepenen in Leyden oerkonden, dat voor ons quamen die Godshuys-meeſters van St. Pieter, alſe* Claes Janſen *Fop ſoon*, Bartholomeus Ymenſen *ſoon*, Gerrit Ymens *ſoon, en* Floris Paadſen *ſoon, ende geliden, dat die ſuſteren van St. Barbara hem goede bewyſingen gedaan hebben van vier pont, drie ſchellingen, en vyf penningen Hollants payement s' jaers met enen Schepenen brieve, die hem. . . . Floris Heermans wyf ende Catharyn Dirck Locnen ſoons wyf alſe Bewaerſters nu der tyt der ſuſterſchap voorſz overgegeven hebben, elck met haers voochts hant, des ſullen die Godshuysmeesters voorſz, of die het namaels weſen ſullen, hier boven doen en bewaren alle alſulcke punten, als hier na geſchreven ſtaen:*

In den eerſten ſullen ſy doen houden alle jaer op Sinte Barbaren dach volcomen hoochtyt, alsmen in dubbelden feeſten is ſchuldich te doen, dat is te weten, des avonts te veſperen, en op haren dach te Hoochmiſſe te laten dienen met ſulcken ornamenten, Eertsdiaken, en Subdiaken, ende den Proviſoors, alsmen op St. Eliſabeth en op St. Catharinen dach plach te dienen.

Item ſo ſullen die Schoolmeeſters met de Choralen van beyde ſyden van de Choor te Veſperen, te Metten, en te Hoochmiſſe komen, ende die Proviſoers ende Dienaers ſelve kieſen by den Cureyt, en deſe hoochmiſſe ſelve doen op 't hooch autaer, ende deſe miſſe ſelmen doen met drien. . . . . met Te Deum, en met Laudes, en men ſal tot allen getyde feeſt houden metter meeſter organen, en met dat beſte wieroock vat, als gewoonlyck is, ende tot allen getyden ſalmen ſetten twee ſtalkeerſen opt hooch autaer. Voorts ſalmen tot allen getyden beyeren met alle de klocken, alsmen feeſtelycke mach.

Item men ſal een ſermoen doen onder die hoochmiſſe van de H. jonckvrouwe Sinte Barbara, des ſullen die Godshuysmeeſters geven den Cureyt thien groot, en daer voor ſal hy die veſper met die miſſe en dat ſermoen doen, of ymant die by 't beveelt van ſynent wegen.

Item die Proviſoers des avonts te veſper, en des ochtens ter miſſe elcks twee groot.

Item die Diaken en Subdiaken elck twee groot.

Item die Schoolmeeſters te ſamen van de drie getyden voorſz twaelf groot.

Item den Organiſt van de drie getyden voorſz ſes groot.

Digitized by Google

Item de twee Koſters elck twee groote, daer voor ſullen ſy doen alſulcken dienſt, als tot der Hoochtyt hoort.

Voort ſullen die Kerckmeeſters alle jaer memory doen der Suſteren van St. Barbara voor leevende en voor doode tot ſulcker ſtede, alsmen hem wyſen ſal in St. Pieters kerck, ende tot dier ſtede ſullen ſy doen ſetten vier ſtalkaerſen, ende deſe memory ſal men doen des Sondaghs en Manendachs alle jaer na St. Barbaren dach, en men ſal geven des avonts den Cureyt, en ſyn medegeſellen, en den twee koſters elck vier penningen, desgelyck elck des ochtens vier penningen.

Item elcken Capellaen behalven die vier Dienaers voorſz tot vier en twintich toe van de oudſte Capelryen elks twee penningen des avonts, ende twee penningen des ochtens, die daer te memorie komen. Item alsmen deſe memorie doet, ſo ſullen die Kerkmeeſters tot dier ſtede, daermen die memorie doet, doen brengen in broode een pont Hollants pajement, des ſullen die achte broode weſen van ene groote, ende die Bewaerſters van deſe Suſteren voorſz ſullen dat broot deelen den armen, daar ſy meenen, dat het alderbeſt beſteedt is, ten ware dat die Suſterſchap verginge, ſo ſouden die Kerckmeeſters dat broot deelen in rechter aelmiſſe, als gewoonlyck is, en alle deeſe pointen en ordonnantien voorſz ſalmen van St. Pieters wegen houden en voldoen tot eewigen dagen, t'ſy dat die Suſterſchap voorſz vergaet of ſtaende blyft, ende waert ſake dat tot eenigen tyden by enige Kerckmeeſters van enige punten voorſz verſuymeniſſe in geſchiede, dat Godt verhoeden moet, ſo ſal die Cureyt, of eenich van den Capellanen jong of out, dit met recht mogen eyſchen op den Kerckmeeſters, als dat geeſtelycke recht dair of betaemt, desgelycks ſullen dat die Suſteren mogen eyſchen als voorſz is. In oerconde deſen brieve beſegelt met onſe ſegelen, int jaer ons Heeren 1411. *des Vrydachs naer St. Valentyns dach.*

In ſuburbio etiam Leydenſi, & in proximis ejus pagis, cœnobia olim non pauca. Ad teli jactum à Leyderdorpa, ubi arx olim Romanorum, ubi *Roomburch* ſeu *Rodenburch*, monialium olim fuit Beatæ Virgini dedicatum, vulgo S. Mariæ Hieroſolymorum, ut in charta eſt Ann. 1465. cujus hoc eſt initium: *Wy Iacob van der Woert broeder van den Duytſchen Oerden, Commanduyr ende Cureyt van St. Pieters kerck tot Leyden, des Stichts van Utrecht, doen condt allen luyden, dat ick te love ende eere Gods, en om Godsdienſte te vermeeren, om bede en begeerte en ootmoedich verſoek van Iutta Gerrits*

Digitized by Google

Gerrits dochter, Miniſterſche, en des gemenen Convents der Suſteren tot onſer Vrouwen in Ieruſalem tot Sinte Margareten berch, woonende op Rodenburch buyten Leyden, en binnen der parochie van St. Pieters kerck voorſz ſtaet ende gelegen is, gegeven hebbe ende geve met goeder voorſienicheyt, en met rypen rade, voor myn ende myn nacomelingen, den Miniſterſche en gemeene Convent voorſz, die nu ter tyt daer woonachtich ſyn, en in levenden lyf ſijn, of namaels weſen ſullen, alſo veel als in my is, en onſe Eerweerdige vader en Heere in Gode David van Bourgongen Biſſchop van Utrecht nu ter tyt, conſenteren, veſtigen, en confirmeren wil, alſulcke poincten van gratien als hier na volgen en beſchreven ſtaen. In den eerſten, dat die Miniſtra ende het Convent voorſz ſullen tot allen tyden, alſe noot weſen ſal mogen kieſen een eerbaren man en Prieſter om haer Confeſſoor te ſyn, &c.

Fuit aliud in Leyderdorp, cujus verbo Orlers tantum meminit, & cujus tenuis jam memoria, Canonicorum Regularium. Meminit idem Thaborita XI. *Chronic. cap. 2. Anno*, inquit, *Domini* 1396. *2. die Maji fundatum eſt monaſterium Canonicorum Regularium in villa dicta Leyderdorp à Domino* Petro *de Poel ibidem ſepulto ante ſummum altare in choro. Ante cujus fundationem concentus angelorum ibi ſæpius fuerunt auditi, ut fertur à narrantibus. Et ideo ſic appellatum eſt illud monaſterium.* Sic ſcilicet appellatum *van onſer vrouwen ten Enghelen dael*, ut in charta Ann. 1402. *Wy Prior ende Convent des Clooſters t'onſer Vrouwen ten Engbelen dael van der Regulieren Order in den Ambocht van Leyderdorp, doen condich allen den genen, die deſen brief ſullen ſien of hooren leſen &c.* In Warmondt fuerunt duo, virorum alterum, alterum fœminarum, de quibus idem Thaborita *ibid. cap. 6. Circa idem tempus Dominus Johannes de Wouda fundavit in villa Warmondt monaſterium ordinis Ciſtercienſis in loco deſerto, dicto antiquum* Teylingen, *eo quod Domini de Teylinghen ibi habitare conſueverant, in loco, ubi nunc eſt domus agriculturæ fratrum. Quod Dominium heredibus deficientibus ad Comitatum Hollandiæ rediit, quia primus Dominus de Teylingen fuit frater Domini de Brederode, & uterque fuit filius Arnulphi Comitis à Friſonibus occiſi, ideo Dux Albertus & Wilhelmus filius ejus dederunt locum iſtum de antiquo Teilingh Domino Johanni de Wouda, ut ibidem monaſterium conſtrueret. Quod & fecit, & dotavit illud, mortuuſque anno Domini* CIↃ. CCCC. XVII. *ibidem ſepultus eſt ante ſummum altare.*

Digitized by Google

Ipſe etiam in eadem Dominio fundavit monaſterium tertii Ordinis S. Franciſci pro nobilibus fœminis, quæ depauperatæ fuerant. Ex quibus duæ ſorores uxoris ſuæ primæ erant filiæ Domini de Cruningben. Sermo hic haud dubie de monaſterio, quod olim *Paddenpoel*, cujus meminit Chronic. Alcmarienſe MS. *Joannes de Bavaria, Joannes de Heemſtede, Joannes de Egmonde, Gerardus de Heemikerck deſtruunt caſtra adverſariorum ſuorum, videlicet Sonck, Kuephorſt inter Leyderdorp & Coudekerck, Rinoburg, Poelgeeſt, Coudekerck, Waert in Leyderdorp, Zyl, Does, Warmonden, & Paddenpoel, nunc eſt monaſterium virginum, dictum Nonnenpoel.*

Nec eſt aliud, quod addam, nisi quis putet, quod & illud notandum, quod aula, in quam diverteret, Leydæ Comiti olim nulla. Eo cum conferret ſe, plerumque ei hoſpitium in domo Petri Buytewech. Extract *uyt de Rekeninghe van Henric Willemſſen Baillju van Rynlant de Ann.* 1411. *Item opten* XX. *dach in Iulio mynen Heere den Hertoge gegeven in ſyns ſelfs hant tot Leyden in Pieter Buytewechs huys* LX. *nye Hollantſche ſchilden, t' ſtuck* XXXVIII. *groot.* De pomario, quod conſtat, quod Comes ibi habuit, de hobis item ſeu manſis ad eccleſiæ S. Petri partem occiduam charta Ann. 1352. *Hertoghe Willem &c. maken kondt &c. dat bi onſen goetduncken ende oorlove es, dat Gheraerd Aelwyns ſoon onſe clerc te pacht geeft tote den poertrecht die hoeven die leggen binnen vryheiden van Leyden opt weſtende van Sante Pieters Kerc, ende op die weſtſide van onſen boomgaerde te Leyden, want wi verſtaen dat hi brieven heeft van onſen lieven Oem den Grave Willem, die op den Vricſen bleeff, daer Godt die ſiele af hebben moet, ſo wat pacht of leenweer hi daer of maeckt, dat wi ende onſe nacomelinghe ende ſyn nacomelinghe dat geſtade ſouden houden. In orconde deſen brieve beſegelt mit onſen ſeghel. Gegheven in den Haghe des Woenſdages voor Sinte Thomas dach int Jaer* LII. *Juſſu Dni Comitis. Ad relationem Dominorum Wilhelmi de Wateringen militis & Wilhelmi Heerman presbyteri.*

Quod poteſtas olim magna hic Dominorum de Waſſenaer, quod inter cetera etiam Prætor urbi ab iis datus agnoſcit Conſul Joannes Orlers *deſcript. Leydenſ. p.* 86. Et habet, quo id probet chartam Ann. 1587. Sed præterea notandum, quod non tantum Prætorem, ſed & Conſules & Scabinos conſtituendi iis jus. Et diu iis id ſartum tectum. Primus fuit qui id ceſſit confecto de eo inſtrumento Henricus de Waſſenaer poſt urbem deditam

Digitized by Google

deditam Joanni Bavaro, cui contra Leydenſes, contra patrem Philippum, Epiſcopi Trajectenſis & urbis ſocium, militaverat. Sed Philippum jam ante ad ceſſionem coegerat idem Joannes Bavarus. Quam quo deinceps eſſet fortior confirmavit Henricus confectis publicis de ea literis. Locus admodum inſignis eſt ejuſdem Thaboritæ, quem neceſſe eſt, ut addam hic ex *lib.* 11. *Chron. cap.* 16. *Dux ſimiliter*, inquit, *Leydis exiſtens non tenuit conditionem pacis factam, ſed coëgit Burcgravium ad reſignandum Dominium civitatis, & nichil retinuit in Leidis excepto caſtro & theloneo pro Gruyt pro ſe & ſuis ſucceſſoribus. Antea namque poſuit Scultetum civitatis, quatuor Burgimagiſtros, & ſeptem Scabinos. Tunc Heinricus primogenitus Philippi Burcgravii Leidenſis, qui cum Duce contra patrem & civitatem bellaverat, etiam reſignavit iſta, ut teſtantur literæ inde confectæ. Et paulo poſt iſte Heinricus profligavit patrem ſuum ex Dominio de Waſſenaer &c.*

FUNDATIO II.

Monaſterii LOSDUNENSIS *prope* HAGAM, *Ann.* CIↃ. CC. XXV.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, (1) *ego Florentius Comes Hollandiæ ſaluti animæ & parentum providere cupiens, ſciens quod terreſtris hujus habitationis domus cito diſſolvitur, volens habere domum non manufactam, æternam in cœlis, domum Dni ſcilicet, monaſterium Sanctimonialium Ciſtercienſis ordinis in fundo meo proprio in* Loſdunen *in honore Dei & beatæ Dei genitricis Mariæ ædificare aſpirante divina gratia inchoavi. Ad fundationem ergo hujus novellæ plantationis* (2) *Capellam in* Loſdun *cum area, in qua eadem Capella & clauſtrum ſitum eſt, cum omnibus poſſeſſionibus ad eandem Capellam pertinentibus, quæ ad ſuſtentationem Capellani ejuſdem Capellæ à Prædeceſſoribus noſtris olim fuerant aſſignatæ, præfato Conventui libere & integraliter contuli dono perpetuo poſſidendam. Ad dilatandam etiam dictam aream dedimus campum, qui* Modelcamp *dicitur, verſus plagam borealem eidem areæ adjacentem, & domum cum area & pomerio, quam emi à* Florentio *ſacerdote ante portam clauſtri ſitam Ut autem hæc donatio perpetuam habeat firmitatem præſenti ſcripto ſigilli mei impreſſione roborato hoc dignum duxi irrefragabiliter confirmare. Acta ſunt hæc in præſentia & ſub teſtimonio multorum hominum, videli-*

Digitized by Google

cet Venerabilis Domini (3) Ottonis *Trajectenſis Electi*, *Reverendi Præpoſiti Tyelenſis*, Gilelberti *Decani S Johannis in Trajecto*, Bartholomei *de* Harlem, Jacobi *Caſtellani*, Willelmi *Molendinarii*, *& aliorum quam plurium. Datum anno gratiæ* CIↃ CC. XXXIV. III. *Non Maji.*

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis ego Mechtildis *Comitiſſa Hollandiæ notum eſſe volo tam præſentibus quam futuris Chriſti fidelibus præſens ſcriptum inſpecturis, quod in eleemoſynam contuli monaſterio de Looſdunen, quod Dominus meus* Florentius *Comes Hollandiæ & ego in proprio fundo fundavimus pro ſalute animæ prædicti Domini mei* Flor. *Comitis, ac patris ſui* Wilhelmi *Comitis, ac uxoris ejus Dn.* Aleydis, *nec non pro remedio animæ meæ* (‡) *ac patris mei Ducis Brabantiæ* Henrici, *& matris meæ* Mechtildis, *ac omnium parentum meorum campum illum, qui prope monaſterium jacet, qui vocatur* Britgers, *& paſcuas ad trecentas oves paſcendas ſuper* Harenam Comitis, *ut in proprios uſus perpetuo libere poſſideat. Quod ſi poſt mortem meam, filii mei, vel ſucceſſores eorum hanc donationem contradicere voluerint, eo quod hereditas mea non fuerit, de hereditate mea in Brabantia, pro omnibus his præfato monaſterio L. libras Hollandenſis monetæ annuas aſſignavi. Ut autem hæc firma & inconvulsa in perpetuum permaneant ſigilli noſtri impreſſione munire curavimus. Acta ſunt hæc anno Dn.* M. CC. XXV. *in feſto Sancti Willebrordi Epiſcopi.*

(1) *ego Florentius Comes Hollandiæ.* Florentius hic IV. cujus pater Wilhelmus I. Argumento eſt & hoc & diploma quod ſequitur.

(2) *Capellam in Loſdun cum area &c.* Capella eſt ædificium divino cultui deſtinatum, in quo altare & miniſterium. Eccleſia uſum habebat publicum, Capella privatum, *c. quanto ext. de Capell. monach. in V. Compil.* Unde non ſemper ſed cauſa prius cognita exſtruendi poteſtas data, ne alioquin ſi domi, ſi privatim quiſque audiret ſacra, eccleſia ob infrequentiam non parum caperet detrimenti. Carol. Magn. Capitular. *lib. 5. cap.* 182. *Ne Capellæ in noſtro palatio vel alibi, ſine permiſſu Epiſcopi, in cujus eſt parochia, fiant.* Etiam in eccleſiis extruuntur Capellæ, ut & alibi in *Fundatione* eccleſiæ de Abbenbroeck, non eccleſiæ in Capellis. Eccleſia eſt res immobilis. Capella autem non ſemper. Etiam mobilis, portatilis, ut altare etiam ejuſmodi, quod *viaticum vulgo, c. non debent. ext. de capell. monach. in 5.*

Com-

Digitized by Google

Compil. c. in his ext. de privil. & excess. privileg. In quo missæ, quæ fiebant, dicebantur *castrenses*. A *Capella* Capellanus. *Capellanus* sacerdos, qui affixus Capellæ. Genebrard. in Chronic. *ad Ann.* 315. Ciron. *ad d. c. non debent & par. jur. Can. de Capell. Monach.* Alibi *Capella* Archivum etiam significat, ut observavit Lambecius *Biblioth. Vindobonens. lib.* 2. *p.* 323. Unde & *Capellanus*, ut & *Archicapellanus*, qui rescriptis subscribit. Schilter. *de lib. eccles. Germ. lib.* 1. *cap.* 7. §. 4.

(3) *Ottonis Trajectensis electi.* Otto hic 11. natus de Lippia. Beka *in ej. vit.*

‡ *& patris mei Ducis Brabantiæ Henrici.* Primus hic ejus nominis, cui uxor Mechtildis Boloniæ Comitis Matthæi filia. Unde & Maria uxor Cæsaris Ottonis IV. *Barland.*

Cæterum placuit fundatio hæc & Wilbrando, & Ottoni Episcopis Trajectensibus, qui & confirmarunt & munierunt privilegiis. Wilbrandus Ann. 1230. Otto, qui Florentii fuit frater, Ann. 1248. Wilbrandi diploma est: *Wilbrandus Dei gratia Trajectensis Episcopus dilectis in Christo filiabus devotis sponsis Christi, sanctimonialibus Cisterciensis ordinis in* Losdunen *constitutis, tam præsentibus quam futuris in perpetuum. Cum Moysis in ædificando tabernaculo & Salomonis in construendo templo plurimum in sacra scriptura devotio commendetur, nos quoque ex Pastorali officio ea quæ prodesse viderentur ad ampliandum cultum Dei & honorem Sanctæ ecclesiæ, cui licet indigni disponente Domino præsidemus, alacri studio promovere tenemur devotionem & liberalitatem dilecti consanguinei nostri illustris viri* Florentii *Comitis Hollandiæ, ejusque uxoris nobilis Dnæ* Machtildis, *quam circa nos dilectæ filiæ commendantes, sicut ipsi petiverunt, & vos obnixe & humiliter postulastis, nos vestris justis postulationibus, sicut dignum est, facilem assensum præbentes, vestræque utilitati & paci imposterum providere volentes, Capellam in Losdun cum fundo, in quo sita est, & attinentiis eidem Capellæ attinentibus, sicut ab eisdem Comite & Comitissa, salvo omni jure* Florentii *sacerdotis, qui nunc in eadem Capella celebrat, vobis ad fundandum ibidem claustrum in honore Dei & beatæ Dei genitricis Mariæ libere sunt collata, sub protectione beati Martini & nostra suscipimus, & præsentis scripti privilegio confirmamus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona in præsentiarum juste & canonice possidetis, aut in posterum largitate quorumlibet fidelium, seu aliis quibuscunque justis*

Digitized by Google

tis modis veſter Conventus Deo propitio poterit adipiſci, vobis omnibuſque veſtris ſucceſſoribus firma & illibata permaneant. Concedimus etiam vobis licentiam habendi proprios ſacerdotes, inungendi infirmos, & ſepeliendi in cimiterio veſtro mortuos propriæ familiæ, ſeu etiam alios quoslibet fideles, qui ſalvo jure & pace ſuorum parochialium ſacerdotum & cum conſenſu eorum in veſtro cimiterio voluerint ſepeliri. Decrevimus etiam, ut nulli hominum præfatam eccleſiam liceat temere perturbare, aut poſſeſſiones ejus auferre vel imminuere, ſeu quibuslibet vexare moleſtiis, ſed omnia integra conſerventur veſtrorum, pro quorum uſibus, gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus commodiſque omnimodis profutura, ſalva noſtra canonica juſtitia. Nos autem dictum locum fovere & favore ſpeciali promovere intendentes & gratia, ab omni illum tam noſtra quam noſtrorum exactione abſolvimus, juges jure nobis & noſtris ſucceſſoribus orationes & filialem obedientiam retinentes. Siqua igitur in futurum eccleſiaſtica ſeculariſve perſona hanc noſtræ confirmationis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, à communione ſacroſancti corporis & ſanguinis Dni noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, & de perpetrata inquitate ream ſe divino judicio eſſe cognoſcat, cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Chriſti Ieſu, quatenus hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Teſtes autem ubi hæc confirmatio data eſt affuerunt, Lothuicus *Sancti Salvatoris,* Reimarus *Sancti Petri Præpoſiti,* Giſelbertus *Sancti Iohannis,* Andreas *Sanctæ Mariæ Decani, Magiſtri* Ilrimannus, Alexander, *Sancti Iohannis Canonici Trajectenſes, aliique plures tam clerici quam layci. Datum anno gratiæ* M. CC. XXX. XI. *Kal. Martii apud Trajectum.*

Otto uſus iiſdem verbis eſt, mutato tantum ſic initio; *Otto Dei gratia Trajectenſis Electus,* & deinde pro *dilecti conſanguinei noſtri illuſtris viri Florentii* poſito *felicis memoriæ fratris noſtri &c.* & in fin. pro *Datum anno gratiæ* CIↃ CC. XXX. *&c. Datum anno Domini* ** CIↃ. CC. XXX. *octavo feria quarta poſt feſtum beatæ Martini apud Trajectum.* Rogatu autem Florentii ipſa mox congregatio

** Sic habet editio Cl. Matthæi. Sed omnino legendum eſt 1248. Vide pag. præced. Florentius IV. occiſus fuit Ann. 1234. ſeu, ut alii volunt 1235. Vide Bekam in Ottone 3, & ibi Buchel. Hiſtorie der Gravelyke Regering in Holland. Cap. 14. Alkemades Muntſpiegel. pag. 44. Otto autem in dicto Diplomate meminit fratris ſui Florentii jam defuncti; ergo non potuit hoc Diploma dediſſe Ann. 1230.

Digitized by Google

gatio jussu Papæ, & assensu generalis Capituli, recepta in ordinem Cistercienſem, ut Abbatis Cistercienſis testes sunt literæ:

Frater G. dictus Abbas Cistercienſis dilectis in Christo filiabus Prioriſſæ & monialibus de Losdun *salutem & continuum Sanctæ religionis incrementum. Notum vobis facimus, quod nos attendentes devotionem nobilis viri F. Comitis Hollandiæ ad petitionem ipsius de mandato Domini Papæ & assensu nostri Capituli generalis vos ordini nostro incorporavimus, & recepimus in filias domus Cistercienſis speciales. Mandamus igitur vobis, rogamus attentius, & monemus, quatenus ita sancte, & religiose, & honeste de cetero vivere studeatis, quod nobis & ordini nostro cedat ad honorem, & vobis ad profectum & salutem animarum vestrarum. Præterea vobis mandamus, quatenus nullum de cetero visitatorem recipiatis, nisi de mandato nostro speciali. Datum anno Domini* M. CC. XXXIII. *in tempore Capituli generalis.*

Utrique autem, & Florentio, quem *Excellentiam* suam vocat, & Mechtildi ejus conjugi, rite id à se factum idem Abbas significat.

Nobilibus & in Christo Kariſſimis Dn. Florentio *Comiti & Dn. Comitiſſæ de Hollandia frater G. dictus Abbas Cistercii, salutem & cum devotis orationibus gloriam & honorem. Noverit vestra nobilitas, quod nos attendentes devotionem, quam habetis ad ordinem nostrum, ad petitionem vestram de mandato Domini Papæ, moniales in* Losdun *assensu Capituli nostri generalis incorporavimus ordini nostro, & eas recepimus in filias domus Cistercii speciales. Vestram itaque nobilitatem devote duximus exorandam, quatenus sicut in literis vestris promisistis, dictas moniales filias nostras & vestras devote & diligentissime foveatis, ipsas & ipsarum negotia, sicut melius expedire viderit vestra Excellentia, promovendo, ut propter domum hanc manufactam, & alia bona, quæ feceritis, dante Deo domum non manufactam in cœlis adipisci divina favente clementia valeatis. Datum anno Domini* CIↃ. CC. XXXIII. *tempore Capituli generalis.*

Aliud deinde privilegium, & in ampliſſima quidem forma, ab Innocentio Papa IV. cœnobio conceſſum, quod & ita se habet:

Innocentius *Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis in Chriſto*

filiabus Abbatiſſæ monaſterii de Loſdun, *Dominisque ſororibus tam præſentibus quam futuris regulatem vitam profeſſis. Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus aut eas à propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacræ religionis enervet. Ea propter dilectæ in Chriſto filiæ veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuentes, & monaſterium Sanctæ Dei genitricis & virginis Mariæ de* Loſdun *Trajectenſis diœceſeos, in quo divino eſtis obſequio mancipatæ ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcepimus, & præſentis ſcripti privilegio communivimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo eccleſiaſticus, qui ſecundum Deum & beati* Benedicti *regulam atque inſtitutionem Ciſtercienſium fratrum à vobis poſt Concilium generale ſuſceptam in eodem monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcumque bona, idem monaſterium inpræſentiarum juſte ac Canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis & eis, qui vobis conceſſerint, & illibata permaneant. In quibus propriis duximus exprimenda vocabulis locum ipſum, in quo præfatum monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis, cum pratis, vineis, terris, nemoribus, ſuagiis, & paſcuis, in boſco & plano, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus ſuis, ſalvo novalium veſtrorum, quæ propriis ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, ſive de ortis, virgultis, & veſtris piſcationibus, vel de nutrimentis animalium nullus à vobis decimas exigere vel extorquere præſumat. Liceat quoque vobis perſonas liberas & abſolutas, & ſeculum fugientes ad converſionem recipere, & eas absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli ſororum veſtrarum poſt factam in monaſterio veſtro profeſſionem fas ſit ſine Abbatiſſæ ſuæ licentia de eodem loco diſcedere, diſcedentem vero absque communium literarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere, illud diſtrictius inhibentes, ne terram ſeu quodlibet beneficium eccleſiæ veſtræ collatum liceat alicui perſonaliter dare vel alio modo alienare absque conſenſu totius Capituli vel majoris aut ſanioris partis ipſius. Si quæ vero donationes aut alienationes aliter quam dictum eſt factæ fuerint, eas irritas eſſe cenſemus. Inſuper auctoritate Apoſtolica inhibemus, ut nullus Epiſcopus vel quælibet alia perſona ad ſynodos vel Conventus forenſes vos ire, vel ju-*

Digitized by Google

judicio seculari de vestra propria substantia vel possessionibus vestris subjacere compellat, nec ad domos vestras causa ordinis celebrandi, causas tractandi, vel aliquos conventus publicos convocandi, venire præsumat, nec regularem electionem Abbatissæ vestræ impediat, aut de instituenda ea vel removenda, quæ pro tempore fuerit, contra statuta Cistercienſis ordinis ſe aliquatenus intromittat. Pro consecrationibus vero altarium vel ecclesiarum, ſive pro oleo ſancto, vel qualibet ecclesiastico ſacramento, nullus à vobis ſub obtentu conſuetudinis vel alio modo quicquam audeat extorquere, ſed hæc omnia gratis vobis Epiſcopus dioceſanus impendat. Alioquin licent vobis quemcunque volueritis catholicum adire Antiſtitem, gratiam & communionem Apoſtolicæ ſedis habentem, qui noſtra fretus auctoritate vobis quod poſtulatis impendat. Quod ſi ſedes dioceſani Epiſcopi forte vacaverit, interim omnia eccleſiaſtica ſacramenta à vicinis Epiſcopis accipere libere & abſque contradictione poſſitis, ſic tamen ut ex hoc impoſterum propriis Epiſcopis nullum præjudicium generetur. Quia vero interdum propriis Epiſcopis copiam non habetis, ſi quem Epiſcopum Romanæ ſedis, ut dicimus, gratiam & communionem habentem, & de quo plenam notitiam habeatis, per vos tranſire contigerit, ab eo benedictiones monialium, vaſorum, veſtium, ac conſecrationes altarium auctoritate Apoſtolicæ ſedis recipere valeatis. Porro ſi Epiſcopi vel alii eccleſiarum Rectores in monaſterium veſtrum vel perſonas inibi conſtitutas, ſuſpenſionis, excommunicationis, vel interdicti ſententiam promulgaverit, ſive etiam in mercenarios veſtros, pro eo quod decimas, ſicut dictum eſt, non perſolvitis, ſive aliqua eccleſiæ earum, quæ ab Apoſtolica dignitate vobis indulta ſunt, ſeu benefactores veſtros pro eo, quod aliqua vobis beneficia ſeu obſequia ex caritate præſtiterint, vel ad laborandum adjuverint in illis diebus, in quibus vos laboratis & alii feriantur, eandem ſententiam protulerint, ipſam tanquam contra Apoſtolicæ ſedis indulta prolatam decernimus irritandam, nec literæ illæ firmitatem habeant, quas tacite nomine Ciſtercienſis ordinis & contra indulta Apoſtolicorum privilegiorum conſtiterit impetrari. Præterea cum commune interdictum terræ fuerit licent vobis nihilominus in veſtro monaſterio excluſis excommunicatis & interdictis divina officia celebrare. Paci quoque & tranquillitati veſtræ paterna impoſterum ſollicitudine providere volentes auctoritate Apoſtolica prohibemus, ut infra clauſuras ſeu grangiarum veſtrarum nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem appo-

apponere, ſanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere. Præterea omnes libertates & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ordini veſtro conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſecularium exactionum à Regibus & Principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate Apoſtolica confirmamus & præſentis ſcripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integre conſerventur, eorum pro quarum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimode profutura, ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Siqua igitur in futurum eccleſiaſtica ſeculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Ego Innocentius Catholicæ eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi

✠ *Ego* Petrus *Sancti Marcelli presbyter Cardinalis.*

Ego fr. Ioannes *Sancti Laurentii in Lucina presbyter Cardinalis.*

Ego fr. Hugo *Sanctæ Sabinæ presbyter Cardinalis.*

Ego Ricardus *S. Angeli Diaconus Cardinalis.*

Ego Ioannes *Sancti Nicolai in carcere Tulliano Diaconus Cardinalis.*

Ego Wilhelmus *Sancti Euſtachii Diaconus Cardinalis.*

Ego Willelmus *Sabinenſis Epiſcopus.*

Datum Lugduni per manum magiſtri Marini Sanctæ Romanæ eccleſiæ Vicecancellarii III. *Idus Octobr. indictione* VIII. *incarnationis Dominicæ Ann.* M. CC. L. *Pontificatus vero Dn. Innocentii Papæ* IV. *anno octavo.*

Nec

Digitized by Google

Nec inefficax privilegium, cujus vi non tantum vulgus, ſed & hi, qui præpotentes, ab injuriis deterriti. Et controverſiam aliquando cum moviſſet cœnobio Philippus de Duvenvoerde terror fulminis Pontificii mox objectus, ut ſequitur:

I. divina permiſſione Abbas monaſterii de Echout in Brugis Tornacenſis diœceſeos privilegiorum Ciſtercienſi Ordini conceſſorum conſervator ſeu judex à Sede Apoſtolica deputatus omnibus Presbyteris & Capellanis in Noorthollandia *Trajectenſis diœceſeos conſtitutis, ad quos præſentes literæ pervenerint exequendæ, & ſpecialiter Decano* Noorthollandiæ, *& Dn.* Petro *Curatori Leydis ſalutem in Domino. Quum ſuper privilegiis antedictis & ea contingentibus nos mandatum Apoſtolicum per nos plenius exequendum recepimus, quod de bonis in Ciſtercienſi ordine Deo dicatis in ſtatu illæſo ſervandis loquitur, non volentes in dicta executione mandati redargui negligentes, ſed cupientes potius à mandatore ipſius mandati debite commendari, ut congruit, in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub pœna ſuſpenſionis & excommunicationis, quam ferimus in rebelles auctoritate Apoſtolica, qua in hac parte fungimur, vobis præcipiendo mandamus, quatenus* Philippum *de* Duvenvoerde *laycum, quem notorium eſt per facti evidentiam, ſicut veraciter intelleximus, & confeſſionem ipſius propriam bona plurima & monaſterio de* Loſdun *Ciſtercienſis ordinis Trajectenſis diœceſeos Deo dicata, videlicet terram cum attinentiis ſuis, quæ vulgo* Simonis campus *dicitur & conſiſtit ſeu jacet in † officio de* Hagha, *in cujus terræ poſſeſſione vel quaſi pacifica & quieta quadraginta annis citra & ultra & ſexaginta annorum ſpatio dictum monaſterium extitiſſe dicitur, per laycalem juſtitiam velle auferre, & eis prædictum monaſterium ſpoliare, prædictus enim* Philippus *occaſione terræ prædictæ graviter monaſterium antedictum & multipliciter moleſtavit per dictam juſtitiam laycalem, cum tamen monaſterium ipſum paratum ſe offerat, & jam diu ſe obtulit ſtare juri & facere ac recipere viam à ſuo judice competenti eccleſiaſtico, quod juſtitia ipſa & juris ratio ſuadebat,* Philippum *quidem prædictum & omnes fautores ipſius, quos lator præſentium nominabit pro ſecundo & tertio diligentius moneatis ſub teſtimonio competenti, ut ipſe* Philippus *& ſui fautores prædicti ſub pœna prædicta, quam ex nunc ut ex tunc, ſi veſtræ monitioni non paruerint, in his ſcriptis in ipſos ferimus, à præmiſſis vexatione & moleſtatione deſiſtant indilate. Alioquin ipſos à nobis auctoritate Apoſtolica excommunicatos*

† Vulgo *Haegbambacht.*

publice ubicunque & quandocunque, & quotieſcunque fueritis requiſiti, & opus fuerit, denuntiare curetis, ita quod in his exequendis unus veſtrum alium vel alios non exſpectet & rebellium nomina, ſiqui fuerint, nobis liquide & fideliter reſcribatis, ut exigente ipſorum contumacia contra eos ſeverius, prout nobis videbitur, procedamus. Datum anno Dni CIↃ. CC. XCI. *in feſto beatorum Iacobi Apoſtoli & Chriſtofori martyris.*

Et tempus tamen fuit, quo non obſtante hoc privilegio cum propter mores corruptos, ne tandem monaſterium magno cum ſcandalo peſſum iret univerſum, neceſſaria eſſet reformatio, ad inſtantiam *Willelmi* Comitis miſſus eſt viſitator, plena cum poteſtate inquirendi in vitam, in mores monialium, amovendi contumaces, vel ſi aliter ei viſum pro delicti qualitate juxta canones caſtigandi. Sic ſerio Comes voluit. *Willem &c. Ontbieden u Heeren Ludolf Abt van Eyteren, want ghi geſet ſyt over t'clooſter van Looſdunen te weſen een berechter ende een Viſitator, welc clooſter langen tyt in crancken ſtate geſtaen heeft, dat ghi aenſien wilt den ſtaet van der Abdiſſen ende van allen anderen Ambochten, ende die ghy ſiet ende vint, dat oerbaerlic daer in is verſet, ende verwandelt, ende caſtytſe na hoere miſdaet, die ghi tar waerheyt vint, dat ſy miſdaen hebben. Ende want dit onſe wille is, ſo begheren wy's, ende wat ghi hier in doet, daer willen wy u in ſtercken, ende volſtaen van uwen Overſten, ende dedy't niet, ſo moeſten wire anderen raet op hebben bi uwen Overſten. Ende hier in wilt alſo doen, dat alle dinc bi u verbetert worde, of wi en ſoudent langer niet gedoghen mogen, wi en ſoudent ſelver doen berechten, en daer toe ſien, dat Gods lof ende ſyn eere gemeeret worde. Gegheven in den Hage op Sinte Pontiaens dach Ann. Domini* CIↃ. CCC. *quadrageſimo ſeptimo.*

Obiit autem fundatrix, Mechtildis ſcilicet Comitiſſa, Ann. 1267. ſepulta apud puellas in eodem coenobio, ut habet Beka in Otton. III. & Io. à Leidis 24. *hiſt. cap.* 4. qui & primam ejus Abbatiſſam fuiſſe Ioannam ait, eamque vita conceſſiſſe Ann. 1269. *ibid.* Mortis diem etiam addit Henric. Thaborita 8. *hiſt.* 9. *Comitiſſa Machteldis*, ait, *diu ſupervivens poſt maritum anno Domini* 1267. II. *Kal. Ianuar. obiit, quæ tumulata eſt apud moniales ordinis Ciſtercienſium in Lauſduno monaſterio prope Eykendunen, quod ipſa pro remiſſione peccatorum ſuorum conſtruxit, atque honorifice conſummavit & dotavit.*

Dos

Digitized by Google

Dos initio non magna, ſed fidelium eleemoſynis paulatim deinceps aucta. Congerere chartas non neceſſe eſt. Exemplum unum aut alterum, ni fallor, ſufficiet.

Ic Ian van Abbenbroec *Ridder doe condt ende kenlic allen luden, die deſen brief ſullen ſien oft hooren leſen, dat ic gegheven heb in der eeren Gods om ſalicheyt mire ſielen, ende omme myn euwige memorie voor myn ende voor myne ouders ſielen te doen Vrou* Zwanenburch van Steenvoerden *Abdiſſe in Lauſdunen, die Gode genadich ſy, ende t gemeen Convent* XXX. *pont Hollants payements, die ſy my beloofden te beleggen an goeden erven ofte aen renten. Welcke* XXX. *pont voerſz ſy beleyt hebben aen erve, daer ſy my eenen brieff of gegeven hebben, wel beſegelt, ongequetſt, ende ongeraſeert, inhoudende van woorde te woorde, alſe hier nae geſchreven ſtaet: Wy* Swanenburch van Steenvoerden *by der genaden Godts Abdiſſe in Lauſdunen doen cont allen luden, die deſen brieff ſelien ſien of hooren leſen, dat wy gecoft hebben twee mergen ende anderhalf bont, ende derdalve gaerde lants die gelegen ſyn in den Ambachte van* Munſter, *ende belegen heeft aen dat Ooſt ende* Florens Symons *ſoon, aen de Zuytſyde* Philips van Dorp, *aen die Weſtſyde die Abdiſſe van der* Lee, *aen de Noortſyde* Dirc van Alphen. *Ende van deſen voorſeyden lande ſo bewyſe ic een recht derdendeel alle jaer in te nemen dat Convent te* Lauſdunen *van Heren* Ians *wegen van* Abbenbroec *ſymre memorie mede te doen ten euwigen dagen, als coſtumelic is in onſen Clooſter. In kenniſſe der waerheyt ſo hebben wy deſen brief beſegelt mit onſen ſegel. Gegheven int jaer ons Heeren* CIↃ. CCCC. *ende een op die octave Iohannis Baptiſtæ. In kenniſſe der waerheyt ſo heb ic* Ian van Abbenbroec *Ridder voorſz deſen brief beſegelt mit mynen ſegel int jaer ons Heeren* CIↃ. CCCC. *ende acht opten* XX. *dach in Meerte.*

Univerſis Chriſti fidelibus præſentibus & futuris literas præſentes inſpecturis, Soror A. dicta Abbatiſſa totuſque Conventus in Lauſduno *æternam in Domino ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, quod perdilecta noſtra Domina* Gertrudis *relicta Domini* Odgeri *de* Wateringhe *contulit eccleſiæ noſtræ pro ſalute animæ ſuæ, & etiam pro ſalute animarum dicti mariti ſui, filii ſui* Oggeri *omniumque heredum ſuorum pro reſtitutionibus faciendis pro ſe & pro prædictis, eum quibus reſtitutiones fieri debeant ignoretur, centum libras Hollandenſium denariorum, de quibus certam hereditatem comparavimus à nobis perpetuo poſſidendam, ut ex eiſdem hereditatis proventi-*

bus

bus provideatur in victu aliisque necessariis sacerdoti celebranti in loco prope ecclesiam vel in ipsa eccleſia, ad quam infirme mulieres accedere poterunt competenter, Nos vero dictam collationem nobis factam acceptantes & gratam habentes ac honestis desiderijs præfatæ Dominæ annuentes ordinauimus, vt quicunque confessionibus vestris audiendis deputatus fuerit, vel alius loco sui de præmissa elemosyna, vt præmissum est, sustentandus celebrabit in loco prædicto securus prædictorum memoriam in missarum suarum solempnijs, & ob hoc dictorum memoriam in missæ canone faciemus annotari, & prædicto loco ipsam Dominam, si ita elegerit, recipiemus ad sepulturam. Si vero dictus sacerdos amotus fuerit per spatium dimidii anni, quod absit, poterimus impediri ab heredibus dictæ Dominæ à perceptione fructuum XII. *jugerum terræ nostræ, quæ dicuntur* Tonscap, *quousque sacerdos celebraturus pro prædictis fuerit restitutus. In testimonium præmissorum præsentes literas conscribi, & sigilli nostri una cum sigillorum Venerabilium Patrum videlicet Dni Abbatis de Egmund & Præpositi de* campo Regio *munimine fecimus roborari. Datum anno Domini* M. CC. LXVII. *mense Majo* XV. *Kal. Junii.*

Ad cantum dedit vinum Willelmus Comes Hollandiæ charta Ann. 1333. *Wi* Willem *Grave &c. maken cont &c. dat wi voor ons ende voor onſen naconielingen Graven van Hollant, om Gode den Goedshuys van Loesdunen gheven enen stoep wyns te sancwine, ende die sal hem geven alle weke onse Meyster uyt onſen Hove in die Haghe. Ende waert dat geviele dat in onſen Hof in die Haghe geen wyn en ware, of datter wyn ware, daer men niet uyt tappen en mochte sonder vreese van scade, ſo ontbieden wi onſen Meester voorsz, of wie daer na in die Hage Meester weſen ſal, dat bi den Goedshuſe van Loesdunen voersz elcke weke geve* XII. *denier Hollants voer den stoop wyns, ter tyd toe, dat ghi hem den wyn gevet. Ende om dat wi willen, dat dit wel ende vaſte gehouden worde, ſo hebben wi deſen brief beſegelt mit onſen ſegele. Gegheven tot Rotterdamme op Sinte Lucien dach, int jaer ons Heeren* CIↃ. CCC. XXVIII.

** Supra dixit Matthæus 33.

Ut in ſylvam Harlemenſem porcos aliquot liceret mittere paſcendos gratis conceſſit Aleydis Comes Hollandiæ Ann. 1261. Aleydis *uxor quondam Domini* Iohannis *de* Aveſnis *Hollandiæ & Zelandiæ Tutrix univerſis præſentia viſuris Salutem & omne bonum. Notum facimus univerſis, quod nos dedimus & conceſſimus Abbatiſſæ & Conventui de Loſdunen, quod annuatim mittere poſſint in nemore*

nemore noſtro de Harlem quindecim porcos abſque exactione, quæ dicitur Vademinghe, præſentium teſtimonio literarum. Datum anno Domini CIↃ. CC. LXI. *Dominica poſt Pentecoſten.* Centum librarum redditus Richardis ſanctimonialis dedit Wilhelmi I. filia, & Domicella Hollandiæ Ann. 1250. *Ego Rikardis Domicella Hollandiæ notum facio omnibus præſentia viſuris, quod pro remedio animæ meæ, ac pro remedio animarum patris & matris meæ, nec non & fratrum meorum, contuli eccleſiæ beatæ Mariæ in Lauſdunen centum ſolidorum Hollandenſium redditus de tribus areis, quæ jacent ex oppoſito domus Nicholai de Hake in oppido de Delff, annuatim in nundinis apud Vorſcoten recipiendos, uſque dum eidem eccleſiæ dedero* XXXV. *libras Hollandenſes, & poſtmodum ad me libere devenient & revertentur arearum redditus earundem. De bis quoque* XXXV. *libris Conventui vinum perpetuo miniſtrabitur in bis diebus, in converſione beati Pauli, in anniverſario patris & matris meæ, Domini Ottonis quondam Epiſcopi Trajectenſis, & Domini Wilhelmi fratrum meorum in feria beatæ Mariæ Magdalenæ, undecim millium virginum beatæ Katerinæ, & beati Iohannis Evangeliſtæ. Quod ut dictæ eccleſiæ inviolabiliter obſervetur, præſens ſcriptum contuli ſigilli mei munimine roboratum. Datum apud Loeſdunen Ann.* CIↃ. CC. L. *feria tertia poſt Lucæ Evangeliſtæ.* Prædia paulo poſt dedit Gerardus de Wateringe Ann. 1273. *Univerſis præſentia viſuris vel audituris nos* Gerardus *de* Wateringe *miles notum facimus, & tenore præſentium proteſtamur, quod nos Abbatiſſæ & Conventui monaſterii de* Lauſdunis *ordinis Ciſtercienſis pro teſtamento quondam Machteldis dilectæ uxoris noſtræ ac aliis debitis totam terram noſtram jacentem in Oerſkampe libere contulimus, omne jus poſſeſſionis ſive proprietatis, quod in dicta terra habemus, in manus dictorum Abbatiſſæ & Conventus pure & ſimpliciter reſignantes. Hac conditione adjecta, quod proventus dictæ terræ in anniverſario dictæ M. uxoris noſtræ inter Conventum & inter firmas moniales in pytancia æqualiter dividentur. Pro cujus rei teſtimonio præſentes literas ſigillo noſtro eiſdem dedimus ſigillatas. Datum anno Domini* CIↃ. CC. LXX. *tertio in craſtino Pontiani martyris.* Et alii alia dederunt.

Foſſa autem cum decurreret media inter viam publicam & muros cœnobii, poteſtas facta à Chomarchis ad petitionem monialium muris eam includendi, ſic tamen, ne id fieret cum viæ ipſius incommodo. Charta Ann. CIↃ. CCCC. XCIX.

Gratie van den hogen Heemraet van Delflant gegeven om den

Digitized by Google

muyr te maken op die wech van den Cloſter genaemt Lausduyn-relaen.

Die hoge ende welgeboren Heemraden van Delfland &c. Alſo die Abdiſſe ende Convent van Lauſdunen *aen ons ootmoedelycken begeert ende te kennen gegeven hebben, hoe dat ſy hoer muyre van den Clooſter geerne uytſetten ſouden opte wech aen de Weſtſyde van den ſelven wech om dat water binnen den Clooſter te mogen hebben, hunluyden daer mede te mogen behelpen, ende alſo wy genegen ſyn tot allen Godsbuyſen ende ſonderlinge totten voornoemden Clooſter ende Convent van* Lauſduynen, *die wy geerne gevordert ende behulpen ſagen, waeromme wy geconſenteert hebben, ordineren, ende conſenteren mits deſen, dat die voorſz Abdiſſe ende Convent van* Lauſduynen *hare muyr van den Clooſter ſullen mogen uytſetten over dit ſloot opte wech aen de Weſterſyde van den ſelven wech, omme dat water ende die ſloot binnen dat Clooſter te weſen, behoudelycken dat die wech achtien voeten breet blyven ſal, omme twee wagenen tegen malcanderen comende riden verby een varen ſullen mogen. Aldus gedaen te Delf opten v. dach van Septemb. Ann.* CIↃ. CCCC. XCIX. *By myn Heeren* Otte *van* Egmonde *Heere van Kenenburch,* Claes *Heere van* Aſſendelft, Cornelis Croeſinck *Heer van* Benthuyſen *Ridders,* Floris *van* Wyngaerden *Heere van* Yſelmonde, *ende* Dirck Sonck *Heemraeden voorſz. Daer mede by was ick Biercxſe.*

Nemo autem à me expectet, ut multum dicam de tabula, jam olim viſa hic ad partem ædis Borealem cum hac inſcriptione: *Margareta Hermans Grave van Hennenberchs huysvrou, Dochter Florentii des vierden Grave van Hollant ende Zeelant, Suſter van Willem de II. Coninck van Romen, ende daerna Keyſer des Rycx, ende voor altyt Gravinne van Henegouw, wiens Oem was Biſſcop van Utrecht, haer Oems ſoon van haer moeders wegen was Hertoch van Brabant ende Grave van Duringen &c. Deſe Hoechgeboerne Gravinne out ſynde 42. jaer heeft ter werelt voortgebracht op den goeden vrydach ontrent 9. uyren int jaer 1270. drie hondert en vyf en t'ſeſtich kinderen, die al t'ſamen eerſt gedoopt ſyn van Guido den Biſſcop van Utrecht, van dewelcke de knechtkens alle* Iohannes, *de maeghdekens alle* Eliſabeth *genoemt ſyn, die al t'ſamen met de moeder op enen dach geſtorven, ende hier te Lobſduynen in die kerck begraven ſyn. T'welck gebeurt is door ene arme Vrou, die twee kinderen van eender dracht op haer armen droech, waer van die Gravinne verwondert ſynde ſprack, dat ſulcks by enen man niet mochte*

ge-

Digitized by Google

geſchien, ende heeftſe met ſchoffierlycke woorden verſtoten. Waer door deſe arme Vrouwe verſtoten ſynde haer wenſchede ſo veel kinderen tot eender dracht te verkrygen, als 'er dagben in een jaer mochten weſen. T' welck oock alſo miraculeuſelyck geſchiet is, gelyck hier tot een memorie uyt de oude ſo wel als gedruckte Chronycquen in deſen tafereel int kortſte geſtelt ende verhaelt is. Godt ſy hier van gevreeſt, geeert, ende gepreſen in der euwicheyt, Amen. Pergula pictorum eſt, veri nihil, omnia falſa. Nec quicquam tale in epitaphio quod ex veteri edidit manuſcripto Scriverius in not. ad *Chronic. Goudan. p.* 58.

Iſta tenet foſſa matronæ nobilis oſſa,
Quæ dum vivebat Lauſdunis læta manebat,
Atque vocabatur Margreta, quiete fruatur,
Quæ fuit germana Wilhelmi illuſtris
Regis Germaniæ & Comitiſſa in Hennebergh,
Quæ obiit anno Domini M. CC. LXXVI. *ipſo die*
Pareſceves hora nona, Orate pro ea.

De Margreta ſatis conſtat, quod Comitiſſa de Hennenberch, quod ſoror Regis Wilhelmi, quod Florentio IV. nata, quod matrem habuit Mathildem filiam Ducis Brabantiæ. Ipſa enim Mathildis eam filiam ſuam vocat in charta Ann. 1261. *Nos Mathildis quondam Comitiſſa Hollandiæ univerſis &c. quod nos omnem terram noſtram, propriam, cultam & incultam, &c. quam in Maſelant libere poſſidemus &c. kariſſimæ filiæ noſtræ D. Margaretæ Comitiſſæ in Hennenberch dedimus cum omni integritate &c.* Per errorem autem haud dubie *Mathildem* vocat non *Margretam* Magnum Chron. Belgic. p. 228. Nam Margretam etiam vocat Florentius Comes v. in charta Ann. 1277. *Nos Florentius Comes Hollandiæ notum facimus univerſis, quod cum Domina Margareta piæ memoriæ, quondam Comitiſſa in Hennenberch amita noſtra in extremis poſita, mentis ſuæ compos, nobis præſentibus & multis aliis fide dignis, quandam terram, ſive quædam prædia, jacentia prope monaſterium de Loesdune, quæ ad ipſam proprietatis jure ſpectabant ex noſtra conniventia & conſenſu contulerit pediſſequis ſuis, videlicet Bertradi & Machteldi &c. in remunerationem obſe-*

quiorum, quæ eadem Domicella diuturno tempore eidem præfuerunt indefeſſe &c. Datum in octava Aſſumptionis beatæ virginis anno Domini CIↃ. CC. LXXVI. Sepultam autem Lauſdunis non Auctor tantum indicat, ex quo id epitaphium exſcripſit Scriverius, ſed & Chronic. Magn. Belgic. p. 229. Obiiſſe autem ait, non ut Auctor epitaphii Ann. 1276. ſed ſequenti demum LXXVII. & proles ſuas jam dictas ſub eodem ſarcophago condi ab eo juſſas, p. 228. Sed quod ad illud poſterius fides penes Auctorem ſit. Cui Iunius tamen in *Batavia* ſua fidem prorſus non derogat, nefas putans convellere tabulæ publicæ auctoritatem, cujus ibi Latinam, ſervata religioſe, ne fides periclitetur, ſeculi ejus legi epigraphen ait hanc: *Illuſtris Domini Florentii Comitis Hollandiæ filia, cujus mater fuit Matildis, filia Henrici Ducis Brabantiæ fratrem quoque habuit Guilelmum Alemanniæ Regem; hæc præfata Domina Margareta anno ſalutis* CIↃ. CC. *ſeptuageſimo ſexto, ætatis ſuæ anno quadrageſimo ſecundo, ipſa die Paraſceves, hora nona ante meridiem peperit infantes vivos promiſcui ſexus numero trecentes ſexaginta quinque, qui poſtquam per venerabilem Epiſcopum Dominum Guidonem ſuffraganeum, præſentibus nonnullis proceribus & magnatibus in pelvi quadam baptiſmi ſacramentum percepiſſent, & maſculis Ioannes, fœmellis vero nomen Eliſabeth impoſitum fuiſſet, ipſarum omnium ſimul cum matris animæ ad Deum æternaliter victuræ redierunt, corpora autem ſub hoc ſaxo requieſcunt.* Eſſet certe, quod ait Iunius, alicujus momenti, ſi conſtaret epigraphen eſſe ſeculi Margaretæ, & non potius poſterioris, ad corrogandam pecuniam, nam & nimis concinna eſt, ab ejus cupidis dein factam.

De ordine autem Ciſtercienſi, cujus dicitur monaſterium hoc, verbo hoc tantum addam, quod multi nominis olim ordo hic. Cœpit anno 1090. Nomen datum à loco. Abbatias habuit exceptis Prioratibus DC. XC. Sic Magn. Chron. Belg. ad Ann. 1098. *Iſte autem ordo Ciſtercienſis cœpit per quendam Robertum Abbatem, & alios monachos, qui exierunt à Moliſmo, & invenientes locum ſaltuoſum, cujuſdam horroris, & vaſtæ ſolitudinis, ibi reſederunt, & locum Ciſtercium vocaverunt.* Ita & ad d. Ann. Albericus. Auctor ordinis Robertus, ſed primus, qui ibi Abbas, dictus Stephanus, qui & Sanctus, de quo in vita S. Bernardi *lib.* 1. *cap.* 3. *& ſeqq.* Martyrolog. Roman. ad 15. Kal. Maji.

Digitized by Google

Maji. *Ciſtercii in Gallia S. Stephani Abbatis, qui primus eremum Ciſtercienſem incoluit, & S. Bernardum cum ſociis ad ſe venientem lætus excepit.*

FUNDATIO III.

Monaſterii montis ALTINI, *ſeu de* ELTENE *in Gelria.*

SECULO X.

ALtinum ſeu mons *Altinus* locus in Gelria eſt Cliviæ confinis, nec procul ab Embrica, ut ſcribit Pontanus *lib. 5. hiſt.* In quo cœnobium monialium extruxit Wichmannus Comes Zutphanienſium, multis fiſcis ſeu prædiis in dotem datis, & inter cetera Dominio etiam Goylandiæ, & præfecta eidem Abbatiſſa filia Lutgarda. Placuit fundatio Ottoni Magno Imperatori, qui robur ei adjecit codicillis hujuſmodi:

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Otho *divina favente clementia, Romanorum Imperator. Notum eſſe volumus, quod pro animæ ſuæ remedio* Wichmannus *Comes in Domino fidelis noſter Imperiali majeſtati ſupplicavit* † *per noſtri præcepti paginam ad eccleſiam in honorem Salvatoris & S. Viti martyris conſecratam in monte, qui dicitur* Altina, *conſtructam & Sanctimonialibus in eodem loco devote famulantibus concedere atque donare dignaremur. Cujus petitioni propter divinum amorem aſſenſum præbemus ad eccleſiam Salvatoris & S. Viti martyris in prædicto monte Altina conſtructam, & ſanctimonialibus in eodem loco Deo famulantibus ipſam hereditatem, quam Wichmannus ipſe donavit, per puginam noſtri præcepti concedimus, atque donamus, id eſt, curtem Heltre, & Fernoe, & Vorthuyſen, & Embrick, & Hamma, & Lyemerſche, & Rynbaren, & Redichem, & Ringart, & Greſe, & Heſſla, & Thumma, Liendle, Leyda, Torves, Thuly neſt nachelt, & quæcunque in his quatuor Comitatibus, ſcilicet Herneſſa, Fomelga, Mermo, Tuerna, Midage, prædictus Comes Wichmannus habere videbatur, ſive à nobis illi datum fuiſſet, & omnia, quæ prædictis videntur pertinere curtibus, cum eccleſiis, ædificiis, mancipiis terriſque, cultis & incultis, agris, campis, paſcuis, pratis, ſilvis, aquis, aquarum decurſibus, molendinis, molendinorumque locis, piſcationibus, venationibus, quæſitis & exquirendis, viis*

† Leg. *quod*

Digitized by Google

& inviis, exitibus & reditibus, mobilibus & immobilibus rebus, omnibusque pertinentiis, & adjacentiis, quæ dici, vel nominari possunt, jure legitimeque pertinentibus, ut jam prædiximus ad præfatam ecclesiam Salvatoris & S. Viti martyris in prædicto monte Altine ædificatam, & sanctimonialibus in eodem loco Deo devotissime famulantibus, quatenus melius illas delectet omni tempore pro nobis atque stabilitate Regni nostri misericordiam Domini attentius exorare. Et ut hæc authoritas concessionis nostræ atque donationis firmior habeatur, & per futura tempora à cunctis fidelibus Sanctæ Dei ecclesiæ nostrisque præsentibus & futuris, verius credatur, atque diligentius conservetur, manu propria subscripta eam firmavimus, & annuli nostri impressione signari jussimus. Signum Domini Othonis magni, & invictissimi Imperatoris Augusti, Lutgerus Cancellarius ad vicem Roberti Episcopi Archicapellani recognovi & subscripsi. Datum tertio Nonas Augusti anno Dominicæ incarnationis DCCCC. *septuagesimo, indictione tertia decima, anno Regni serenissimi Regis* Ottonis XXXV. *Imperii vero sui* IX. *Actum in Apulia ad civitatem quæ dicitur Bentz in nomine Domini nostri Iesu Christi Amen. Et erat subsignata, collationata, & auscultata, & præscripta copia cum suo primævo, nec in scriptura, nec sigillo vitiata originali, & idem de verbo ad verbum concordans reperta per me Iohannem Schetler Fredanum sacra imperiali authoritate publicum & juratum, nec non in amplissima Curia ecclesiastica Monasteriensi, immatriculatum Notarium. Quod testificor hac manus meæ propria scriptura & subscriptione. Ioan. Schetler Fredanus Notarius præmissa vera esse ex certa scientia attestatur, ideoque se manu propria subscr.*

Extant apud Pontanum *lib. 5. hist.* Sed & aliud adhuc habeo, quod Pontanus non habet, Ottonis Magni diploma, quo biennio jam ante, Anno scilicet DCCC. ** LVIII. & Vrch territorium, & tractum Nardensem, & quicquid erat fisci in Hamalant Comitatu cœnobio concessit. Id autem hujusmodi:

** Leg. LXVIII.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto *divina favente clementia Imperator Augustus. Noverint omnes fideles nostri præsentes scilicet & futuri, qualiter nos quasdam res nostri Imperatoris juris interventu dilectæ conjugis nostræ Adelheydis & Theoderici venerabilis Metensis Episcopi condonavimus ad quoddam monasterium Deo sacratarum, quod* Wichmannus *Comes in littore Rheni, in Comitatu Hammelant, loco* Eltene, *& à fundamentis usque construxit,*

Digitized by Google

ſtruxit, & religioſo Deo ſacratarum collegio multisque opimis facultatibus dotavit. Cujus meritis & nos participes fieri deſiderantes concedimus eidem eccleſiæ, quicquid idem Wichmannus Comes beneficii, nos vero prædii in territorio Urch, *in pago* Salo *habere viſi ſumus, in quibuſcunque rebus fuiſſet, mancipiis utriuſque ſexus, ædificiis, terris, cultis & incultis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarum decurſibus, exitibus & redditibus, quæſitis, & inquirendis. Ad hæc quicquid prænominatus Comes in Comitatu* Nardinclant *beneficii, nos vero prædii, ad eam diem habuimus, quicquid itidem in Comitatu* Hamalant, *rerum fuit ac prædiorum ad fiſcum pertinentium, horum omnium uſum ac poſſeſſionem liberam collegio monaſterii ante nominati contulimus, conceſſimus, conſtituimus, ut Abbatiſſa ejus monaſterii liberam deinceps habeat poteſtatem poſſidendi, diſponendi, & quicquid ſibi collibitum fuerit, hoc, modo in fratres & ſorores ſit, inde faciendi. Et ut hoc noſtræ auctoritatis præceptum firmum ac ſtabile permaneat, hanc chartam conſcribi, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus. Quam & propria manu ſubtus ſimavimus. Signum Domini* Ottonis *magni & invictiſſimi Imperatoris Auguſti. Poppo Cancellarius ad vicem Huberti Archicapellani. Data* III. *Kal. Iulii, anno dominicæ incarnationis* DCCCC. *ſexageſimo octavo, indictione undecima, Anno autem Regni Domini Ottonis* XXX. *tertio, Imperii vero* VII. *Actum Piſtoriæ.*

Eſt apud Pontanum *ibid.* etiam charta, qua patris placitum confirmavit, Ottonis II. Sed mox defuncto Wichmanno Clivenſium Comes Baldericus, qui alteram Wichmanni filiam Adelam habebat conjugem, doti datæ contradixit, nec injuſte, ut tum viſum, quod juxta illud jus, quod paſſim tum in uſu, prædia inprimis gentilitia alienari non poſſent, ſeu in alium transferri, ſine heredum conſenſu. Vita S. Meinwerci apud Brouwer. *cap.* 103. *Nobilis quoque quidam Hathamarus nomine prædium quoddam in loco Lemmonchuſen dicto hereditario jure poſſedit, quod cuidam Hathaldo ſeniori ſuo promiſſionibus illius illectus absque voluntate heredis legitimi tradidit.* & mox: *Berthilt mater Hathamari in præſentiam Conradi Imperatoris ejulando venit, ſuumque prædium injuſte ſibi ablatum, multum conquerens, regali clementia ſibi reſtitui ſuppliciter petit. Imperator vero miſericordia motus &c. eidem Berthildi prædium injuſte ablatum poteſtative reſtituit.* Conradi III. Imperatoris charta apud Chriſtian. Knaut de *Pagis & Comitatibus Principatus Anhaltini p.* 53. *Notum ſit &c. qualiter venerabilis Arnol-*

Digitized by Google

Arnoldus Sanctæ Nigerbutgenſis eccleſiæ Abbas quoddam burgwardium Cluze vocatum, cum omnibus appendiciis ſuis, ultra Mildam in pago Cluze, in Comitatu Adelberti Comitis, à quodam Suidegero, ſuis legitimis heredibus conſentientibus, datis quadraginta marcis, in beneficium acquiſivit &c. Alia apud eundem Ann. 1148. p. 55. *Qualiter dilectus noſter in Domino Arnoldus &c. burchwardium quoddam ſecus Mildam in pago Cluze &c. à Suithero quodam nobili, ac legitimis heredibus ejus, multo labore ac rerum ſuarum attenuatione emtum, præfato ſuo monaſterio acquiſivit &c.* Diu tracta hinc controverſia & uſque ad tempora Ottonis III. qui accitas ad ſe partes ad concordiam cohortatus eam tandem extinxit, facta tranſactione & Baldrico datis à cœnobio *curtibus* ſeu fiſcis quatuor, *Rinham, Helikaubel, Linthuyſen, & Reclo, cum omnibus utenſilibus*, ut verba ſunt chartæ, *ad eas pertinentibus.* Quibus hic acceptis dimiſit rurſum cœnobio *omnia ejuſdem prædia*, utar verbis diplomatis, *quæ prior Abbatiſſa duntaxat in ſua habuit poteſtate &c. quorum nomina hic ſunt inſcripta, Geltmon, Farnon, Hontbuyſen &c. Emrica media pars æque diviſa, in Hamnio media pars, Apel, Ternicko media pars, Hervelt dimidia pars, Arnhem media pars, Redinchem media pars, Lyenden dimidia pars, Brummen dimidia pars, Tule dimidia pars, Malſme dimidia pars, Olbrug dimidia pars, Ratho dimidia pars, Honnepe dimidia pars &c.* Rata hæc tranſactio, & ratam habuit Otto III. qui & dotem non parum auxit, & nova adjecit privilegia, ut videre eſt apud Pontanum, ubi integrum diploma eſt *p. 72. & ſeqq.* Cæterum Honnepe vicus celebris, ut id obiter tantum addam in Comitatu Zutphaniæ. Meminit Codex tributorum, ex quo excerpſit, quæ ſequuntur, vir patriæ antiquitatum conſultiſſimus, peritiſſimus, Stephanus van Rhemen nobilis Tranſiſulanus:

Extract uitte Rekeningen der 1. Pontſchattinge de Ann. 1492. in der Graeffchap Zutphen uytgeſet. Epſo und Dommeren

t'goet Bolderinck, de Ionferen ter Honnip	4. *ſch.*
t'goet Bulkinck, de Ionferen ter Honnip	4. *ſch.*
den Aldenhoff, die Ionferen ter Honnip, den bouman daer op	1. *ſch.*
den Sondercamp, die Ionferen ter Honnip	2. *ſch.*

Een

Digitized by Google

Een ander extract uytte ſelve Reeckeningen titul. van Afganck.

Die bouman opten Aldenhoff der Ionferen van der Honnip is geſet op 1. *ſch. Die pleecht mynen Gnedigen Heeren een peert te halden aen den kaerwagen, ind pleecht daer mede vry te weſen vander ſchattinge.* *na alder gewoonten.*

Geextraheert als voren, ende is nae collatie bevonden te accorderen. By my, Schraſſert. 1606.

Porro omnes illas donationes, trium ſcilicet Othonum, confirmavit diu adhuc poſt Lotharius Saxo Imperator charta Ann. 1134. in qua charta Ottonis III. de verbo ad verbum. Variant tantum, ut neceſſe erat, & initium & finis. Vid. apud Pontanum *lib. 6. hiſt.* De ſuo etiam in fine addidit: *De cenſu noſtro, quem Duisborch habemus, unoquoque anno, duo talenta probatæ monetæ donavimus, juvante & precante pia Regina, & conjuge noſtra Rebecca. Datum* IV. *Idus Aprilis &c.* ubi pro *Rebecca* legendum *Richiza.* Id conjugi enim nomen. Nec mirum, quod adſcribatur Altinenſe hoc cœnobium hic Trajectenſi diœceſi, *Cæterum pro animæ noſtræ expiaculo eidem largiti ſumus monaſterio, ut poſthac perpetualiter, cum ejuſdem monaſterii Abbatiſſa morbo conſumpta morietur, Sanctimoniales inter ſe unam, quamcunque velint, ſimul cum conſenſu Trajectenſis Epiſcopi, in cujus ſunt poſitæ diœceſi, &c. licenter eligant &c.* Nam extendit ſe diœceſis, quantum ad ſpiritualia, ut & alibi jam dixi, etiam per Hollandiam, Gelriam, Cliviam &c. ubi aut Epiſcopi, aut Collegiorum Trajectenſium Decani paſſim, & Proviſores, qui penſiones, qui cenſum, qui decimas exigebant, qui mulctas propter crimen, quod ad forum eccleſiaſticum pertinebat, inflictas. Vid. *lib. 2. de Nobilit. cap.* 22.

Tractus autem Nardenſis utrum *Goylant* dicatur an *Nardinclant* nihil refert. *Goylant* à ** *Goedela*, quæ & *Godelendis*, Veſtali maxima Altinenſi, ſeu ut vocant Abbatiſſa, quæ & tractum illum univerſum, cum Hollandiæ eſſet pars, Conventu non invito, Hollandiæ olim Comiti ad firmam conceſſit. ** *Firma* ſpecies locationis eſt, ſed quæ prædii ſimul transfert quaſi quoddam dominium, & quæ feudi inſtar à ſucceſſore intra tempus præfinitum, ut intra annum renovanda. Hinc in charta Ann. 1380. Abbatiſſæ, *nullo jure ſeu dominio in dicta terra præfato Comiti & ſuis heredibus reſervato*, item in Comitis

** Vide Analect. Tom. 2. pag. 383. Noſtræ Edit.

** Conſule Menag. in Etymol. Gall. Voce *Ferme.*

Digitized by Google

tis, *nullo dominio seu jure nobis & nostris heredibus in dicta terra in posterum reservato.* A firma *Firmarius* qui ad *firmam* accepit. Acta vetera apud Baluzium ad Papas Avenionenſ. *n.* 33. *ita quod propter bonum commune totius mundi de Hospitalariis & aliis ordinibus ob terram ſanctam ſtatutis, exceptis Templariis, fiat unicus ordo, & omnes ipſius ordinis poſſeſſiones circa terram ſanctam vel ſaltem circa Cyprum ſtatutæ ad firmas perpetuas plus offerentibus dentur.* Annales eccleſ. Wigornienſ. ad Ann. 1266. *Angl. ſacr. to.* 1. *quæ diu fuerat ad firmam pro* XII. *marcis tradita eſt ad firmam hominibus ejuſdem villæ pro* XXIV. *marcis &c. Burneſton, quæ fuerat ad firmam pro* VIII. *marcis tradita eſt ad firmam pro* XII. Utriuſque apud me charta eſt, & ſunt literæ reciprocæ, & Comitis & Abbatiſſæ. Abbatiſſæ ſe habet ita:

* Godelendis.

Nos * Gydelendis *Dei gratia Abbatiſſa eccleſiæ Altinenſis notum eſſe cupimus univerſis præſentia viſuris & audituris firmiter proteſtantes, quod de omni conſenſu Conventus noſtri contulimus ſive conceſſimus illuſtri viro Dno* Florentio *Comiti Hollandiæ & ſuis heredibus terram, quæ vocatur* Nardingerlant, *cum omnibus pertinentiis ſuis, decimis, jurisdictione, reditibus, obventionibus, hominibus, & mediis, agris, terris, cultis & incultis, ſilvis, paludibus, paſcuis, pratis, aquis, aquarum curſibus, & omnibus juribus, quibuſcunque nominibus cenſeantur, nobis in dicta terra pertinentibus tenendam ac poſſidendam, omni jure, quo ad nos & ad eccleſiam noſtram dicta terra pertinet, ad firmam penſionem pro viginti quinque libris Trajectenſium legalium denariorum. Quam quidem penſionem præfatus Comes & ſui heredes ſingulis annis in die beati Martini hyemalis ſolvent Abbatiſſæ Altinenſi, quæ pro tempore fuerit in perpetuum in eccleſia* Altinenſi, *& præfatus Comes dictas penſiones ſolvere promiſit annis ſingulis, ut ſuperius eſt expreſſum ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ coram Reverendo Patre Domino Ioanne Trajectenſi Electo, qui de conſenſu & voluntate ipſius Comitis ſententiam tulit, quod quandocunque Comes prænominatus dictam penſionem non ſolverit, ut ſuperius expreſſum eſt, ut ex tunc ut ex nunc excommunicatus eſſet; Item ſi in illa excommunicatione ſteterit ad unum annum, tunc ſupradicta terra ad Abbatiſſam Altinenſem, quæ pro tempore fuerit, & ad ejus eccleſiam libere revertetur & abſolute, nullo jure ſeu dominio in dicta terra præfato Comiti & ſuis heredibus reſervatis, & nihilominus in excommunicatione permanebit, quouſque perſolverit integraliter*

Digitized by Google

*ter penſionem retro detentam. Poſt mortem vero ipſius Comitis hæredes ejus de hærede in hæredem in perpetuum dictam terram de manu Abbatiſſæ, quæ pro tempore fuerit, recipient ad firmam penſionem, ut ſupra dictum eſt, & ad ſolutionem ipſius penſionis ſe adſtringent ſimili modo ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ. Quod ſi non fecerint infra annum poſt mortem ipſius Comitis, cui ſuccedent, ex tunc ab omni jure cadent ſucceſſionis quoad dictam terram, & ** ipſe terra ad Abbatiſſam* Altinenſem *& ad ſuam eccleſiam libera redibit. In præmiſſa collatione, ſeu conceſſione, quam fecimus Comiti memorato, & ſuis heredibus, nominatim & expreſſe excipimus, & excipimus in his ſcriptis, redditus ſive poſſeſſiones Canonicorum Altinenſium, quos quidem redditus ſive poſſeſſiones in Nardingerlant habere noſcuntur, & præfatus Comes & ſui heredes efficient, quod penſionarii dictorum Canonicorum in* Nardingherlant *manentes ipſis Canonicis penſiones ſive redditus ſuos ſolvant ſine omni difficultate in terminis, & in locis, & in moneta, antiquo tempore debitis & conſuetis. Item excipimus nominatim & expreſſe in his ſcriptis vaſallos noſtros, qui de bonis jacentibus in* Nardingerlant *à nobis ſunt infeudati, in quibus Comes & ſui heredes nihil juris habent, ſed illa bona, quæ ** Gilbertus *miles de Ameſtelle, emit ſeu comparavit à vaſallis noſtris jacentia in* Nardingerlant, *de quibus bonis à nobis infeodati fuerunt, quia talis emptio, ſeu venditio, nec non potius alienatio, per manum noſtram ſive conſenſum noſtrum nunquam factæ fuerunt, contulimus ſive conceſſimus dicto Comiti & ſuis heredibus cum ſæpe dicta terra de Naerdingerlant & ſuis pertinentiis poſſidenda. Et ut omnia ſupra dicta maneant in perpetuum rata & firma, dedimus ſæpe dicto Comiti & ſuis heredibus præſentes literas ſigilli noſtri munimine roboratas. Actum & datum apud Vredelant anno Domini* CIↃ. CC. LXXX. *in die beati Iohannis Evangeliſtæ.*

** *ipſe.*

* *Giſelbertus.*

Comitis autem hæc: *Nos* Florentius *Comes Hollandiæ notum facimus univerſis præſentia viſuris & audituris diluciđe proteſtantes, quod recepimus à venerabili Domina* Godelende *Abbatiſſa eccleſiæ* Altinenſis *terram, quæ vocatur* Nardinclant, *cum omnibus pertinentiis ſuis, & cum omnibus juribus ſuis, quibuſcunque nominibus cenſeantur, ad ipſam Abbatiſſam & ad eccleſiam ſuam in dicta terra pertinentibus omni jure, quo dicta terra ad ipſam Abbatiſſam pertinet, tenendam ad firmam penſionem pro viginti quinque libris Trajectenſium legalium denariorum. Quam quidem penſionem nos*

Digitized by Google

& noſtri heredes Abbatiſſæ Altinenſi, *quæ pro tempore fuerit in perpetuum, in die beati Martini hyemalis, ſolvere ſingulis annis, prout ſuperius eſt expreſſum, promiſimus ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ coram venerabili patre Domino Iohanne Dei gratia Trajectenſi Electo. Si vero dictam excommunicationis ſententiam incurreremus, quod abſit, non ſolvendo penſionem prædictam, ſi per annum integrum in illa ſententia ſteterimus, extunc dicta terra cum omnibus pertinentiis & juribus ſuis ad eandem Abbatiſſam libere & abſolute revertetur, nullo dominio ſeu jure nobis ac noſtris heredibus in dicta terra in poſterum reſervato; nos vero nihilominus eadem ſententia ligati erimus & aſtricti, quouſque ſolverimus integralem penſionem retro detentam. Poſt mortem noſtram heredes noſtri in perpetuum ab herede in heredem dictam terram de manu Abbatiſſæ* Altinenſis, *quæ pro tempore fuerit, recipient ad firmam penſionem, ut ſupra dictum eſt, & ad ſolutionem ipſius penſionis ſimili modo ſe obſtringent, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ. Quod ſi non fecerint infra annum poſt obitum ſui anteceſſoris, extunc cadent ab omni jure ſucceſſoris quoad terram prædictam, & ipſa terra cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis ad Abbatiſſam abſolute & libere revertetur. Proteſtamur etiam, quod prædicta Domina Godelendis Abbatiſſa* Altinenſis, *dum prædictam terram, videlicet Nardinclant, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis ad firmam penſionem contulit ſive conceſſit nobis & noſtris heredibus, expreſſe & nominatim excepit penſiones ſive redditus Canonicorum Altinenſium, quos habent ſive tenent in terra prædicta. Promiſimus etiam, quod nos & noſtri heredes efficiemus, quod penſionarii dictorum Canonicorum in* Nardinclant *manentes ipſis Canonicis penſiones ſive redditus ſuos abſque omni difficultate perſolvent in terminis, & in locis, & in moneta, ab antiquo tempore debitis & conſuetis. Item excepit præfata Abbatiſſa nominatim & expreſſe vaſſallos ſuos, qui de bonis in* Nardinclant *jacentibus ab ea ſunt infeodati, in quibus nihil juris habebimus nos & noſtri heredes, ſed illa bona, quæ* Giſelbertus *miles de Amſtele à vaſſallis ipſius Abbatiſſæ emit, ſive comparavit, quæ quidem bona jacent in* Nardinclant, *de quibus ab Abbatiſſa infeodati fuerint, quod talis emptio ſive venditio per manum ſive conſenſum ipſius Abbatiſſæ nunquam proceſſit, nobis ac noſtris heredibus cum ſæpe dicta terra & ſuis pertinentiis tenenda & poſſidenda conceſſit. Acta ſunt hæc coram Reverendo Domino noſtro* Iohanne *Trajectenſi Electo. In cujus*

rei

Digitized by Google

rei teſtimonium præſentes literas ſigillo noſtro una cum ſigillo ipſius Electi fecimus communiri. Nos vero Iohannes Dei gratia Trajectenſis Electus dilucide proteſtamur, quod omnia ſupradicta, prout ſuperius ſunt expreſſa, coram nobis acta ſunt. Et nos de expreſſo conſenſu & voluntate Domini Florentii *Comitis prænominati ſententiam excommunicationis in eundem tulimus ex tunc ut ex nunc, & ferimus in his ſcriptis, ſiquando penſionem prænotatam non perſolverit, ut plene ſuperius eſt expreſſum. Et in teſtimonium prædictorum ab ipſo Comite rogati ſigillo noſtro roboravimus præſens ſcriptum. Datum apud Vredelant anno Domini* CIↃ. CC. LXXX. *in die beati Servatii. Subtus ſtabat: Collationatum per me Gerardum Marcelis van den Gronde Notarium publicum, & concordat cum originali.*

Meminit etiam & eo reſpicit Anonymus, quem habeo de *Epiſcop. Trajectenſ. in Balduin. Epiſcop.* Comes, inquit, *Zutphaniæ habuit ab Epiſcopo Zutphaniam & Goylant ad collegium de Elthe cum filia de Zutphania, quæ fuit Abbatiſſa illius collegii vel Abbatiæ de Eltben. Et ad ultimum ſub certa penſione pecuniæ venit ad Hollandiam.* Habuit Dominus de Amſtel etiam jus in hoc tractu, ſed nihil habens commune, cum eo, cujus mentio hic. Conceſſum aliud ab Abbatiſſa, aliud autem emptum ab ejuſdem vaſallis ſine ipſius conſenſu. Quod habuit ab Abbatiſſa, ad heredes transmiſſum, ſed transmiſſum non aliter, quam *per gratiam Abbatiſſæ.* Sic diſerte eſt in charta Ann. 1224.

Ego Giſelbertus miles de Ameſtelle notitiæ tam præſentium quam futurorum præſenti pagina duxi ſignificandum, quod uxorem meam, filios, & heredes meos in Nardingherlant, quæ teneo cum privilegio à Domina Abbatiſſa in Elten, feci renuntiare taliter, ut poſt mortem meam in eiſdem bonis nihil juris obtineant, niſi per gratiam ejuſdem loci Abbatiſſæ. Hoc factum eſt in præſentia Domini Ottonis Epiſcopi, & Prælatorum, & miniſteralium eccleſiæ Trajectenſis, quorum nomina ſunt hæc: Wernerus Abbas S. Pauli, Reinboldus major Decanus, Wigherus Præpoſitus Sancti Petri, Goſuinus Præpoſitus S. Iohannis, Bertoldus Præpoſitus Oldenſeel, Wolframus Decanus S. Salvatoris, Arnoldus Loeff, Everardus de Montfoerde, Alfarus Marſcalcus, Stefanus pincerna, Albertus junior de Wiven, Hermannus de Worden, Amilius de Inſula, &

Digitized by Google

Ernſtus de Everdingen. Actum apud Trajectum anno ab incarnatione Domini CIↃ. CC. *& vicesimo quarto.*

Verum & verba hæc, & utrum emptum quid nec ne non conſentiente Abbatiſſa, cum viderentur controverſiis & litibus deinceps datura cauſam, ad calumniam præcidendam, & quo ſecurior eſſet Comes, cautum ei ab Abbatiſſa, prout charta hæc continetur:

Nos Godelendis Abbatiſſa eccleſiæ Altinenſis proteſtamur in his ſcriptis, quod cum illuſtris Dominus Florentius *Comes Hollandiæ terram noſtram in Nardingherlant ad firmam penſionem recepit à nobis inter ipſum & nos talis conventio ſive pactum interceſſit, quod ſi* Giſelbertus *miles de* Ameſtelle *à præfato Comite dictam terram evinceret, meliori ſeu potiori jure, quod idem Comes ex parte noſtra prætendere poſſet, extunc dictam terram nobis reſignare poterit, & eſſet quitus à debito penſionis, ſed ducentas libras, quas in die beati Jacobi venturo proxime nobis ſolvere promiſit ratione dicti contractus, nihilominus ſolvere nobis tenebitur, & ſi ante emptionem hujuſmodi præfatam pecuniam perſolverit, repetitio non competet eidem. In cujus rei teſtimonium præſentes literas ſigillo noſtro fecimus communiri. Datum apud Vredelant anno Domini* CIↃ. CC. LXXX. *feria tertia poſt diem beati Servatii.*

Contractu autem Abbatiſſæ cum quædam etiam contineretur tranſlatio dominii, & hæc fieri non poſſit, ſi eccleſia diſſentiat, elicitæ etiam ejus literæ, quarum hoc eſt exemplum:

Nos Cuſtos totusque Conventus tam Canonici quam Canonicæ Regalis eccleſiæ Altinenſis notum facimus univerſis, quod nos conditionem ſeu ordinationem dominationis terræ in Nardingherlant, noſtræ eccleſiæ attinentis, illuſtri viro Domino Florentio Comiti Hollandiæ à Reverenda Domina noſtra Abbatiſſa datam ſive factam in penſionem annualem ſecundum formam literarum ipſius Comitis ab ipſa Abbatiſſa collatam, habemus ratam & firmam, ac pio favore favemus eidem, & hoc ſub ſigillo noſtræ eccleſiæ, quod præſentibus eſt annexum, proteſtamur. Datum apud Altinum anno Domini CIↃ. CC. LXXXI. *in vigilia Andreæ Apoſtoli.*

Quæ Canonicæ hic haud dubie Canonicæ Regulares, quæ & inſtar monialium. Vid. *lib. 2. de Nobilit, cap. 2.* Etiam illud notandum, quod præter id de quo dictum, nihil tranſtulit Abbatiſſa, ut nec jus, quod jam olim ei, perſonam inſtituendi in eccleſiæ

Digitized by Google

ecclesia de Nardinclant. De quo etiam ne verbum quidem in literis jam dictis. Unde & manſit id immutatum, cum & actus agentium ultra ipſorum intentionem non poſſint extendi, *l.* 9. §. 1. *ff. de tranſact. l. non omnis. pr. ff. ſi cert. pet.* Everh. *conſ.* 198. *n.* 6. & jus id commune ei cum eccleſia ea, quæ Ultrajecti eſt S. Iohannis, cui nec hactenus fieri potuit præjudicium, *l.* 28. *ff. comm. divid. l.* 74. *ff. de reg. jur.* Ita autem commune, ut alternis eo uſa, modo ipſa Abbatiſſa, modo dicta eccleſia, ut poſtquam diu diſceptatum feliciter tandem placuit. Tranſactio de ea hæc eſt:

IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDUÆ TRINITATIS AMEN. *Antiquæ & approbatæ conſuetudinis eſt deciſiones litium mandari cuſtodiæ literarum, ne lites deciſæ apud præſentes illis decedentibus ad poſteros renaſcantur. Inde eſt, quod nos Præpoſitus & Capitulum beati Iohannis in Trajecto & nos eccleſia de* ELTENE *ad poſtererum notitiam præſenti ſcripto tranſmittere curavimus, quæſtionem, quæ ſuper inſtitutione perſonæ in eccleſia de Nardingerlant diu inter nos vertebatur, tali tranſactione ſopitam eſſe, decedente videlicet perſona, quam nunc temporis ipſa eccleſia de Eltene inſtituit, aliam inſtituet Præpoſitus beati Iohannis. Itemque poſt deceſſum illius aliam inſtituere perſonam ad eccleſiam de Eltene pertinebit. Et deinceps ſic nunc illa, nunc ille, perſonam inſtituet in præfata eccleſia. Ut autem hæc tranſactio rata & inconcuſſa maneat præſentem ſuper hoc paginam utraque eccleſia conſcribi & proprii utraque ſigilli fecit auctoritate corroborari. Teſtes vero hujus rei ſunt Albertus Præpoſitus Sancti Iohannis, Theodoricus Decanus Sancti Martini, Gerardus Decanus Sancti Iohannis, Helmuygus, Henricus, Canonici ejuſdem eccleſiæ, Magiſter Wibertus in eccleſia Sancti Martini, Magiſter Daniel in eccleſia Sancti Petri Canonici, Fredericus, Thegemradus, Conradus, Magiſter Alexander, Volpertus presbyteri. Laici quoque miniſteriales eccleſiæ de Eltene, Lyemarus, Conradus, Everardus, & frater ejus Henricus* (i) *perſonæ præfatæ eccleſiæ de Nardingerlant, Gerlacus, Nicholaus, Seybaldus, Miniſteriales etiam eccleſiæ Sancti Iohannis, Arnoldus, Iohannes, Albertus Pil, & alii tam clerici quam laici quamplures.*

In dorſo manu recentiori erat. *De collatione perſonatus in Naerden. Advertendum eſt, quod Albertus Præpoſitus Sancti Iohannis & Theodericus Decanus Sancti Martini, ac Gerardus Decanus Sancti Iohannis*

Iohannis cum ceteris teſtibus retro ſcriptis, claruerunt ſub Balduino Epiſcopo, Imperante Frederico Imp. & Henrico filio ejus regnante circa Ann. Dni MCLXXXIV. *uti patet ex litera donationis quorundam mancipiorum factæ eccleſiæ.*

(1) Perſonam quod attinet: Perſona eſt Rector eccleſiæ ſacra curans non per ſe, ſed per alium ad hæc habilem, ſacerdotem, Vicarium, *cap.* 3. *ext de eccleſ. ædif. cap. ult. ut lit. pend.* Fr. de Roye *proleg. ad tit. de jur. patr, cap.* 37. Cœtus Præſes eccleſiaſtici; cui data & ut Præſidi oblationum certa pars, etſi cura animarum ei nulla omnino. Ciron. *ad cap. Quid ad ext. de offic. Archidiac. iu* 5. *Compil.* Unde & facta diſtinctio inter liberum altare & quod gravatum perſona. Charta Ann. 1084. apud Andr. Sylv. Marcianenſ.. *ſynopſ. Franc. Meroving. lib.* 3 *Altare villæ, quæ vulgo Andernes dicitur &c. omni exactionis debito liberum concedo, exceptis duobus ſolidis &c. Aliud quoque altare, quod dicitur S. Martini, in territorio, quod dicitur Bredenarde, concedo, non liberum, ſed ſub perſona.*

Cæterum tractus Nardenſis ut ad firmam conceſſus Comiti, ſic teloneum in Iſla, cujus meminit Otto Magnus in charta apud Pontanum, & quod corrupte ibi *babedol*, cum † *Catertol* ſit ſcribendum, aut *Cotertol*, ſiquis mavult, ut in margine apud Pontanum, Daventriæ datum in emphyteuſin, ut in publicis urbis Actis, unde excerptum quod ſequitur:

Anno 1241. *Abdiſſe Aelbeyt, Dekeninne Heylwich, is deſen Catertol in euwigen erfpacht gedaen aen Schepen ende Raedt van Deventer jaerlicx om* 91½ *gulden, vol van gewichte, na dat deſelve door quade betalinge eens Ridders Rudolph aen de Abdye was vervallen.*

Diploma ipſum, quo id datum mecum communicavit vir nobilis & humaniſſimus, cujus ſupra jam memini, Stephanus van Rhemen, Collegii olim, quod Hagæ Comitis ſubducit rationes publicas & diſpungit, Aſſeſſor. Ita autem ſe habet:

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Amen. Cum præterita argu-

† *Katertol* vectigal eſt, quod evehendi commeatus & mercium cauſa præſtatur, quæ è navi non aliter, quam per verſatilem quandam machinam ſeu trochleam elevantur, quæ & Belgis eſt *Katertol.* Kilian *in Lexic.*

Digitized by Google

argumentum esse soleant futurorum, ut hujusmodi calumniis occurratur, & memoriæ, quæ labilis est, consulatur, necessarium est scripturæ adminiculum, quatenus per eam omnis dolositas procul dubio pellatur, & feliciter factorum series perhennetur; nos igitur Aelheidis *Dei gratia Abbatissa, Heilwigis Decana totusque Conventus ecclesiæ* Altinensis *præsentium literarum nostrarum testimonio nunc & in perpetuum notum fieri cupimus omnibus præsentibus & futuris, quod theolonium nostrum in* Cather, *quod libere & jure nostræ ordinationi vacavit, Consulibus & Scabinis ceterisque oppidanis Daventriensibus ad firmam contulimus, & ad perpetuum pactum, ita ut quicunque pro tempore ibidem Consules fuerint & Scabini nobis & successoribus nostris perpetuo viginti libras solvant Daventriensis monetæ præter decem solidos in loco nostro* Elten *in monte, & insuper Abbatissæ Eltinensi specialiter, quæcunque pro tempore & loco fuerit, septem solidos Daventriensium denariorum in compensationem piscium & quorundam aliorum, quæ ipsi dicebantur dari esse consueta in die depositionis beati Martini. Quæ si aliquando, sicut dictum est, persolvere neglexerint, extunc idem theolonium ad nos libere revertetur, & sicuti arbitrati sunt dicti oppidani sine citatione per sententiam excommunicationis & interdicti ad solutionem à nobis compellendi sunt, & cum voluerimus denunciandi. In hujus itaque rei firmitatem præsens scriptum nostris sigillis & Conventus nostri & Martini in* Embrica *ad habundantius testimonium fecimus & consensimus singula & universa concorditer communiri. Testes quoque fuerunt præsentes* Gerhardus *Præpositus Tilensis & Decanus S. Petri Trajectensis, magistri* Henricus *Canonicus Daventriensis & Embricensis,* Henricus *de* Vrenkenhorst *Canonicus S. Petri Trajectensis & Eltinensis,* Arnoldus *Canonicus Eltinensis,* Arnoldus Schecke *miles & judex Embricensis,* Mauritius *miles,* Stephanus *miles, & alii quamplures. Actum in choro Elten anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi* CIↃ. CC. *quadragesimo primo Kal. Maji.*

Quæstio tamen de portorio ab his aut illis interdum mota, ut ab Arnhemiensibus Ann. 1307. per Comitem Gelriæ, mox sopita & extincta, ab Hardervicensibus, quam idem Comes Gelriæ susceptо in se arbitrio decidit, ut sequitur:

Van den katertolle van Harderwyc.

Universis præsentia visuris Iudex, Scabini, Consules, nec non universitas civium in Daventria salutem in Domino sempiternam. Cum quædam materia quæstionis dudum inter nos & opidanos de

Herderwyck *ſuper theoloneo dicto Catertolne verteretur, aſſignatis hinc inde articulis diverſis, finem optatum tandem imponere geſtientes, in illuſtrem virum Dominum Reynaldum Comitem Gelriæ ex voluntate utriuſque partis extitit compromiſſum, ut quicquid Dominus Comes de theoloneo prænominato diceret ac ordinaret, obſervaretur inviolabiliter utrobique. Qui compoſitionem & ordinationem ſuam edidit in hunc modum. Quælibet navis de* Herderwyc *parva ſive magna quibuſcunque rebus vel mercibus onerata theolonario Daventrienſi ſolvet in aſcenſu ſuo duos denarios cum obolo Daventrienſis monetæ pro tempore tunc dativæ, & ſimiliter duos denarios cum obolo in deſcenſu prædictæ monetæ & ſic absque moleſtatione in pace ac libere pertranſibit. Si vero thelonarius vel aliquis nomine ſuo aliquem de* Herderwyc *impetere vellet, quod bona alicujus alienigenæ deportaret, inde theoloneum perſolvet, vel dominus navis ſtatim in nave ſua vel foras juramento ſuo ſe poterit expurgare, & bona fore ſua, & quod plus ſolvere, quam prædictum eſt, minime teneatur. Nos vero dictam ordinationem ratam & gratam habentes rogavimus venerabilem virum Dominum* Iohannem *Trajectenſem Electum ac Decanum eccleſiæ Daventrienſis ſigillis ſuis una cum ſigillo civitatis noſtræ in teſtimonium præſentem literam roborare. Datum anno Domini* CIↃ. CC. XCI. *feria ſexta poſt diem Paſchæ.*

Sed & alias de eo quæſtio cum Nardenſibus interceſſit, cujus literis datis ad Daventrienſes meminit Veſtalis Maxima Ann. 1463. unde & diſcas S. Vito & homines ſacros & Abbatiam *St. Vyths mannen* vulgo dictos. *An den Eerſame, onderſcheydene, Burgemeiſteren, Scepenen, ende Rade der Stadt van Deventer, onſe byſondere, geminde, goede vrienden, Agnes van Remichorſt Abdiſſe des werlichen Stichts to Elten. Eerſame, onderſcheydene, byſondere, goede vrienden. Raetsvriende &c. ſint by ons geweeſt, opdoende van ongerechten tollen, den oeren Borgeren van oeren goeden to Catertolle afgenomen wert &c. ons daer op aenroepende, ſo ſy Stichtgenoten des Stichtes van Elten ſint, ende dienſtmannen Sunte Vyths onſes patroons &c.*

Etiam cum Amerfortiis dein quæſtio ſucceſſit Zwollenſium & Campenſium interventu ſopita:

Wy Burgemeeſteren, Schepenen, ende Raden der Stadt van Campen *ende* Zwolle *doen condt allen luyden, dat wy vermits ende door onſe Raetsvrienden daer toe, als mit namen* Iacob *de* Witte, *ende* Peter Lubbertſen *van wegen onſe Stadt van Campen,*

Digitized by Google

pen, ende Henrick *ten* Water, *ende* Reynolt *ten* Boſch *van wegen onſe Stadt van Zwolle, als gecoren ende geſette moetſoensluyden een minnelycke moetſoen gemaeckt, gededingt, ende uytgeſproken hebben tuſſchen den Steden Deventer ende Amersfoort roerende van gebreecke des* Catertols, *ſo dat die van Amersfoort voortaen tot euwigen tyden van allen goederen, daermen* Catertolle *ſculdich is, geven ende betalen ſullen halven tolle, ende niet meer. Voert meer ſullen die van Amersfoort na Sunte Peters dach ad cathedram naeſtcomende geen craengelt geven van eenige ſteenen, oft ander goet, dat den Goitshuſen tot Amersfoert toebehoort, ten ſy dat ſy den craen daer toe beſigen. Ende mits deſen moetſoene ſullen alle beſaten ende ſchelingen, die tuſſchen hem beyden verreſen waren doot ende alinge quyt weſen, ende deſen brieve den van Deventer ende den van Amersfoort elck een gegeven ſonder argeliſt. Des tot oerconde hebbe wy onſe twee Steden ſegele aen deſen brief doen hangen. Gegheven int jaer ons Heeren* CIↃ. CCCC. *vyf ende vyftich, des Saterdachs na Sinte Peters dach ad vincula.*

Quod autem dicitur hic de portorii ſemiſſe confirmat definitio, quæ tum prodiit, & hæc eſt:

Specificatie van den tol der Stadt Deventer.

Ooſtvrieſen als Sneeck, Leuwarden &c. geven ter tolle, als na volgt:

Schepen met hang-roeren geven 16. *cleyne penningen tot roer tol. Is nu twe olde Vlaems.*

Schepen ſonder hangroeren acht cleyne penningen. Is enen olden Vlaems.

Van een peert, een oſſe, een rundt, elcks vier cleine penningen. Is een half olden Vlaems.

Van een vat boteren een alt butken. Is nu na ſyn weerde een blanck Hollants.

Van drie ſchippont keeſen een olt butgen.

Van een rol leers acht kleine penningen.

Van een ryſt leyen een olt butgen.

Van twee molenſtenen XXIX. *kleyne penningen. Is drie olde Vlaems.*

Voor 100. *ſchoenmaeckers elfe* 32. *cleyne penningen. Is vier olde Vlaems.*

Van een wagen glas twe olde butgens.

Van 1000. *yſers* 20. *cleine penningen, is drie olde Vlaems.*

Digitized by Google

Van een kuipe wiets 24. cleyne penningen 3. olde Vlaems.
De 24. olde Vlaems op een gulden gereeckent. Dan men neemt nu niet meer uit gratien dan voor den olden Vlaems 1. ſtuiver Hollants, en voert olde butgen een half braspenninck.

Copie van der cedullen van den Katertollen die de Stadt van Deventer in erfpacht heeft.

Item die van Harderwyck en die van Elborgh geven een halven kruytz van een ſchip toe tollen in al.
Item die van Amersfoert een halven olden ſtuiver vor roeder tol en halven katertol.
Item die Remunders die van beneden op comen geven van een paelt laeckens 4. ſtuiver.
Item een voeder wyns, dat nederwaert gaet VIII. *butgen, en van een aem wyns een olt butgen, en van vier voeder wyns den tollenaers elck een quart, den Biſſcops tollenaers elck een mengelen.*
Item van een boete Weſters wyns twee ſtuivers.
Item een pype olye geeft 6. butgens en een tonne twe butgen.
Item een tonne ſmeers twee butgen.
Item een ton honich twe butgen.
Item een ton traens twe butgen.
Item een ton ſepe een butgen.
Item een ton biers een butgen.
Item een ton droge viſch een butgen.
Item een ton geſolten viſch een butgen.
Item een ton harings 1. butgen.
En die laſt drie ſtuver.
Item een ton ſolts ſpex een butgen.
Item een ton teers een butgen.
Item een ton picke een butgen.
Item een ton ſolts 3. placken.
Item een ton weedaſch een butgen, en die laſt 6. butgens.
Item een ton vlaſſes twee butgen.
Item een ton yſerdraet na den gelde twee ſtuiver.
Item een tonneken met negelen een butgen.
Item een rolle loeds twee butgen.
Item een rolle leers twee butgen.
Item vier kalfsvellen een butgen.

Item

Digitized by Google

Item 100. *yſer twee butgen, en* 1000. *vyf butgen.*
Item een mande ſtaels twee butgen.
Item een mande koecken een olde vlaems.
Item een hoet kolen 3. *placken. Facit een ſtuiver Brabants.*
Item een ryſt leyen een butgen.
Item 100. *linnen doecx een olt butgen.*
Item een pack laeckens acht butgens.
Item een ſack wollen een Wilhelmus t'myn of een ſtuyver Brabants.
Item een hoppen ſack twee butgens.
Item een kuyp wedes twe butgens.
Item een mud rog een ſtuiver Brabants.
Item een bael meeden twee butgens.
Item een bael aluyns twee butgens.
Item een bael comyns twe butgens.
Item een bael mandelen twee butgens.
Item een bale pepers twee butgens.
Item een bale ryſſ twe butgens.
Item een vat talges twee butgens.
Item een mande angels een butgen.
Item een wagen glaſes een butgen.
Item een bondert waſſes vyf butgen.
Item een ſackdoeck een butgen.
Item drie karſeye voor twe halve laecken.
Item een ſyde ſpeck een butgen.
Item een korf ſchollen twe olde Vlaems.
Item een kop roſinen een plack, en een korf een plack.
Item een korf vygen een plack.
Item een vierdeel eekes, drie butgen.
Item een molenſteen drie ſtuiver, en twe ſarcke voor een molenſteen.
Item wat vreemde luyden, die boter oft keſen brengen uyt Hollant oft Vrieſlant, die geven van een vat boteren een butgen, en de waege heeft een butgen.
Item een ſchip appelen, dat vol geladen nederwaerts gaet een ton toe tol, en die tollenaer die mande vol.
Van deſen ſeggen, dat ſy over de bondert jaer in poſſeſſie ſyn geweeſt.

Digitized by Google

FUNDATIO IV.

Ordinis monaſtici in eccleſia STAURIENSI.

ANN. CIↃ. C. XXXII.

STauria urbs olim nobilis, ſedes Regum Friſiæ, & opibus præpotens, laſcivientis cujuſdam fœminæ faſtu & inſolentia poſtquam dejecta de vetere illa gloria, portu corrupto, & vicini maris uſu in arctum redacto, evaſit minima, quæ quondam maxima. Reges deſierunt. Succeſſerunt Præfecti à Friſiis dicti *Poteſtates*. Caput extulit Leovardia. Stauria contra ſuccubuit. Hollandis interdum parens, interdum Vltrajectinis, vectigalis utrisque. Sæpe abjecto etiam jugo libera & ſui juris, Wilhelmo Rege Romanorum, & Wilhelmo Hannonio, qui IV. ejus nominis, fuſis cæſiſque. Vindicabant in ea jus & Hollandi & Trajectenſes, dono Imperatorum modo his modo illis conceſſa. Vid. Hed. in Godefrid. Epiſc. Diu de ea diſceptatum donec tandem invenit modum, quo decidit controverſiam Fredericus Barbaroſſa, cujus ea de re charta eſt Ann. 1166. ibid. apud Hedam *hiſt. Ultraj. p.* 171. Verum temporis progreſſu cum virtus Hollandorum paſſim quævis poteret, Trajectinis, neglectis cæteris, remanſit vix quicquam aliud, quam eccleſiaſticum jus. Quamdiu autem Hollandorum, Stauriam miſſus ab iis Prætor, adactis Staurienſibus in verba Comitis juramento. Charta Wilhelmi Tertii Ann. CIↃ. CCC. XXII. *Grave Willem &c. An allen onſen goeden luden van Staveren gemeenlike Saluyt ende onſe goede jonſte. Wy ſenden tot u Andrieſe van Witte, die u deſen brief bringet, onſe Scoute te ſine in onſe poorte van Staveren voerſz, want wine onſe Scoute aldaer gemaect hebben bi alre der geenre wille die voir ons waren in die Haghe van onſer poorte van Staveren. Ende ontbieden u alle ende bidden, dat ghine ontfaet over onſen Scoute, ende met hem doet al dat ghi ſculdich ſyt te doene, ende alſo alſe onſe hantveſte hout, ende hayſten in alſulc enen herberghe, dair hi weſen wille. Ende waer ymant van Staveren, die hinder, coſt, iof ſcade hadde, omme dat hi onſen Scoute hayſde ende herberghede, dien coſt ende ſcade ſouden wi oprechten ende betalen, ende ſcadeloes houden. In erconde &c. Gegheven in die Haghe des Vridaghes na Meyedaghe*

int

Digitized by Google

int jaer ons Heeren CIↃ. CCC. *twie ende twintich.* Alia Ann. CIↃ. CCC. XXXVIII. *Allen den ghenen die deſen brief ſullen ſien of hooren leſen maken wi cond* Everard Zoeveninghe, Herman Stoutinghe, Eve Gherids *ſone, ende* Tielman Biſcop, *machtich van der gemeenre Scepenen, Raet, ende der gemeenre Stat van Staveren, ende van hoerre alre weghen, die poerters ſine binnen Staveren, ende hoere nacomelingen mit der Stadt opene brieve voerſz, dat wi ontfaen hebben onſen lieven Heere, Heren Willam Grave van Henegouwen &c. in onſen rechten geboren Heere, ende hebben hem hulde ende ſyn recht geſworen in den name alle der geenre, die poerteren ſien binnen Staveren, ende hore nacomelingen in allen manieren, alſe die hantveſten houden, die wi van ſinen Voervaders hebben, Graven van Hollant, Welken openen brieff daer wi mede machtich gemaeckt waren van der Stat weghen voerſz onſen lieven Heere voernoemt t'ontfane ende te huldene wi hem overgelevert hebben. In orconde &c. Gegheven in den Haghe des Manendachs na Sinte Gregorius dach int jaer* XXXVIII.

Prout tamen Epiſcopi aut pigri aut ſtrenui, revixit ſæpe quæſtio, & in bellum erupit. Cum indulgentiis propoſitis ad bellum Friſios concitaret Theodoricus Epiſcopus, captus Stauriæ à Wilhelmo, qui primus ejus nominis. Quæ profecto captivitas, & multorum malorum cauſa, & magno deinceps Wilhelmo conſtitit, ut hiſtoria eſt ſatis nota, ex Beka, & ex Heda. Et nec diu dein poſt ſopita prorſus diſſenſio. Nam invenio adhuc anno 1384. pacem datam Staurienſibus ab Epiſcopo in annos quindecim:

Florens *bi der genaden Gods Biſſcop t'Utrecht, Borgermeyſters, Scepenen, ende gemeene Raedt der Stadt van Utrecht, doen kont ende kenlicken allen luden, dat wi Florens Biſſcop t'Utrecht voerſz voor ons ende voor onſen gemeynen Geſtichte, ende wi Borgermeyſters, Scepenen, ende gemeene Raedt der Stadt voerſz voor ons ende voor onſen gemeenen Borgheren gegheven hebben, ende gheven mit deſen tegenwoordigen brieve den Scepene, Raet, ende alle den poorteren van Staveren enen alinghen vrede, duyrende van dato deſer letteren tot vyftien jaren toe naeſtcomende ſonder enich argeliſt. In orconde deſer dinghen ſo hebben wi Florens Biſſcop t'Utrecht voerſz onſen ſegel, ende wi Borgermeyſters, Scepene, ende ghemene Raet voerſz onſer Stat ſegel aen deſen brief gedaen. Gegheven int jaer ons Heeren* CIↃ. CCC. *ende vier en tachtich opten Meye avont.*

Neutri

Digitized by Google

Neutri interim tamen Stauriæ nec Comiti nec Episcopo potestas olim magna, nec nisi in precario consistens lucrum aut reditus alicujus momenti. Contra in toto Comitatu Staurienſibus à portoriis & vectigali immunitas. Perinde ac si sui juris suis vivebant legibus, urbem regebant ipsi, etiam Comite inconsulto una cum Sculteto proponebant edicta, & administrabant justitiam. Nec probatu difficile id. Charta Anni CIↃ. CC. XC. *Universis Christi fidelibus præsentis paginæ tenorem percepturis. Nos Dei misericordia Abbas conventus S. Odulphi ordinis beati Benedicti Stauriæ, Sculletusque, ceterorumque universitas civium, G. Præpositus Henlesen, A. Decanus Stauriæ, & G. Decanus Bodelswaert cum judicibus & Consulibus cœtuum Fornacker, Veldenzee, Hemlen, Harich salutem in salvandorum Salvatore. Universitati vestræ præsentium testimonio declaramus, quod pro bono pacis in unum Stauriæ convocati jura seu plebiscita ejusdem per bella civilia quasi exinanita restauravimus omni guerra seu defensione civium composita. Statuimus igitur, quod infra civitatis terminos non debeant pati vel sinere pro homicidio domorum incendia, vel fracturas, nec personarum captivitatem, pecorum, vel rerum mobilium rapinam, domorum vel navium invasiones violentas, sub pœna octoginta librarum Principi, Iudicibus, & totidem Communitati &c. Inhibuimus etiam, ut Staurienses nec frangant vel incendant domos aliquorum extra civitatem pro homicidio, neque extranei pro eodem, vel ob aliam causam domos civium Stauriæ, naves vel res mobiles ausu temerario invadere præsumant. Sanxivimus insuper, ne propter debita pecuniaria seu aliarum rerum aliquis audeat rapinam facere Staurienſibus, vel personarum detentiones, vel rerum arrestationes, nisi pro debito legitime requisiti, & obtenta licentia &c. Ordinamus nihilominus, ne aliqorum pertinacia Stauriam euntes & exeuntes in negotiis & mercaturis audeat impedire. Super omnia autem volumus, ut jura seu libertates à glorioſissimis Imperatoribus, videlicet Domino Heinrico & ejus patre Imperatoribus Augustis civibus Stauriæ indultæ & conscriptæ, seu constitutiones ab eisdem civibus inveniendæ, ratæ maneant & inconvulsæ. Præscriptorum vero transgressores &c. Datum & actum Stauriæ anno gratiæ* CIↃ. CC. *nonagesimo pridie Kalendas Iulii.* Dé immunitate quod dixi charta est etiam notabilis Ann. 1342. *Willem Grave van Heynegouwen &c. ontbieden u allen onsen Rentemesters ende tolnaers van Hollant ende van Zeelant, dat ghi onse gemeene poorters van onser Stadt van Staveren tollen*

Digitized by Google

tollen wry met al heuren goede verbi allen onſen tollen varen laet, t' ſy uyter zee oft anders, ſo verre als ſi anders geen goet en hebben in den ſcepe, dan hem ſelven toebehoert in allen manieren, dat heur hantveſten houden, die ſi van onſen ouders of van ons dair of hebben, ende dit ſal gedueren tot onſen wederſeggen. In orconde &c. Gegheven te Haerlem op Sinte Andries avont Anno XLII. Sed & jus Hollandorum tandem prorſus evanuit, poſtquam & diſſidiis & factionibus inter ſe mutuis Stauria neglecta in libertatem vindicavit ſe, fortunam rurſum Friſiæ ſecuta, & unita ei, quæ & tandem univerſa, excuſſo Saxonum jugo, quibus dono eam dederat Maximilianus Imperator, laborum belli præmium & expenſarum, quas fecerat Dux Saxoniæ Albertus, libertatem arripuit.

Eccleſias Stauria olim plures, ſed ab aliquot jam ſeculis unicam tantum habuit, quam ſeculo XII. obtinebant Canonici, ob vitæ turpitudinem amoti ab Andrea Epiſcopo Trajectenſi, qui loco eorum monachos de Ooſtbroec introduxit, ut ſcribit Thaborita Henricus de Goude *lib. 7. hiſt. cap. 55. Præſul paucis diebus*, ait, *ante mortem ſuam amovit* XII. *Canonicos Staurienſis eccleſiæ propter eorum demerita adducens ibidem de Oeſtbroet conventuale collegium.* Et ſic primus hujus Conventus fundator Andreas eſt, injuncto tantum Abbati modico quotannis cenſu, duarum ſcilicet librarum, ut habet charta fundationis, quæ ſervatur adhuc Ultrajecti in majori eccleſia, & deſcripta à me hæc eſt:

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Notum facio ego Andreas *Dei gratia Trajectenſis Epiſcopus omnibus fidelibus tam futuris quam præſentibus, quod cives Staurenſes divina inſpirati miſericordia* (1) *eccleſiam Sancti Odulfi* (2) *diu ſub laica manu detentam, & quædam bona ejuſdem eccleſiæ, quæ à prædeceſſoribus noſtris in beneficium laicis tradita fuerant, labore ſuo & bonis ſuis ab omni laica poteſtate abſolverunt, & eandem eccleſiam à laicis expeditam & bona ipſius quæ laici habebant libera & penitus abſoluta ad ſervitium Dei reſtituerunt. Nos vero bonam voluntatem illorum conſiderantes conſilio & petitione Priorum eccleſiæ noſtræ ad promovendum ibidem Dei ſervitium* (3) *omne jus noſtrum cum circatu noſtro, cum terra & cenſu. & quicquid habuimus de præfata eccleſia in decimis majoribus & minoribus. juſtitiis, pratis, paſcuis, campis, cultis & incultis eidem Staurienſi eccleſiæ perpetualiter con-*

Digitized by Google

tradidimus, & ad voluntatem & petitionem prædictorum civium (4) *Abbatem cum monachis in eadem ecclesia statuimus & consecramus, & bona omnia ad eandem ecclesiam pertinentia banno nostro eidem ecclesiæ consignavimus & confirmavimus. Statuimus autem Abbati illius Camerario nostro, qui in Fresiam iturus est, singulis annis duas libras Staurensis monetæ persolvere, unam libram in eundo, aliam in redeundo. Statuimus & hoc ut ecclesia illa libera sit, & ad Abbatem alium nullatenus habeat respectum, & mortuo Abbate in ecclesia illa fratres libere & canonica electione quemcunque voluerint eligant, & electum Episcopo examinandum & consecrandum repræsentent. Præterea statuimus & prædictæ ecclesiæ pro privilegio tradidimus, ut prædictus Abbas, secundum quod moris est quarundam ecclesiarum, contentus propriis personis, quas in claustro habet, nulli feodum vel de Camera vel rebus ecclesiæ tribuat, & liber de expeditionis exactione permaneat. Et ut supradicta omnia rata & inconvulsa permaneant hanc kartam inde conscribi & sigilli nostri impressione jussimus insigniri. Data autem Trajecti in die sancto Pentecostes, Anno Dominicæ incarnationis millesimo* c. xxxii. *indictione* x. *Episcopatus nostri anno* iv. *præsentibus testibus idoneis, clericis, liberis, ministerialibus. Clerici, Hardbertus majoris ecclesiæ Præpositus, Lutbertus ejusdem ecclesiæ Decanus, Hermannus Præpositus Sancti Bonifacii, Luzo Præpositus Sancti Petri, Wibrandus Abbas S. Pauli, Ludolfus Abbas S. Laurentii in Palude, Wicbardus Decanus Sancti Bonifacii, Lutbertus Decanus Sancti Petri, Arnoldus Decanus Sanctæ Mariæ. Liberi Godefridus de Malsen & filius ejus Hermannus, Giselbertus de Kalnech, De Staveren, Aldgerus, Richpertus, Gerbrandus, Pajo, Wisbardus, Reinerus. Ministeriales, Arnoldus Castellanus, Alfero Scultetus, Albero filius Giselberti, Hugo de Vechten, Lutbertus Mareschalcus, Wicberus Dapifer. Istæ sunt Capellæ pertinentes ad ecclesiam Sancti Odulphi in Staveren, Laxnum, Wardelle, Kannewald, Hindelepum, Gersmere, Santfoerde, Leddesghe, Aldekerke, Hagekerke, Ipekeldekerke, Wicle, Ferlerelte, Osterse, Kunre, Ruthne, Sillehem, Mareneſſe, Urk, Linelwerth, Midlinge, Harth, Dennigrip, Scinghnum, Wedershof.*

Et hactenus quidem charta. Cui alia manu subscriptum: *Anno Dominicæ incarnationis millesimo, centesimo, trigesimo secundo nostra congregationis principium fuit. Primus Abbas Aaron, Secundus Amelricus, Tertius Iacobus, Quartus Robertus, Quintus Symon, Sextus Alardus, Septimus Abraham, Octavus Conradus, Nonus*

Rip-

Digitized by Google

Rippertus, Decimus Heinricus, Undecimus Conradus, Duodecimus Eveko, XIII, *Leveko, Quartus decimus Othgerus, Quintus decimus Siardus, Sextus decimus Amylius.*

(1) *ecclesiam S. Odulfi.* De Odulfo Miræus in Annalib. Belgic. ad Ann. 830. E nobili hic Francorum genere, & vico Oorschot, qui Brabantiæ est, domicilium habuit Ultrajecti. Vid. Buchel. *ad Bek. in Alfric.* Missus à Frederico Episcopo Trajectensi ad prædicandum in † Frisiam miraculis ibi claruit, ut Heda in Frederic.

† Commissa ei, ut ait Magn. Chron. Belg. p. (mihi) 55. Stauriensi ecclesia.

(2) *diu sub laica manu detentam.* Sacrarum etiam ædium quoddam olim commercium, ut latius demonstravi *man. ad jus Canon. lib. 2. tit. 15.*

(3) *omne jus nostrum cum circatu nostro. Circatus* est annona, & quod Episcopo visitanti & circumeunti parochiam seu diœcesin debetur. *Circata* etiam alibi, ut in charta Guidonis Episcopi Trajectensis: *neque tamen ad synodum vadat, neque censum illum qui circata nuncupatur persolvat. Circare* est circumire. Anonymus apud Mabillon. *in Musæo Italic. Circabant exeuntes Christianos, ne forte aliquid auri argentique secum portarent.*

(4) *Abbatem cum monachis in eadem ecclesia statuimus.* Monialium nulla mentio hic. Unde & dubites, an verum, quod de ** utroque ibi sexu Io. à Leidis *lib. 17. cap. 11. Hic*, inquit, *reverendus prorsus Andreas paucis diebus ante mortem suam amovit duodecim presbyteros Staurienses ecclesiæ propter eorum decrementa adducens ibidem de Oostbroec utriusque sexus conventuale collegium.* Ratio tamen dubitandi non est magni momenti. A potiori denominatio fit. Maxima pars monachi. Benedictini omnes, ut constat ex literis Innocentii Papæ III. quibus chartam hanc confirmavit, recepto in suam monasterio & S. Petri tutelam:

Innocentius *Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Abbati monasterii Sancti Odulphi de Stauria ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris regularem vitam professuris in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus Apostolicum convenit adesse præsidium, ne forte cujuslibet adversitatis incursus aut eos à proposito revocet, aut robur, quod absit sacræ religionis enervet. Ea propter dilecti filii in Domino vestris justis postulationibus annuimus, & monasterium de* Stauria *ordinis Sancti Benedicti Trajectensis diœcesis, quod ad*

** Utriusque sexus etiam meminit Heda in Andrea: *At Andreas Episcopus amovens sacerdotes ab Stauriensi Ecclesiâ ob dissolutos mores traduxit illuc viros ac fœminas religiosos en Oostbrook.*

*Romanam ecclesiam nullo pertinet mediante, in quo divino estis obsequio mancipati sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Dni & beati Benedicti regulam in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum juste & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, vel aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipsum, in quo præfatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, beati Odulphi beatæ Mariæ in Staveren, de Laxnum, de ** Warlesle, de ** Karnwald, de Mitlinge, de Harich, de Hindelopen, de Gersmere, de Sandforde, de Heslum, de Edeswald, de Aldakerke, de ** Ypekaldege, de Hagekercke, de Wicle, de ** Farlanche, de Aethne, de Scherpensele, de ** Futhne, de Fenehusen, de Oosterse, de Sileham, de ** Marchnesse, de Nagela, de ** Emelwerd, de Urch, de ** Drenningrip ecclesias, & capellam de Flhe cum omnibus possessionibus & pertinentiis suis de Karnewalde, de Scherpensele, de Urch, de Sadergo, de Fle, de Algodetorp, grangias & piscationes, quas in quibusdam ex locis ipsis habetis, cum terris, pratis, vineis, nemoribus, & pascuis, in bosco & plano, in aquis & molendinis, in viis & semitis & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus suis. Sane novalium vestrorum, quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, sive de vestrorum animalium nutrimentis, nullus à vobis decimas exigere vel extorquere præsumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos & absolutos è seculo fugientes ad conversionem recipere, ac eos absque aliqua contradictione retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum propter factam in monasterio vestro professionem fas sit sine Abbatis sui licentia, nisi artioris religionis obtentu, de eodem loco discedere, & absque communi literarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit liceat vobis clausis januis, exclusis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis, voce suppressa divina officia celebrare, dummodo causam non dederitis interdicto. Crisma vero*

** Supra *Wardelle*. ** Sic & infra *Karnewalde*; sed supra *Kannewald*. ** Supra *Ipekeldekerke*. ** Supra *Ferlerelte*. ** Supra *Futhne*. ** Supra *Marenesse* ** An id quod supra *Linelworth*? ** Supra *Dennigrip*.

Digitized by Google

vero, oleum sacrum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad ordines fuerint promovendi à diœcesano suscipiatis Episcopo, si gratiam & communionem sacrosanctæ Romanæ sedis habuerit, eaque vobis voluerit sine pravitate aliqua exhibere. Alioquin liceat vobis quemcunque malueritis Catholicum adire Antistitem gratiam & communionem Sedis Apostolicæ habentem, qui nostra fretus auctoritate vobis quod postulatur, impendat. Prohibemus insuper, ut infra fines parochiæ vestræ nullus sine assensu diœcesani Episcopi & nostro Capellam seu Oratorium de novo construere audeat salvis privilegiis Pontificum Romanorum. Adhæc novas & indebitas exactiones ab Archiepiscopis, & Episcopis, Archidiaconis, seu Decanis aliisque omnibus ecclesiasticis secularibusve personis à vobis fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sunt, aut nisi publice usurarii, nullus obsistat, salva tamen justitia illarum ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas præterea & possessiones ad jus ecclesiarum vestrarum spectantes, quæ à laicis detinentur redimendi & legitime liberandi de manibus eorum, & ad ecclesias, adquas pertinent revocandi libera sit vobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte vero te nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum major pars consilii sanioris secundum Deum & beati Benedicti regulam providerint eligendum. Paci quoque & tranquillitati vestræ paterna in posterum sollicitudine providere volentes auctoritate Apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu ecclesiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere, vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Præterea omnes libertates & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus monasterio vestro concessas, nec non libertates & exemptiones secularium exactionum à Regibus & Principibus vel aliis fidelibus favorabiliter vobis indultas auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodo profutura, Salva sedis Apostolicæ

Digitized by Google

auctoritate & in prædictis ecclesiis & capellis diœcesanorum Episcoporum canonica justitia. Siqua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam scieps contra eam temere venire attemptaverit secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, atque à sacratissima divini corporis communione aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Dni nostri Jesu Christi quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem æternæ pacis inveniant, Amen.

Lapsu temporis, cum monasterium vi fluctuum & tempestatis quassatum vehementius, necessariis impensis ad restituendum esset impar, fidelium, missis literis per diœcesin universam, imploratum subsidium. Nec in dandis indulgentiis, quo plus esset subsidii, Antistes parcus aut nimis tenax. Charta est Ann. 1371. ex qua patet præterea & quod cœnobium id ad littus, & quod duæ ei turres, ut S. Pauli Ultrajecti. Charta ita se habet:

Arnoldus *Dei gratia Episcopus Trajectensis universis Christi fidelibus, cujuscunque prælationis, dignitatis, status aut conditionis existant, per nostram diœcesin constitutis, ad quos præsens litera pervenerit Salutem in Domino sempiternam. Quoniam ut ait Apostolus omnes stabimus ante tribunal Christi, recepturi prout in corpore gessimus, seu bonum fuerit seu malum, oportet nos ergo diem messionis operibus misericordiæ prævenire, ac æternorum intuitu seminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu valeamus recolligere in cœlis. Cum igitur, prout veraciter didicimus, duæ turres & magna pars monasterii beati* Odulphi *in* Stauria *ordinis S. Benedicti nostræ diœcesis, quod inter omnes ecclesias & monasteria Frisonum ab antiquo celebre & primitivum existit, cum aliquibus adjacentium domorum structuris ex assiduis marinis procellarum impulsibus occiderunt, reliquo nihilominus ædificio ruinam comminante, ac etiam ipsum monasterium in redditibus & proventibus per inundationes, frugum caristiam, & pecorum pestilentiam, & alia multa incommoda adeo depauperatum existat, quod ad conservationem monasterii ejusdem & sustentationem monachorum inibi Deo famulantium nullatenus prope suppetant facultates, nisi eidem monasterio & monachis Christi fidelium eleemosynis succurratur, universitatem vestram rogamus*

Digitized by Google

mus, monemus, & in Domino exhortamur, ac vobis in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus, & in remiſſionem peccaminum veſtrorum ſalubriter injungimus, quatenus divinæ pietatis intuitu Nuncios ipſius monaſterii, cum ad vos cum literis noſtris præſentibus venerint fidelium elemoſinas petituri, & verbum Dei, cum oportunum fuerit, prædicaturi, in eccleſiis veſtris benigne & ſine conditione aliqua recipiatis, & recipi faciatis, nullam cum ipſis participationem de ſibi collatis elemoſynis facientes, & negotium eorum, ſi ab eis fueritis requiſiti, ac indulgentias eiſdem conceſſas, prout vobis conſtat, plebibus veſtris vobis à Deo commiſſis ſalubriter exponentes, ac piis monitis & ſalutaribus inducentes eoſdem, ut de bonis à Deo ſibi collatis monaſterio prædicto, & perſonis ejuſdem elemoſinas pias & grata ſubſidia conferant caritatis, taliter in promotione hujus negotii vos habentes, ut per hujuſmodi & alia bona, quæ Domino feceritis inſpirante, ad æternæ poſſitis felicitatis gaudia pervenire. Nos autem de omnipotentis Dei miſericordia & beatæ Mariæ ſuper virginis, omniumque Sanctorum, ac beati Martini patroni noſtri digniſſimi meritis & auctoritate confiſi omnibus benefactoribus ſæpe dicti monaſterii ſeu promotoribus præmiſſi negotii, vero pœnitentibus & confeſſis XL. *dies de injunctis ſibi pœnitentiis relaxamus, Statuentes nichilominus, ut Abbas memorati monaſterii vel ejus vices in hac parte gerens, homicidas, & infantium oppreſſores, aut vos, quorum negligentia aut deſidia infantes in igne vel aqua amiſſi ſeu perempti ſunt, ſi vere pœnitentes exſtiterunt, abſolvendi ad onera karenarum & annuorum ſeu aliorum jejuniorum tam ex pœnitentia quam ex voto aſtrictos, pro quantitate ſubſidii prænominato monaſterio impenſi vel impendendi ab eiſdem, aliquas karenas, & annua, ſeu alia jejunia relaxandi, ac vota peregrinationum omnium, præterquam ad terram ſanctam, & beatorum Petri & Pauli atque Iacobi, votis duntaxat exceptis, rationabiliter commutandi, votorumque redemptiones ad uſus præfati monaſterii accipiendi noſtra auctoritate plenam habeant facultatem. Datum Trajecti anno Domini* CIↃ. CCC. LXX. *in craſtino Martini menſis Novembris.*

Sed non diu dein poſt ſucceſſit rurſum calamitas, cujus meminit Thaborita *lib. 7. hiſt. cap.* 23. *Anno Domini* 1390. *combuſtum eſt monaſterium Sancti Odulphi in Stauria cum multis domibus ab Hollandis, qui etiam Stauriam depopulati ſunt.* Tandem verſa rerum vice poſtquam purior religio exploſit Pontificiam, pulſis monachis eorum bona ut alibi, ſic in Friſia, notata paſſim

paſſim, diſtracta, vel in alios pios uſus & neceſſarios converſa, facto jam initio Ann. 1580. Winſem. *lib.* 18. *hiſt.* Ad fundandam Academiam, ad diſſolvendum æs alienum, quod grande tum contractum; non modicum contulere hæc. Nam & numerus cœnobiorum per Friſiam olim ingens, & pleraque olim à fundatoribus dotata magnifice. Eorum habeo catalogum ex vetere manuſcripto: non abs re erit, ſi eum addam hic, ut hinc lector intelligat, quæ inertiæ olim præmia, etiam in Friſia.

Nomina monaſteriorum Friſiæ Orientalis à fluvio Amaſo uſque ad Lavicam ſive ad Gerkensbrugh.

Minterna *monaſterium monachorum ordinis Ciſtercienſis.*
Reider *monaſterium monialium ordinis Prædicatorum.*
Griſevrouwen *moniales ordinis Ciſtercienſis.*
Schilwolda *moniales ordinis Præmonſtratenſis.*
Olde-clooſter *prope Dammonam ordis Benedictini.*
Nye clooſter *ordinis Præmonſtratenſium.*
Oeſterwirum *ordinis Sancti Iohannis.*
Scharmer *ordinis Cruciferorum.*
Wittewirum *ordinis Præmonſtratenſium.*
In Dammona *ordinis fratrum Heremitarum.*
Theeſingen, *moniales ordinis Benedictini.*
Monaſterium Sanctæ Annæ *ordinis Ciſtercienſis.*
Hueren, *ſorores Sancti Benedicti.*
Eſſen, *moniales ordinis Ciſtercienſis.*
Groningen, *monaſterium Prædicatorum.*
Groningen, *monaſterium minorum.*
Groningen, *domus ſororum de tertio ordine S. Franciſci.*
Ibidem domus ſororum de ordine Wilkenſi.
Rottum *monachi ordinis Sancti Benedicti.*
Warphum *monaſterium ordinis Sancti Iohannis.*
Witwert *monaſterium ordinis S. Iohannis.*
Bethlehem *monaſterium ſororum prope Rottum.*
Olde clooſter *in die Marn, moniales ordinis Præmonſtratenſis.*

In

Digitized by Google

In Winſum *monaſterium ordinis Prædicatorum.*
Selwert *monaſterium monialium ordinis Benedictini.*
Ten horn, *ſorores de tertia regula S. Franciſci.*
Aedwert *monachi de ordine Ciſtercienſi.*
Huysmar, *moniales ordinis Præmonſtratenſis.*
Trymont, *moniales ordinis Præmonſtratenſis.*

Sequuntur nomina monaſteriorum Friſiæ occidentalis.

Gherkens clooſter, *monachi ordinis Ciſtercienſis.*
Segerswold, *converſæ ordinis S. Auguſtini.*
Vrouwen clooſter, *moniales ordinis Ciſtercienſis.*
Feencloofter, *moniales ordinis Præmonſtratenſis.*
Houwen clooſter, *moniales ejuſdem ordinis.*
Smalree, *moniales Sancti Benedicti.*
Thabor *prope Sneec, Canonici regulares.*
Bergum, *Canonici regulares.*
Lunekerck, *Canonici regulares.*
Anygum, *Canonici regulares.*
Haske *ordinis Canonicorum regularium.*
In Doccum *monachi ordinis Præmonſtratenſium.*
Weert *in* Dongerdeel, *moniales ordinis Præmonſtratenſis.*
Syon *in* Dongerdeel, *moniales ordinis Ciſtercienſis.*
Clarecamp, *monachi ordinis Ciſtercienſis.*
Voſwert, *moniales ordinis S. Benedicti.*
Gennaert, *moniales ordinis Ciſtercienſis.*
Bethlehem *propo Lewardiam, moniales ordinis Præmonſtratenſis.*
Mariengaert, *monachi ordinis Præmonſtratenſis.*
In Lewerdia *Prædicatores.*
Ibidem *etiam* Minores *de obſervantia.*
Ibidem *ſorores de tertia regula S. Franciſci.*

Digitized by Google

Aylum, *ſorores de tertia regula S. Franciſci.*
Toe Rauwert *ſorores de tertia regula S. Franciſci.*
Lidlum *monaſterium monachorum ordinis Præmonſtratenſis.*
Monkebajum, *moniales ordinis ejuſdem.*
Thyamarum, *converſæ ordinis S. Auguſtini.*
In Franeker *monaſterium ordinis Cruciferorum.*
Florecamp, *monachi ordinis Ciſtercienſis.*
Nyecloſter *prope Sneeck, moniales ordinis Ciſtercienſis.*
Snekis *monaſterium ordinis Cruciferorum.*
Hoſpitale prope Snekis *ordinis Sancti Iohannis.*
Steenkerc *ſorores ordinis S. Georgii.*
Nes *monaſterium virorum ordinis S. Georgii.*
Gronedyck, *ſorores de tertia regula S. Franciſci.*
In der Ilſt *monaſterium ordinis Carmelitarum.*
Wolmeynde, *monachi ejuſdem ordinis.*
Nazareth *ſorores Heremitarum ordinis S. Auguſtini prope Ilſt.*
Hemelum *monaſterium monachorum ordinis S. Benedicti.*
In Bolſwerdia *monaſterium Minorum.*
Ibidem *monaſterium monachorum ordinis Præmonſtratenſis opt Bildt.*
Ibidem *monaſterium converſarum ordinis S. Auguſtini.*
Oegha clooſter *prope Bolſwerdiam ſororum de tertia regula S. Franciſci.*
Domus *ſororum in* Workum *de eadem tertia regula S. Franciſci.*
In Stauria *domus converſarum ordinis S. Auguſtini.*
Item monaſterium Trymont *computatur ab aliquibus.*
Monaſteria Friſiæ Occidentalis XLVI. *Item in ſumma ſummarum monaſteria ſunt* LXXVIII. *Anno Domini* 1529.

FUN-

Digitized by Google

FUNDATIO V.

Monaſterii MARIENWERRT *ſeu inſulæ* S. MARIÆ *in Gelria, inter Rhenum & Vahalim.*

SECULO XII.

ANnum fundationis vetus carmen oſtendit:

** *Anno milleno centeno bis quoque deno*
Inſula fundatur, ſi bis quater adjiciatur.

** Vide infra Zueder. de Culenburch initio. ad Ann. 1122.

Vi hoſtili exuſti indicatur adhuc locus inter Culenburgum, Buram, & Tilam: Fundator olim Hermannus Comes de Cuyck, rogante id Andrea Epiſcopo Trajectenſi, ad cædem ſcilicet expiandam Florentii I. Comitis à patre ejuſdem Hermanni in Hamert olim cæſi, ut tradit Pontanus *hiſt. Gelr. lib. 6.* qui id perperam tamen refert ad Ann. 1123. Vid. Jo. à Leydis *lib.* 11. *hiſt. cap. ult.* & Bekam in *Andrea Epiſcop.* Ne inultum abiret ſcelus filio diu jam infeſtus, dum inſidiis ei factis, Theodericus Comes VI. Andreas, qui agnatus, ne in nervum res erumperet, & majoris hinc tumultus naſceretur occaſio, medium ſe interpoſuit, & poſtquam multa tentaſſet partes tandem hac ratione in concordiam redegit. Cœnobium juſſit extrui, & pro anima interfecti competenter dotari. Ut placuit & extruxit & dotavit Hermannus, monachis introductis ex Laudunenſi cœnobio, fuſuris pro cæſi anima quotidie ad Deum preces. Io. à Leydis *lib.* 11. *hiſt. cap. ult. & lib.* 17. *cap.* 3. Beka *in Andrea Epiſc.* Pontan. *hiſt. Gelr. lib. 6.* Is autem cum cæſus demum ſeculi XII. ſecundo anno aut tertio ſupra trigeſimum, ut Wilhelm. Procurat. ad Ann. 1132. an jam dicti verſiculi tam exacte, ut oportuit, deſignent annum non conſtat. Meminit loci Hoſpinianus *de orig. Monachat. lib. 5. cap.* 27. Verum duplex ejus error. Primus eſt, quod illud *Weert* exponat viridarium, cum *weert* ſit inſula, & nihil aliud. Secundus, quod Florentium Gelriæ vocet Ducem, cum Gelriæ tamen nullus eo nomine olim Dux, & ne Dux quidem tum temporis, Comes tantum, ut notum. Ce-

Digitized by Google

lebre admodum id cœnobium, & quod Comiti commendatur, & enixe admodum commendatur ab Huberto de Boſinchem Ann. 1300. Primus ejuſdem Abbas cognatus fuit Regis Angliæ, cui nomen Robertus, ut Jo. à Leidis *d. cap.* 3. Ob cujus reverentiam idem Rex, inquit, *tranſmiſit quatuor ſpiritualia dona, videlicet calicem aureum, ornamentum miſſæ valde pretioſum, pavimentum eccleſiæ valde nobile, & quendam lapidem pretioſum ſapphirum.* Non abs re erit, puto, ſi addam libellum ſupplicem, qua id Comiti commendatum:

Magnifico Principi & illuſtri viro Duo R. Comiti Gelriæ Hubertus *dictus* Schencke *de* Culenborch, *reverentiam in omnibus & paratum obſequium ſicut debet. Cum in rebus dubiis ſemper ſit via tutior eligenda fidelibus, nec in Regnum Dei intrare valeat aliquem quomodolibet inquinatum. Inde eſt quod ego compos rationis & mente ſanus, ſingula ab exordio vitæ meæ diligenter pertractans, ac priorum tempora plane diſcutiens ac examinans ſaluti animæ meæ volui ſtudioſe & ſalubriter providere. Veſtræ igitur Excellentiæ innoteſcat, quod licet mei progenitores paludem ſeu terram illam, quæ ſita eſt juxta* Lanxſmere *& inſulam S. Mariæ habuerunt hactenus & tenuerunt à tempore, à quo non exiſtat memoria, & eodem titulo poſt eorum deceſſum propinquitatis jure ſic deinceps ad me fuerit devoluta, tamen quia de hoc nec literis nec inſtrumentis, nec etiam aſſertionibus fide dignis nunquam ſic potui expedire ad liquidum, quin ipſi vel ego ſucceſſor eorum clarum jus in hujuſmodi habeamus, vel habere poſſimus, ita quod ſuper hoc ſecure mori audeam aliquatenus, vel præſumam, prædictam terram, ſeu paludem in manus veſtras reſigno libere, ſimpliciter, & perfecte, aliorum dominationi & Excellentiæ veſtræ ſupplicans humiliter quantum poſſum, quatenus habito pio reſpectu ad obſequium & miniſterium prædeceſſorum meorum progenitoribus veſtris impenſum, laboris etiam mei & incommodi, ac damni, quæ in veſtro ſervitio aliquando ſuſtinui, memoris effecti, inſuper & expenſas, quæ factæ ſunt hactenus circa terram præfatam, faciendo, & aquarum meatus adducendo, nichilominus intuentes, quo ſucceſſores hæredesque mei ad obſequendum ſemper fortiores facti, & illa fidelitas inter veſtros & noſtros prædeceſſores ab antiquis temporibus obſervata magis ac magis ex mutuis beneficiis augeatur. Præterea cum Abbas & fratres monaſterii inſulæ Sanctæ Mariæ quoque ipſi propoſuerunt conquerendo, quod de decima* XX. *manſorum in* Panegya *& in* Rietvelt, *& de tribus manſis terræ*

Digitized by Google

terræ ſitis in Panegya, *ſicut probant eorum inſtrumenta ſuper conceſſione & collatione prædictorum bonorum monaſterio & fratribus ipſius confecta, jam à multis temporibus gravis ſit eis injuria irrogata, rogo humiliter & deſidero quantum poſſum pro miſericordia Jheſu Chriſti, quatenus ob reverentiam glorioſæ virginis Mariæ matris ejus, quæ omnium noſtrum apud Deum Advocata dicitur & patrona, & nichilominus illius loci ſpecialis, & unde nomen accepit, inſula beatæ Mariæ ex ejuſdem virginis patrocinio appellata, Abbati & fratribus dicti loci, Deum habendo præ oculis faciatis plenarie de bonis præhabitis exhiberi, quicquid ordo rationis ac juſtitiæ expoſcit, reddituri de hoc coram ſummo judice in die diſtricti judicii rationem. Ut autem præmiſſa omnia absque contradictione qualibet heredum meorum firma permaneant & inconvulſa ſigillum meum præſentibus eſt appenſum. Datum ann. Dni* M. CCC. XV. *Calend. April.*

Vaſallus Comitis hic Hubertus. Vaſallus etiam ejus filius, qui & ſe hominem ejus ligium, & jure Zutphanienſi ab eo caſtrum Culenburch in feudum ait ſe obtinere in charta Ann. 1313. In qua & meminit monaſterii & donationis ei factæ: *exceptis*, inquit, *tribus manſis agrorum ſitis in Panegya, & decimis viginti manſorum ſitorum in Panegya & Rietvelt, quos videlicet manſos cum decimis prædictis eccleſiæ & Conventui de Inſula beatæ Mariæ idem Dominus noſter Comes Gelriæ aſſignavit perpetuo poſſidendos.*

FUNDATIO VI.

Monaſterii LEUWENHORST *prope Leydam.*

ANN. CIↃ. CC. LXII.

LEuwenhorſt monaſterium fœminarum nobilium ordinis Ciſtercienſis, ad flumen ſitum, ſeu aquæductum, quo Leyda itur Harlemum. Rhenoburgo miliari, ad mille quingentos paſſus diſtans Nortvico. Fundatum Ann. 1262. Fuerunt, qui fundarunt duo fratres, viri nobiles, Arnoldus & Walwinus de Alckemade. Quorum pater vir illuſtris Walwinus, miles ſeu eques, & Perſona eccleſiæ Harlemenſis. Cui deinceps Arnoldus in Perſonatu ſucceſſit. Dos jam conſtituta teſtamento, quod

Digitized by Google

factum Ann. 1261. sequenti demum anno cœnobii jactis fundamentis in dotem data bona omnia, quæ habebant fratres in Langevelt, in Dominio & territorio Hugonis de Noortich militis, & in Dominio & territorio Alberti van Velsen militis. Dictum primitus, cum extructum, monasterium ter Lee, quod in agro situm ejusdem nominis. Earum, quæ præfuerunt ei, Aleydis fuit prima. Ponam ordine quotquot reperi:

Aleydis	*Ann.* 1264.
Sophia	*Ann.* 1287.
Elisabeth	*Ann.* 1295.
Clara	*Ann.* 1314.
Christina van Teylingen	*Ann.* 1330.
Aleysa van Duvenvoerde	*Ann.* 1343.
Heylwich van Velsen	*Ann.* 1349.
Lysbeth van Oestgeest	*Ann.* 1358.
Badeloge van Adrichem	*Ann.* 1366.
Margriete van Wateringe	*Ann.* 1395.
Badeloge van der Does	*Ann.* 1403.
Heylwich van Oosterwyck	*Ann.* 1413.
Mechtelt van der Does	*Ann.* 1430.
Wilhelmina van der Aa	*Ann.* 1443.
Elisabeth van Ryswyck	*Ann.* 1460.
Agnese van Bouckhorst	*Ann.* 1477.
Eustachia van Brakel	*Ann.* 1483.

Sic in schedis quas habui. Joannes autem à Leidis Arnoldum illum fundatorem non vocat *de Alckemade*, sed Arnoldum *de Sassenhem lib.* 24. *hist. cap.* 3. Primam etiam Abbatissam *Aleydim* non vocat, sed vocat *Elisabetham*, eamque & fundatricem fato ait functas Ann. 1200. 3. Calend. Junii. Sed ejus textus corruptus est. Refert fundationem ad Ann. 1278. & primam statuit Abbatissam tot annos ante defunctam jam. *Prima*, inquit, *Abbatissa Elizabeth, sanctimonialis nobilis & fundatrix, obiit postmodum in anno Domini* 1200. 3. *Calend. Junii.* Sine aliis hic adminiculis, quam iis, quæ petenda ex correctione nume-

Digitized by Google

numerorum, qui evadas, vix scio. Rescribendum procul dubio 1306. pro 1200. prout apud Thaboritam *Chronic. lib.* 8. *cap. ult. in fin.* ubi historiam fundationis etiam habes hujusmodi: *Anno*, inquit. *Domini* 1262. *in festo S. Agnetis virginis & martyris venerunt in Hollandiam ad locum, qui nunc Lewenhorst dicitur,* XII. *moniales ordinis Cistercienſium, quas adduxit ibidem Dominus Arnoldus de Sassenhem Harlemensis de valle Sanctæ Mariæ prope Trajectum. Qui post* 10. *annos obiit. Et tertio anno post ejus obitum incorporatus est locus præfatus Capitulo Cistercienſium, & commissus est Abbati Campensi perpetuo ad visitandum. Hujus monasterti prima Abbatissa fuit Elisabeth, sanctimonialis nobilis fundatrix illius loci. quæ postea obiit anno Domini* 1305. 3. *Kal. Julii.* Fundatrix, sed non sola. Fuerunt & alii. Arnoldus autem van Sassenhem Harlemensis parochus seu Curio etiam Junio condendi auctor seu fundator est *Batav. cap.* 20. opibus in hoc & in alterum, quod Harlemi est, monialium effusis largiter. Sed Junius refert fundationem ad Ann. 1269. Cur autem tam varie? An quia varii qui fundarunt, & forsan tum perfecta & consummata fundatio? Cæterum ultima Abbatissa fuit Femma van der Does. Junius *d. loc.* eam vocat Jovinam. Latine egregie hæc perita obiit Ann. 1575.

FUNDATIO VII.

Monasterii vallis S. Petri in STROBERG *prope Dordracum.*

IN *nomine sanctæ & individuæ Trinitatis* (1) *ego* Theodoricus *Comes Hollandiæ & ego* Aleydis *Comitissa uxor ejus tam præsentibus quam futuris in perpetuum. Auctoritate sacri eloquii commonemur, ut bonum facientes non deficiamus tempore enim suo metentis vitam æternam. Hujus rei gratia nos inducti & compuncti decrevimus in fundo proprietatis nostræ fundare Abbatiam Cistercienſis ordinis sustentandam de facultatibus nostris. Verum quia necdum votis nostris se obtulit locus idoneus vel faciendi possibilitas, ut saltem aliquod initium nostrum sortiretur desiderium* (2) *grangiam præfato Ordini articulandam fieri statuimus, si forte Deo auctore quoquo modo in Abbatiam coalescere posset. Cui grangiæ construendæ de bonis nostris assignavimus terram uni aratro sufficientem, quæ* Tempelvelt *nominatur. Item decimam inter eandem*

terram.

Digitized by Google

terram & Durdrecht occurrentem. Item quinque libras denariorum (3) *in novo* dicho *annuatim solvendas. Item ecclesiam in* Durdrecht *cum primum vacabit. Item piscariam in* Overflydrecht *jacentem. Et ego* Theodoricus *Comes legavi centum marcas post obitum meum infra annum solvendas pro bonis & . . . . . comparandis. Hæc universa libere contradidimus monasterio vallis Sancti Petri in Stroberg sito. Hujus rei testes sunt Comes Otto de Benthem & C. filius ejus, Hugo de Voerne, Ruigerus de Merbeym, Walterus Spierinck, Baldewinus frater noster, * Margaretha soror nostra, & quam plures alii. Actum est* (4) *anno Dominicæ incarnationis* M. CC. *tertio.*

* *Leg. Margareta*, Vid. Chron. Goudan. in Florent. III.

(1) *ego Theodericus Hollandiæ.* Est hic VII. ejus nominis, cui uxor Aleydis, seu Adelheydis, ut Beka, Theodorici filia Comitis de Clivis.

(2) *grangiam præfato Ordini articulandam &c.* Vox hæc non est nauci hic. Leg. *attituandum*. Grangia est prædium, villa rustica, condendæ segeti, annonæque, hic hominibus destinata. ** Vid. *to.* 3. *Analect. p.* 195.

** Tom. 2. p. 134 Nostræ Edit.

(3) *in novo dicho.* Molibus, aggere. *Dichus* vox barbara est. *Dicare* & *Dimare* est apud Ægidium de Roya ad Ann. 1322.

(4) *anno Dominicæ incarnationis* CIↃ. CC. *tertio.* Annus hic, quo Theodoricus in fata concessit. Vid. Bekam aliosque.

Cæterum chartam hanc confirmavit, & quæcunque hac concessa, ut & ipsum cœnobium, Honorius Papa III. cujus hoc est diploma:

Honorius *Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Abbati & conventui monasterii de valle Sancti Petri in* Stromberg *Cysterciensis ordinis salutem & Apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod justum est & honestum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti filii vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu personas vestras & locum in quo divino estis obsequio mancipati cum omnibus bonis vestris, quæ in præsentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum præstante domino justis modis poteritis adipisci sub beati Pauli & nostra protectione susçipimus specialiter, ut & jus patronatus ecclesiæ in Durdrecht & piscariam in Overflydrecht, nec non possessiones, redditus, & alia quæ vobis nobilis vir Comes Hollandiæ & A. uxor ejus pia liberalitate donarunt, sicut ea omnia juste & pacifice obtinentur*

Digitized by Google

tis, & in eorum authentico plenius continetur vobis & per vos.... monaſterio veſtro auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communivimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Laterani Novis Decembr. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

FUNDATIO VIII.

Monaſterii NIUWENCLOOSTER, *quod Harlemi via, qua ad Sylvam itur ſuburbanam Ann.* CIↃ. CCC. XI.

IK Willem *van* Egmondt *make cendt, kenlyck ende oirconde allen luyden, die deſen brief ſellen ſien ofte horen leſen, dat ick gegeven hebbe ende quytſcelde eewelyck te ſtaen tot dien Capelle, ende tot die vergaderinge, die ick gemaeckt ende geſticht hebbe van mynen eygelycken goede tot diere behoeff diere inne woonen, ende hoire familie, die daer woonachtich zyn, ofte hier na euwelike woonen ſellen, dat leyt ende ſtaet op die uyterſte grafte van* Haerlem *by den Houte, dat geheten is* Niewen-clooſter, *omme zalicheyt mynre Ouderen zielen, myns wyfs ziele, myns ſelfs ſiele, ende anders mynre nacomelingen, aldusdanighe renten ende goet leggende in ſo wat hanne het is tuſſchen* Maes *ende* Zipe. *In den eerſten de Hofſtede, die deſe Heeren beſeten hebben; mit alle datter opſtaet hoe ſoo het geheten is. Voort drie pont gelts leggende in* Haerlemmer *weyde ende* Grimmencamp, *ende aen den lande dat gecoft wert tegens* Gerrit *den Man. Voort negen morgen lants in den* Liere, *die* Hughen *waren uter* Liere, *ende beyde by ende* Dirck *van* Waſſenaer *den eygendomme of gegeven hebben, ende quytgeſcouden, als ter Heeren behoeff voorſeyt, die jaerlix renten* IX. *pont. Voort in* Coudenhove *by Delft* XI. *pont gelts jaerlics, ende achtien ſcellingen gelts jaerlics, die ick hebbe gemeen liggende in* Coudenhove *voerſeyt, mit myne broederen, ende mit s'Borchgraven kynder van* Leyden. *Voort in* Crajenborch *acht ende veertich ſcellingen gelts jaerlicx, ende* III. *pont ende* XIV. *ſcellingen gelts jaerlicx in* Heynenoort *by* Leyden. *Ende want myn ſinne ende begeerte altoos van beginſel was, ende noch is op deſelve ſtede mit dusdaniger renten voerſegt luden te hebben van Ordenen, ofte van collegie, die ick hope by mynen lyve daer te brengen, des myn Godt gunnen moet, Ware oock dat myns*

Digitized by Google

gebraecke, eer deſe dingen aldus toegebracht waren van der collegie alſt voorſegt is, ſo ſouden die Heeren die 't beſeten hadden, binnen mynen jaergetyde ſonder alle verdrach een collegie aldaer maecken, vaſtelick ende euwelick daer te ſtaene te Gods dienſte, dagbelyx in mynre memorie euwelycke, ende myns wyfs, ende der fielen alſt voerſz ſtaet. Waer datſe dit niet en daden binnen deſer tyt voerſeyt, ſo ſouden myne erfgenamen deſe voerſeyde Heeren dair uyt doen, alſe ſy verwilcoert hebben, ende binnen dier ſelver maent andere goede luyden dair in doen in deſer renten, in deſer goeden, myne Godsdienſt mede te doene, alſt voerſeyt is. Op dat deſe dingen in deſen brief geſchreven vaſte ende ſtade blyven, ende onverbreeckelick van allen mannen, ende euwelyk ongelet, heb ick t'ſelve beſegelt mit mynen ſegele uythangende. (1) *Haren* Gerrits *ſegel Proviſoers s' Biſſchops ende Deken, Haren* Nicolaes *van den* Sande *Prieſters,* Jans *van den Sande, ende* Johan Dullaerts *Schepenen in* Haerlem, *die over deſe voorwaerden, gifte, ende wilkoer geweeſt zyn, geſien ende geboort hebben, in 't jaer ons Heeren* CIↃ. CCC. *ende elve, des Vrydachs na Meydach.*

FUNDATIO IX.

Campi Regalis ſeu clauſtri CONINXVELT, *quod eſt Delphis.*

Clauſtrum Coninxvelt, quod eſt Delphis, fundavit Richardis Wilhelmi Regis amita Ann. 1255. Quam ſororem ejus facit perperam Magn. Chron. Belgic. *p.* 241. *Eodem anno Domicella*

(1) *Haren Gerrits ſegel Proviſoers s' Biſſchops ende Deken. Haren*, id eſt, *Heeren*. Singulari prærogativa viri nobiles & illuſtres *Haren* dicti non *Heeren*, ut infinitis exemplis non difficile eſt probatu. Vid. *lib.* 1. *de Nobil. cap.* 4. Quod ad Proviſores, iidem in provinciis Proviſores, Decani. *Proviſor* à providendo. Sacra curat, & providet, ne quid capiant detrimenti. Idem etiam *Decanus*, quod plerumque id ei nomen, qui aliis præeſt. Proprie ſi loquamur, qui præeſt decem, Decanus. Verum aucta eſt vis verbi. Additur *s' Biſſchops*, quod ab Epiſcopo conſtitutus. Alii qui à Collegiis, à Præpoſitis miſſi. In certum ſcilicet terræ tractum juris eccleſiaſtici dicundi cauſa, & exigendi penſiones, cenſum, decimas, in uſum partim Epiſcopi, partim Præpoſiti, ut dixi *lib.* 2. *de Nobilit. cap.* 22.

Digitized by Google

micella Richardis ob remedium animæ fratris ſui prædicti Regis monaſterium puellarum ordinis Præmonſtratenſis in allodio patrimonii ſui, quod campus Regalis dicitur, ædificare cœpit, quod etiam ad felicis recordationis ſuæ memoriam devotiſſime conſummavit. Imo anno 1266. quo & obiit Richarda. Henricus Thaborita *lib.* 8. *Chron. in fin. Anno Domini* 1266. *matertera Wilhelmi Regis Richarda Domicella de Delf ad remedium animæ Regis ædificavit monaſterium ſanctimonialium ordinis Præmonſtratenſis in allodio ſui patrimonii, quod campus Regalis dicitur. Quæ obiit poſtea anno eodem, & ſepulta eſt in Middelburch.* Agnoſcit amitam Wilhelmus Rex ipſe in charta Ann. 1248. *Wilhelmus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus univerſis ſacri Imperii fidelibus gratiam ſuam & omne bonum. Ad notitiam ſingulorum volumus pervenire, quod nos qui juſtis petitionibus facilem conſuevimus præbere aſſenſum Richardi Domicellæ de Hollandia, dilectæ amitæ noſtræ, quam ſincero ut juſtum eſt, diligimus affectu &c.* Sanctimonialem & Wilhelmi I. filiam ait Chronic. Goudan. in vita Wilhelm. I. Quod materteram vocent Thaborita & Ioannes à Leydis *lib.* 23. *hiſt. cap.* 31. non eſt, quod quem turbet. Nam hi voces confundunt. Amita & matertera ipſis unum idemque eſt. Devota fuerit neceſſe eſt, ut quæ campum Regalem fundavit non tantum, ſed & clauſtri Loſdunenſis dotem non parum auxit, ut teſtis eſt charta ejus Ann. 1250. quam exhibui jam ſupra. Ædes jam ante ſeculum, ſub belli initium cum Hiſpanis, ne receptum præberet hoſti, prorſus ſolo æquata eſt. Hadr. Jun. *Batav. cap.* 20.

FUNDATIO X.

Palatii ſeu aulæ, quæ Hagæ Comitis, Capellæ eidem adjectæ, Collegii Canonicorum in eadem Capella. De Haga *item nonnulla, & utrum pagus an urbs.*

PAlatium Hagienſe Wilhelmi Regis opus, ut Joh. de Beka † in vita Ottonis III. in fin. Barland. Snoyus aliique. Palatium dicas an aulam eodem res redit. Olim hæc Arenæ Comitis, ut

† Bek. *idem Rex glorioſe ſuſceptus eſt intra Comitatum Hollandiæ, qui & in Haga regale palatium exſtruxit, ubi de cauſis arduis Regni tribunale conſiſtorium frequentavit.*

Digitized by Google

ut communis opinio est. Testantur aulæ adhuc fundamenta, quæ Gravesandæ ait Junius *Batav. cap. 15. e quibus*, inquit, *ante annos triginta octo priſtinæ artis effoſſa adhuc vaſcula Samia.* Testatur, inquit, via regia, quæ *Hoſtaen* adhuc dicta, ager *Hoſtani* nuncupatus, & plebani ibidem domus, quæ aulæ olim colina. Ego ut non nego ibi Comitum fuisse domum, seu aulam, si ita mavis, ita & argumentum satis firmum non puto ad probandum, quod ibi fixa olim juris sedes legumque. Nam & aula Harlemi & alibi in Kennemaria & Hollandia Boreali ut dixi ** 5. *Analect. p.* 483. Quid quod nec uno eodemque semper loco Comitia Ordinum olim habita, sed modo hic modo alibi, prout Principi placuisset. Catvici etiam ad Rhenum, ut Wilhelmus docet Procurator ** *to* 4. *Analect. p.* 265. Unde & vetus illud carmen, quod de Haga apud Thaboritam & Joannem à Leidis *lib.* 23. *hist. cap.* 15. cujus hoc est initium:

** Tom. 3. p. 45. Nostræ Edit.

** Tom. 2. p. 666. Nostræ Edit.

Salve Villani Comitis decus, Haga vocata,
Villarum ſplendor, gloria, lux, & honor &c.

In re tamen tam obscura communi opinioni subscribam haud difficulter, præsertim cum id faciat Henricus Thaborita *lib.* 8. *hist. c.* 17. *Wilhelmus Rex Romanorum ædificavit primus in Haga caſtrum, & tranſtulit ibidem de Arena Comitis ſedem judiciariam.* Verum ejus quod addit fides sit penes ipsum, *Ligna iſtius caſtri*, inquit, *ſunt imputribilia, delata ibidem ex Hibernia, & reſiſtunt omni veneno.* Adjecit aulam cum Capella Florentius Wilhelmi filius. Joh. à Leidis *lib.* 24. *hist. cap.* 15. Magn. Chron. Belgic. 252. Mox collegium Canonicorum fundavit in Capella Albertus Bavarus Comes. Idem ad Ann. 1368. *Item anno ſequenti &c. Albertus Dux & Tutor Hollandiæ ad perpetuam ſui memoriam in Haga Hollandiæ in capella palatii fundavit, dotavit, & confirmari procuravit collegium* XIII. *Canonicorum. Io. à Leidis* 31. *hist. cap.* 16. Ad Annum refert id 1367. Henricus Thaborita *lib.* 5. *Chron. cap.* 12. eique causam dedisse ait cædem Domini de Adrichem, cujus passim in vita Alberti mentio, *Anno*, inquit, *Domini* 1367. *Dux Albertus ad perhennem ſui nominis memoriam fundavit collegium Canonicorum in capella Curiæ Hagenſis, ubi large præbendati ſunt* XIII. *Canonici, ut ibidem jugiter Deo ſervirent, & pro Domino Nardigenſi decollato ſanctis precibus Deum exora-*

Digitized by Google

exerarent. Eſt & templum clauſtrale ibi, vulgo *de Clooſter-kerck.* Prædicatorum olim, quibus *Prior* præerat, non *Abbas.* Extructum à Margareta Alberti Ducis conjuge, Adolphi Clivenſis filia. Quam & ibi ſepultam una cum marito Jo. à Leidis ait 31. *hiſt.* 27. *Hæc*, inquit, *proceſſu temporis fundavit monaſterium Prædicatorum in Haga Comitis, & ſepulta eſt in boreali parte ſummi altaris, in tumba mirifice elaborata:* Add. *ibid. cap.* 64. Obiit Margareta Ann. 1412. Idem 32. *hiſt.* 16. Henr. Thaborita 11. *Chron. cap.* 7. in eadem Capella ad chori partem Auſtralem, Dominorum olim de Borſſelen, fundata ab Anna de Boſſuyt, Domina de Yſelſteyn. Et hæc eſt fundatio: *Wy Broeder Willem Cloppier Prior, Broeder Helmoldus Breynwyck Leeſmeeſter, Broeder Willam Willemsſen Supprior, ende voort meer dat gemeen Convent der Predicker orden des Cloeſters in den Haghe bekennen ende lyen, dat wy Vrouwe* Anna *van* Boſſuyt *Vrouwe van Yſelſteyn gegonnet hebben, ende gonnen mit deſen onſen brieve voor haer, haren erven ende nacomelingen tot euwigen dagen die Capelle, diemen plach te heten Sanctuarie ofte Sacriſtye, ende nu verbarnt is, ſtaende aen de zuytzyde van den Chore aent Clooſter, ende die ſelve Capelle ſal die voorgenoemde Vrouwe laten tymmeren ende opmaken na hare ſelfs wille ende goetduncken, des ſal ſy hebben daer aen alſo veel erve van des Cloeſters wegen, daer ſy mach op doen, tymmeren een altaer van ſulcker mate ende groote, als haer duncken ſal dat mogelyck behoort te weſen, ende ſo ſal ſy die voorſz Capelle beſorgen van allen ornamenten, kelen, ende misboeck, ende al dat daer toe dient van des haer dunckt. Ende tot wat tyden die voorſz Vrouwe, haer teſtamentoers ofte erfgenamen eenige dienſten ofte erffeniſſen ſtichten ter eeren Gods ende harer ſielen laveniſſe, die voorſz miſſen ofte dienſten ſullen die voorſz broeders van den voorſz Clooſter doen, ende bedienen, ende niemant anders, ten ware dat ſy gebreecke daer an lieten geſchien, ſo ſal 't de voorſz Vrouwe ofte hare erfgenamen weder aenveerden, ende dat laten bedienen van een anderen Prieſter, die haer believen ſal. Ende voort wes miſſen die voorſz Vrouwe aldaer ſal doen laten boven haer ſelfs Capellaen, die ſullen die voergenoemde broeders voorſz van den voorſz Clooſter ook doen, alſo verre als ſy willich daer toe ſyn. Ende ook ſo ſal die voergenoemde Vrouwe, hoeren rechten erfgenamen ende nacomelingen die voorſz Capelle buyten des Cloeſters laſt ofte coſten houden in rake ende dake, ende daer van den Clooſter*

vry houden tot euwigen daghen. Ende waert ſake dat die voorſz Vrouwe gebrakt, ende hoere erven ende nacomelingen de voorſz Capelle niet en hielden in rake als voorſz ſtaet, ende bemluyden dat te wetene genoech gedaen wair, ende nochtans die lieten vervallen ende vergaen, ende daer niet toe en deden, ſo ſoude dan dat gemeen Clooſter mogen die voerſz Capelle laten reformeren op der voornoemden Vrouwen erfgenamen coſt, ende wouden ſy dat niet betalen, ſo ſoude dat ſelve Clooſter dan dat aenveerden, ende hoeren vorbaer mede doen, t'welcke wy hopen dat Godt verhoeden ſal. Beboudelike dan dat'er niemant in die voorſz Capelle uytganck oft inganck hebben en ſal, dan die voornoemde Vrouwe, hoeren erven ende nacomelingen alleene, ende die gheen, die ſy dat ſelve van vruntſchap van haren bloede gecomen vergunnen woude, mit ſulcken voorwaerden, als voorſz ſtaen. Voort ſo ſal die voerſz Vrouwe een doere mogen doen maken binnen die vryheit van den Clooſter, duerende hoer leven lanck, waer mede dat ſy in de voorſz Capelle mach gaen, ſonder in de kercke ofte choor te comen. Welcke Capelle voerſz een duere hebben ſal dienende uyt den Choor in de voorſz Capelle te gaen. Van welcke doere die voorſz Vrouwe den Prior altoos een ſloetel ſal doen hebben, oft enen anderen broeder in 't voerſz Clooſter, die haer gelieven ſal. Ende om dat wy Prior, Leeſmeeſter, Supprior, ende gemeen Convent des Clooſters voirſz dit aldus de voergenoemde Vrouwe gegonnen &c. hebben wy des t'oirconden des gemeen Convents ſegel aan deſen brief gehangen op den 8. dach in April, int jaer ons Heeren CIↃ. CCCC. XXXV.

De Papa olim dictum;

Nec Deus es, nec homo, ſed neuter es inter utrumque.

De Haga idem poteſt dici, ſi id veniat in controverſiam, utrum pagus an urbs. Nec pagus nec urbs eſt. Pagum tamen vocat Wilhelmus Comes V. in charta Ann. 1350. *Willem Hertoghe &c. maken condt &c. dat wi gegheven hebben ende geven Willem Iſaax ſoen dat ſcryfambacht in onſen Dorpe van den Haghe te gebruken ende te bewaren in allen manieren, alſe ſine Vorders voertyts gedaen hebben met allen recht ende vervalle, dat daer toebehoirt. Ende verbieden onſe Bailliu van den Haghe voerſz, dat hi Willem voorſz daer in ruſtelicken ſitten laet tot onſen wederſeggen. Datum tot Leyden des anderen daechs in Aprille Ann. L.* Sic vocat etiam Joannes Bavarus charta Ann. 1424. *Iohan &c.*

doen

Digitized by Google

doen cont allen luyden, want Helmich van Deirnick mit rechte endt mit vonniſſe ballingh onſer lande van Hollant geleyt is, ſo dat alle ſyn goede dairomme an ons gecomen, ende na den rechte van den lande ons toegeſeit ſyn, ſo iſt dat wy om rechter gunſten ende liefde, die wy dragen tot onſer liever moeder Vrouwen Eliſabeth van Corbits Hertoginne in Beyeren ende van Lutzenburch, Gravinne van Chyny gegeven hebben ende geven mits deſen brieve der ſelver onſer liever moeder alſulke huyſinge ende erve mit allen hoeren toebehoren, als Helmich voergenoemt ſtaende hadde in onſen dorpe van den Hage an die noertzyde van der Monicken plaatſe, ende belegen heeft an die weſtſyde onſe getrouwe Heere Henric van Waſſenaer &c. Gegheven opten XXVI. *dach van Febr. Ann.* XXIV. *ſecundum curſum Curiæ noſtræ.* Lucenſium municipium vocat Steph. Pighius in *Hercul. Prodic. p.* 145. *& ſeqq. Lucenſium* à luco famoſo olim in Batavis, & qui idem quod apud Tacitum *ſacrum nemus*, ut putat. Pars Hollandiæ Borealis, cujus olim etiam Delphi, ut idem Wilhelmus in charta ejuſdem Anni: *Willem Hertoghe &c. maken condt &c. dat wi bevolen hebben ende bevelen Herparen Alaerts ſone onſen boſch van den Haghe te bedriven ende te bewaren tot onſen oirbaer, ende ontbieden onſen Rentmeeſter van Noirtbollant, die nu is, oft in der tyt weſen ſal, dat hi Herparen voerſz daer in ruſteliken bliven late &c.* Singulare autem quod Haga exportari poſſint piſces ab ejus loci propolis abſque tallia, tributove. Datum id jam olim Wilhelmi Comitis charta Ann. 1339.

Willem Grave van Heynegouwen &c. maken condt allen luden, dat wi onſen Viſcopers uten Haghe, die viſch te coop voeren, gegeven hebben, tollen vry te varen mit hoeren ſcepen, ende mit hoeren viſcke, over al door onſe lant, ende ontbieden allen onſen tolnaren, dat ſi ſe ongemoeyet varen laten. Dit ſal gheduren tot onſen woderſeggen. Gegheven in die Haghe des Donresdaghes na Sente Niclais dach, in 't jaer XXXIX.

In aulam, in palatium, ſive interius, ſive exterius, in viros nobiles, in Advocatos, in Procuratores, & quoſcunque, qui Curiæ Provinciali ſunt dicto audientes, magiſtratui nullam jus; in cives tantum, in incolas, & qui manu quærunt victum. In aulæ ipſius territorio ſiquæ vendantur ædes, faciendæ eſt traditio non coram magiſtratu, ſed coram Curia Provinciali.

In area autem vacante ædificandi dat licentiam ſola Camera ratio-

Digitized by Google

rationum. Videatur de eo conſtitutio, & quid deciſum de eo ab Ordinibus in *Bell. jurid. p.* 178. *& ſeqq.*

FUNDATIO XI.

Monaſterii Canonicorum Regularium ARENÆ COMITIS

Ann. CIↃ. CCCC. XXXII.

FUit Arenæ Comitis cœnobium factum ex hoſpitali, ejus inſtar, quod erat Delfis, cujus etiam propago, Canonicorum Regularium. Fundatum anno CIↃ. CCCC. XXXII. Jacobæ Comitis permiſſu. Cui eo nomine oblatus libellus ſupplex, cujus tenor hujuſmodi.

DUCISSÆ JACOBÆ.

Hoochgeboren Mogende Furſtinne, ſonderling Genadige Vrouwe, U. L. Furſtelycke genade gelieve te weten, hoe datter goeden ende landen, die in voortyden van uwer G. ſalige ouderen, ende oock andere goede luyden den Gaſthuyſe binnen Graveſande totter armen luden behoef gegeven ſyn, overmits quaden regimente niet wel ter eeren Gods ofte totter armen luden nootdruft alſt behoort toegebracht en worden, 't welck allen goeden luyden ſeer mishaegt. Waeromme wy Schout, Scepenen, Raedt, ende gemeene Vroedtſcap der Stede van Graveſande uwe arme onderſaten geconſenteert hebben den Regulieren binnen Delft, alſo verre als ſy dat van uwer hooger Genade vercrygen mochten, dat ſy op alſulcke goeden ende landen alſe den Gaſthuyſe voernoemt toebehoeren ter eeren Gods een clooſter van hoere Oerden ſtichten mogen, by voorwaerden, dat ſy die beddingen ende herberginge totter armen behoef ſtaende ſullen houden in manieren als ſy 't vinden. Item dat ſy binnen den Ambacht van uwe Stede van Graveſande geen landt coepen noch huyren en ſullen buyten goetduncken van ons, Bidden wy hieromme ootmoedelycken ende verſoecken aen uwer welgeboren beſcheydene Genade, ende aen uwen hoogen Raed, ſo wy vlytelicxſte mogen, dat ghy den voerſz Regulieren dit goedertierlycken wilt conſenteren, ende ons hier inne gunſtich vallen, want wy anders niet en weten, dan datter uwer Stede ende onſer gemeenre Parochie ſalicheyt ende oorbaer grootelix in gelegen is, aengeſien dat d'voorſz Regulieren dat geerne weder verſchulden, ende wederomme ſullen, als wy verhoopen, met hare gebeden ende andere geeſtelicke goederen aen uwer Gen. ſaliger ouderen zielen ende oock aan uwer Gena-

Digitized by Google

Genaden verdienen, daer wy gantſelyck toe vertrouwen, ende weten dat uwer uyterſte meeninge in allen dingen anders niet en is, dan goede dingen ter eeren Gods, ende uwer onderſaten ſalicheyt voorwaerts te ſetten, ende datter verdwaelt is totten goeden regimente te brengen. In oirconde van deſen brief is onſer Steden ſegel hier binnen opgedruckt opten 4. dach in Auguſto in 't jaer ons Heeren M. CCCC. XXVII.

Ipſa autem petitioni poſtquam in rem inquiri à ſuis juſſit, ſubſcripſit, ſed ea lege, ut in miſſis, in precibus, ſtatis ſemper horis ſui parentumque fieret mentio apud Deum. Charta eſt Ann. 1432. cujus hoc eſt initium:

Iacob by der genaden Godts Hertoginne in Beyeren, Gravinne van Henegouwen, ende van Hollant, van Zeelant, van Ponthieu, Vrouwe van Vrieſlant &c.

Jam olim ibi Curia, & in Curia capella, cujus dotem Machteldis Florentii IV. uxor ſic, ut ſequitur, olim auxit: *Nos Machteldis Comitiſſa Hollandiæ notum eſſe cupimus omnibus præſentem literam viſuris, quod nos pro remedio animarum noſtræ & dilecti mariti noſtri piæ recordationis, Dni Florentii Comitis Hollandiæ & dilectorum filiorum noſtrorum videlicet Dni* Willelmi *claræ memoriæ Romanorum Regis, & ejus uxoris Dnæ* Eliſabeth *Reginæ, nec non Dni* Florentii *& omnium noſtrorum prædeceſſorum, & percari noſtri conſanguinei Dni* Florentii *Comitis Hollandiæ, ac dilectarum filiarum noſtrarum Dnæ* Aleydis *dictæ de Hannonia, ac Dnæ* Margaretæ *Comitiſſæ de Hennenbergh, & ipſorum liberorum contulimus in eleemoſynam totam terram, quæ vulgariter Gemeente nuncupatur, jacentem in officio de Monſtre juxta* Hekendunen, *præter tres morgas ad Capellaniam de Hekendunen in eleemoſynam collatas, aſſignantes ad ſupradictam terram* X. *libras Hollandicas in annuis redditibus ad Capellaniam Curiæ in s'Graveſande &c. ut in dicta Curia perpetuo divina celebrentur &c. Datum apud s'Graveſande Ann.* CIↃ. CC. LXVI. *in vigilia beati Mathei Apoſtoli & Evangeliſtæ.*

FUNDATIO XII.

Monaſterii CARMELITICI *Harlemenſis.*

FUndavit vir illuſtris Simon de Haerlem mutata in monaſterium propria ſua domo & Carmelitis conceſſa Ann. 1249. Dico *vir illuſtris.* Nam inter nobiles majorum gentium Flo-

Digitized by Google

rentii IV. temporibus eum etiam recenſet Henricus Thaborita *lib. 8. Chron. cap. 8.* elogio hoc adjecto. *Simon de Haerlem miles fundator monaſterii Carmelitarum.* Quod vetus & nobilis familia hæc olim conſtat, ſed plane id incertum, an ipſa urbi dederit nomen, an contra urbs ipſi. Chartæ Ann. 1203 qua tranſigitur de Dordraco inter Ducem & Comitem Brabantiæ & Hollandiæ, inter nobiles iſtius temporis ſubſcribunt etiam hi tres, *Simon*, *Ioannes*, & *Isbrandus de Haerlem.* Simonis rurſum meminit, ut & anni, quo obiit, idem Thaborita *lib. 5. cap. 16. Fratres de monte Carmeli receperunt anno Domini 1249. monaſterium ſuum in civitate Haerlemenſi per dotationem illuſtriſſimi militis Domini Simonis de Haerlem tradentis eis domum ſuam. Qui poſtea anno Domini 1280. obiit, & ſepultus fuit ibidem ante ſummum altare.* Hujus incola monaſterii ſcriptor etiam hiſtoriarum Joannes Gerbrandi à Leydis.

FUNDATIO XIII.

Caſtri de Heemskerck

Seculo XIII.

AD fines Kennemariæ extruxit caſtrum Wilhelmus Rex propugnaculum contra Friſios Ann. 1250. & virum nobilem præfecit Gerasdum de Heemskerck. Nomen caſtro hinc, nam extructum id in ejuſdem Dominio. Henric. Thaborita *lib. 8. Chron. cap. 14. Poſtea ædificavit caſtrum in Heemskerc contra inſultus Friſonum, in quo conſtituit Dominum Gerardum Caſtellanum, cui annuas tres libras dedit, ut tutaret Hollandiam contra Friſones, & vivos fortes in caſtro ſemper haberet paratos. Et conſtituit eum Balivum Kennemariæ, ut ſi neceſſe eſſet iſtos haberet adjutores contra Friſones.* Heemskerckiis extinctis ad Vianios devenit, & ab his ad Arenbergios, à quibus emit Præfectus olim equitum Belgii fœderati Daniel de Hartain, & venia Ordinum impetrata veteri mutato nomine impoſuit novum *Marquette.* Ratio mutationis, ſiquis noſſe eam cupiat, reſcripto Ordinum continetur, quod ſe habet, ut ſequitur:

De Ridderſchap &c. Doen te weten, allen den jegenwoordigen ende toekomende, Alſo Ioncker Daniel de Hartain Lieutenant Generael van de Cavallerye deſer Vereenichde Nederlanden ons vertoont heeft, dat

Digitized by Google

Henricus ejus nominis II. ordine tertius & vicesimus hujus monasterii Abbas sub *Guilhelmo* Episcopo, qui cum annos quatuordecim præfuisset, non sine laude Paderbornensis ecclesiæ eam *Theodorico* Archiepiscopo Colonienſi resignavit, & ejusdem *Theodorici* è sorore neptem duxit uxorem, nuptiis, teste *Bruschio*, in arce Arnspergensi præsente Archiepiscopo summa cum lætitia & celebritate peractis, & sub *Ruperto* & *Sigismundo* Imperatoribus vixit circiter annos Domini 1407. & 1417. uti liquet ex literis antiquis de decimis in Gameren, ut & aliis literis, quas reversales vocamus. Inter Comitem Schouwenburgensem nomine *Adolphum* & hunc Abbatem celebrata est transactio, & compositio amicabilis de bonis nostris & eorum reditibus, quæ sub ejusdem Comitis jurisdictione possidemus, hac ratione, ut quatuor annorum redditibus de prædictis bonis per Abbatem remissis, Comes præfatus pro se suisque heredibus, Præfectis suis eorumque successoribus, sæpe dicta bona & prædia nostra se strenue defensurum, nihilque detrimenti posthac in iisdem bonis vel eorum redditibus illaturum stipulatus sit. Hancque stipulationem suo sigillo antedictus *Adolphus* pro se suisque heredibus firmavit atque munivit. Actum die S. Gertrudis virginis anno 1416. Hujus rei sunt nobis literæ, quarum exemplar in *Transumpto* non habes.

Johannes hujus nominis III. Broichusen cognominatus, ordine quartus & vicesimus monasterii hujus Abbas, sub *Theodorico* II. Archiepiscopo Colonienſi, & administratore Paderbornensi, & *Sigismundo*, *Alberto* II. & *Frederico* III. Imperatoribus circa annos Domini 1418. & 1454. quemadmodum ex literis diversis, & reversalibus quoque, ut vocant, constat. Monasterii gubernacula tenente Ioanne ingens fuit tempestas, in qua summum Paderbornense templum de cœlo tactum legitur circiter annum Domini 1424. Huic Abbati à secretis fuit D. *Ravenus*, vel *Raveno*, de *Nypern* sacra Imperiali authoritate Notarius, dehinc primus Neoclesianæ ecclesiæ Pastor designatus, attestantibus id ipsum instrumentis, ut vocant, à me repertis. Huic mortali vitæ exemptus est hic Abbas VI. Nonas Martii anno 1454. Sepultus in templo ante altare S. Crucis. Celebrasse hunc solenni ritu infeudationis diem anno 1420. legi.

Digitized by Google

legi. Sub hoc Abbate prior facta transactio inter nos & conventum in *Redichem* anno 1430. de Curia nostra dicta *Overhoiff* & quorundam bonorum censu annuo.

Henricus hujus nominis III. cognominatus Wrede ordine XXV. hujus cœnobii Abbas sub *Theodorico* & *Simone* tertio Episcopis, & *Frederico* III. Imperatore circa annos Domini 1454. & 1469. ut ex variis diplomatis licebit colligere. Ann. 1414. celebravit infeudationis ritus. Inter Ducem Gelriæ *Arnoldum* & hunc Abbatem postrema transactio de jure mancipi hominum & bonorum nostrorum est facta anno Domini 1457. Habuit hic germanum nomine *Hermannum Wrede*, à quo quatuor jugera à prædictis non procul diffita anno 1416. ad usum hospitalis emit. Quæ postea redempta sunt per heredes. Erant enim redimibilia, quorum nobis literæ adhuc sunt integræ. Decem fratres ex aliis monasteriis ad hunc evocavit locum, sed morte præventus reformationem non vidit. Vitam cum morte commutavit v. Cal. Decembr. anno post natum Christum 1470. Insigne hujus fuit caput porcinum cum prominenti dente.

De Abbatibus, qui monasterio præfuere, postquam esset ad statuta Unionis Bursfeldensis reformatum.

Cum autem hæc unio anno post natum Christum CIↃ. CCCC. XXXV. primum inventa à Reverendo Domino, Dn. *Ioanne Rhodo* Abbate Trevirensi, quem ex Priore Carthusiano extra Trevirim sitæ Carthusiæ authoritate summi Pontificis monasterii etiam extra muros Trevirenses, D. *Matthiæ* Apostolo sacri Abbatem constituit Reverendissimus *Otto* Archiepiscopus Trevirensis ob singularem ejus conditionem cum suspicienda quadam sanctimonia junctam. Erat enim S. Theologiæ Baccalaureus & Canonum Licentiatus doctissimus *Heydelbergæ* creatus, ut diversi attestantur historiographi.

Henricus hujus nominis IV. ordine XXVI. primus vero hujus monasterii Abbas, qui reformationem ex Unione Bursfeldensi suscepit, quæ facta est anno Domini 1477. die Jovis post Dominicam *Exaudi* per Reverendissimum Dominum Simonem ejus nominis tertium Episcopum Paderbornensem, ordine trigesimum quintum, Comitem Lippiensem natum. Anno eodem feria quarta post natalem Divi Andreæ Apostoli fuit hic huic

Digitized by Google

Abbati juridica dies infeudandi vasallos suos. Caruit sub Simone tertio, & Hermanno cognomento Pacifico Lantgravio *Hassiæ* Episcopis Paderbornensibus, & Friderico III. & Maximiliano Imperatoribus. Natus est hic Abbas *Peynis*, quod castellum quoddam est Episcopatus Hildesemensis, deinde ubi Musarum castra reliquisset, in Bursfeldensi monasterio divi Benedicti institutum professus est. Dehinc ex monacho Bursfeldensi in Abbatem Northemensis monasterii eligitur. Postremo in hujus cœnobii nostri *Abdinckhoff* Præsulem postulatur anno salutis 1470 Præfuit maxima reluces sanctitate annis uno & viginti. Ex vita præsenti in æternam commigravit anno Christianorum 1491. die ultima mensis Maji. Huic à posteris positum est sequens epitaphium auctore P. Priore Martino Gysen.

Henrici ossa manent Abbatis clara sepulchro hoc,
Ædibus hic lapsam primus qui relligionem
Restituit decus in priscum, frenare petulcæ
Illecebras carnis, mundum contemnere, vitam
Quærere perpetuam, exemplo verbisque monebat.
Peynis eum membris, flocco Bursfeldia, Northeim
Induit Abbate, Abdinckhoff Pastoris honore.
Illinc translatum donaverat atque sepulchro.
Anno post Christum milleno cent quater uno
Et decies nono, postremo lumine Maji
Pro æterna vitam mutavit luce caducam.

Aliud

Huc est translatus venerabilis, ac tumulatus,
Abbas Henricus humilis satis atque pudicus,
In cunctis patiens, mansuetus, terrea spernens
Implebat factis, quicquid sermone decebat,
Quem Peynis genuit, monachum Bursfeldia fecit,
Abbatem Abdinckhoff tenuit, Northeymque creavit.
Funeris ipse sui tempus prædixit & horam.
Iunius è mundo tulit hunc, pridieque Calendas
Anno milleno quingenteno absque noveno

Io-

Digitized by Google

Johannes hujus nominis IV. ordine XXVII. à reformatione ultima secundus, suffragio sui antecessoris per viam inspirationis ex Priore & Pastore, ut relatu Seniorum hausi, in Abbatem anno Christi 1491. electus est. Ex literis, quas legi, constat fuisse anno Domini 1488. hunc Joannem hospitalarium. Natus est *Ioannes* in civitate Susatensi, fuitque homo admodum pius, valde simplex, rectus, ac timens Deum, exemploque Christi prius opere de hinc sermone docuit. Celebravit infeudationis diem anno 1492. Ædificia Abbatiæ, hypocausti, & aulæ superioris feliciter restauravit. Insuper ultra XX. florens aureos Rhenanos usuræ nomine in annuos reditus Gytzingenses & Mindenses expendit. Ad clavum monasterii sedente Dn. Joanne maxima civitatis Paderbornensis pars denuo in cineres redacta est, anno Domini 1506. Laudabiliter & digne præfuit non sine maxima sanctimoniæ opinione monasterio huic annis plus minus quadraginta quinque sub *Hermanno*, *Erico*, *Hermanno* II. Episcopis Paderbornensibus, atque *Frederico* III. *Maximiliano*, & *Carolo* V. Imperatoribus. Habuit Priores P. *Martinum Gysen*, magistrum artium liberalium doctissimum, & P. *Ioannem* Trevirensem, in religionis zelo ferventissimum. In bona pace quievit anno post Christum natum 1536. pridie Dominicæ Palmarum, hoc est, VI. Idus Aprilis. Sepultus apud suum Antecessorem in sacello D. Jacobi siniſtræ chori parti contiguo, ubi angelicæ tubæ clangorem moratur.

Theodoricus hujus nominis III. & post ultimam reformationem tertius, ordine vero XXXIII. communi omnium fratrum suffragio ex Pastore ecclesiæ in Putten in Pastorem & Abbatem ecclesiæ *Abdinckhoffensis* eligitur, 5. Idus Aprilis anno Domini 1535. Illud autem in electionis negotio dignum notatu existimavi, quod electione licet celebrata, prædicto die ante S. Pascha nihilominus ad comparendum post Pascha electionis celebrandæ ergo evocati sunt citationis mandato minori Conventus sigillo, quod *Secretum* vocamus, munito tres, *Georgius Kempis*, *Arnoldus Venlo* cellarius, & *Theodoricus* Pastor, tunc temporis in Gelriæ Ducatu vitam agentes. In evocationis autem mandato, quod etiamnum supereſt in *Putten*, hæc erat inserta clausula, ut si non omnibus tribus fratribus prædictus integrum esset monasterium repetere electionis causa, saltem frater Theodoricus cum cellario fratre *Arnoldo Venlo*

ſeſe ad monaſterium conferrent. Itaque poſt Paſcha citationi & voluntati Prioris volentes facere ſatis profecti ſunt hi ambo ad monaſterium; quo dum veniſſent electionem futuram rati factam invenerunt in fratrem *Theodoricum* prædictum. Natus fuit hic *Theodoricus* in civitate *Ruremunda*, quæ præter id, quod Moſa præterfluente gaudet, etiam caput eſt Orientalis quadrantis Ducatus Gelriæ. Fuit homo ſyncerus, doctus, & occultæ lectionis, atque ingenii optimi. Habuit quoque verbi divini ebuccinandi admirandam ſupra humanum captum gratiam. Monaſterii habenas regente Dn. *Theodorico* eſt inter eum ſuumque Conventum atque monialium in Nueaſtrum poſterior celebrata tranſactio de Curia noſtra ſita prope ædem ſacram ibidem & prædiorum aliquot annuo cenſu. Actum anno 1540. Monaſterio præfuit ſub *Hermanno* Epiſcopo Paderbornenſi, & Carolo V. Imperatore invictiſſimo annis quinque, menſibus quatuor, diebus plus minus ſex, uſus Priore prælibato P. *Joanne* Trevirenſi. XIX. Kalendarum Septembris, hoc eſt XIV. die menſis Auguſti anno Chriſtianorum 1541. Humanis exemptus eſt non ſine maxima veneni ſuſpicione, crumenas, arculas, & promptuariola omnia nummis vacua relinquens.

Arnoldus Abbas ab ultima reformatione quartus ordine vero XXIX. & cellario in *Putten* unanimiter conſentientibus & acclamantibus fratribus in hujus monaſterii Abbatem deſignatus eſt XVI. die menſis Auguſti anno 1541. Cui electioni præter morem ob certas cauſas interfuit Dominus *Conradus* ter *Mollen*. Natus eſt hic *Arnoldus* in oppido Ducatus Gelriæ omnium munitiſſimo & ſæpius quidem oppugnato, ſed nunquam expugnato, Venlone, atque primum in nobili obſidione Mediolani militem egit, ubi juramento ſeſe obſtingens monaſticam religionem, modo ſanus & incolumis evaſerit, ſe ingreſſurum pollicitus eſt. Huic igitur verbo volens facere ſatis divi Benedicti inſtitutum in *Abdinckhoff* profeſſus eſt. Poſtquam vero ibi breve annorum ſpatium exegiſſet, in Ceſſarium Curiæ Abbatialis in *Putten* ordinatus eſt. Quam provinciam ſtrenue æque ac feliciter annos duos & viginti adminiſtravit. Interea vero, dum huic ſtrenue incumberet, ſumma cum diligentia ultra XXX. florenos aureos Rhenenſes uſuræ nomine in annuos reditus expendit. Dehinc ſuprema paſtorali cura ſuſcepta diſciplinam nonnihil collapſam probe reſtauravit. Hic ſplendidum ædificium à ſupremitate

mitate cellarum usque ad summa tecti fastigia dormitorium erexit & struxit anno 1553. Quo anno pestis atrociter *Paderborna* grassata aliquot millia hominum è medio tulit. Ante hoc tempus templo novo tectum ornarat. Abbas hic multo disciplinæ zelo fervebat. Convivia secularium in civitate Paderbornensi non secus atque toxicum vitare solitus est, nec sæpius quam semel aut ad summum bis in vita sua apud Reverendissimos & Amplissimos Dominos ea frequentavit. Quod si à suis successoribus observaretur, esset profecto è re disciplinæ. In summa vir fuit consilii, & omnium rerum experientia clarissimus, & decus sive ornamentum seu lumen non solum nostri monasterii, sed etiam totius ordinis, ita ut huic parem in externarum maxime gubernatione rerum neque habuisse monasterium legerim, & habiturum vix ausim dicere, quamvis Deus potens sit ex lapidibus suscitare filios Abrahæ. Decrepitus jam & multo senio confectus, corporisque vires paralysi exhauriente, sponte propria Abbatiale officium in manus conventus resignavit die 26. Januar. anno Domini 1557. Quo resignato in Curiam nostram *Gosekensem* secedens ibi reliquum vitæ annua pensione sibi reservata absolvit. Supervixit autem adhuc post abdicationem magistratus annis duobus ac mensibus totidem pacificos in bona senectute transigens dies. Priores habuit inprimis P. *Ioannem* Trevirensem, quo mortuo anno 1542. P. *Gerardum* Colonienſem, qui cum in Abbatem monasterii Marienmonasterienſis anno 1548. esset postulatus, habuit successorem in Prioratus officio Fr. *Ioannem Venlo*, cui post biennium ad Cellarii officium in Putten administrandum destinato successit Pater *Iasperus Alen*, quem cum Abbas restaurandi dormitorii causa destituisset, Fr. *Godefridus Berchloch* substituitur. Absoluta autem ædificii mole, rursum Godefrido destituto, restituitur *Casperus Alen.* Tandem anno 1559. pridie divi Benedicti, hoc est, 20. die Martii in Goseke, ubi ad se ante biduum Paderborna evocasset suum successorem Patrem *Iohannem Venlo*, Patrem *Casperum Alen*, Fratrem *Ioannem Vissen* Cellarium, fratre *Ioanne Meschede* suo sacellano adjuncto, cupiens domui suæ disponere 300. thaleros pro annua pensione ad quatuor maldra tritici emenda, atque pauperibus & peregrinis in suo anniversario mortis die distribuenda ordinavit. Dehinc prandio facto mensaque remota surgens, volensque

volenſque lectum, qui erat ad manum, repetere, in pedes concidit, atque in manus prædictorum fratrum & confratrum ſuorum ad exemplum divi patris noſtri Benedicti ſupremum fudit ſpiritum, crumenas minime flaccidis relinquens. Sedit ad clavum hujus Abbatiæ annos quindecim, menſes quinque, dies decem, ſub *Carolo* v. & *Ferdinando* primo, germanis fratribus & Imperatoribus, atque *Hermanno* & *Remberto* Epiſcopis Paderbornenſibus.

Epicedion hujus nunquam ſatis laudandi Abbatis deſcripſit ſequentibus verſibus Fr. Jacobus Latimerus Batymænus.

Præſulis Arnoldi *laudes reticere quis æquum*
Ducat? ut emeritus non celebretur honor.
Id quoque quis faciat, niſi digni divite cordis
Præditus imperio præcipuiſque bonis?
Quæ licet heu nobis abſunt, nec juſta facultas
Suppetit, experiar qualiacunque tamen.
Ille quidem Venlone ſatus, muriſque receptus,
Eſſe brevis cupio, Gelrica terra, tuis.
Artibus imbuitur claris, adeoque pudicis
Moribus, in vitium nequa figura latet.
His decor accedit procerum, non infima quorum
Laus erat, à veterum ſtirpe petita patrum.
Iamque Ducem juvenis per tela ſecutus & boſtes
Militiæ capitur relligione novæ.
Illecebras carnis fugiens mundique ruinas,
Mœnia fortuito Tuderiana ſubit
Relligioſa inibi eſt ſedes. Abbation illi
Nomen, in hac pugilis fortius urget opus.
Quam patiens, humilis, caſtus, ſyncerus, & acris
Ingenii fuerit, quis memorare queat?
Fratribus acceptus, ſuperis devotus, avitæ
Deditus & Sophiæ, juſtitiæque tenax.

Iamque

Iamque in Prælati ſacros evectus honores
Muneris admiſit tale coactus opus
Nec tamen hinc animos humiles moreſque probatos
Exuit, alter iter carpſit, & alter idem.
Omnibus affatu facilis, magis aptus amari
Quam metui; talem condecet eſſe Patrem.
Nec connivebat fratrum in congrege ſuorum,
Omne recens ſubita ſuſtulit ulcus ope
Et quia non ſatis eſt in ſpiritualibus unus,
Cura neceſſe Patrum bina ſit, eſſe ſuus.
Annua reddituum ſub fœnore penſa decenti
Auxit ita, ut ſimilem vix habuiſſe putem.
Tandem confectus ſenio, & reſolutus ab omni
Pondere ſecretis gaudet ovatque locis.
A Chriſto nato jam plurima fluxerat ætas
Preſſerat æſtates torrida mille canis
Iamque bis & ter centum hyemes tum durus Orion
Adſtringit ſævo tum fera bruma gelu.
Area trituram jam quinquageſima vidit,
Nona ſtruebatur, Martius arva colit.
Texerat ejuſdem radiis vigeſimus orbem
Phœbus, & humanis eximit hora Patrem.
Fit dolor & gemitus fratrum mortalia ſaxo
Membra tegunt hominis, cætera Chriſtus habet.

Amen.

Johannes hujus nominis & poſt ultimam reformationem v. ordine xxx. ſtatim poſt factam per ſuum anteceſſorem reſignationem communi Conventus ſuffragio ex Cellario in Putten in Abbatem declaratur die Januarii 27. anno 1557. Natus fuit hic ex nobili quadam villa prope Venlo, & quondam, ut ſupra memini, ſub ſuo anteceſſore Priorem egit. Fuit autem doctrinæ Catholicæ & Romanæ eccleſiæ tenaciſſimus, dogma-

Digitized by Google

tum quoque peregrinorum oppugnator acerrimus, nec non rerum externarum gerendarum experientia conspicuus, pusilloque relicto & invento pusillum adhuc addidit, & conservavit. Multis ædificiis monasterium ornavit, inter quæ sunt posterior domus nostra Daventriæ, item ædes illæ splendore & magnificentia insignes inter monasterium & equile, item domus monasterii turribus juncta, in Goseke quoque horreum egregium, atque magnificæ illæ ædes, quibus morte heu nimis immatura, & nimis improvisa, præventus colophonem addere non potuit. In *Putten* quoque comparavit nonnullos agros hereditario jure. Similiter molendinum novum ibi struxit, & vetustius molendinum 1000. Philippæis comparavit anno Domini 1563. Priorem habuit patrem *Iasperum Alen.* Quo defuncto anno 1568. substituitur anno sequenti Fr. *Matthias* Daventriensis. Tandem in expeditione ædificii posterioris in *Goseke*, tegularum emendarum disponendarumque ergo, in Saltkotten est profectus, ibique circiter meridiem à Senatu in domo Senatoria invitatus curru descendit, mensæque assidens, & poculo necdum ori admoto de improviso exclamat, *Oue*, *Oue*, *Iesus*, *Iesus*, simulatque animam heu nimis inopinate, & præter omnem spem, ac cum summo omnium, qui aderant, mœrore Deo reddidit, die 18. Junii anno 1569. Dehinc sequenti die solenni pompa nobilium & Senatorum equitantium ex oppido *Saltkotten* deductum est cadaver ad monasterium. Demum XX. Junii mensis terræ mandatur apud suos prædecessores, ubi mortuorum resurrectionem expectat. Lapidi sub quo cubat incisum est hoc distichon:

Hoc subter saxum Ioannes Venlo quiescit,
Hujus & Antistes lausque decusque chori.

Præfuit monasterio non sine laude annis duodecim, mensibus quatuor, diebus duobus, sub Ferdinando primo & Maximiliano secundo Imperatoribus, atque Remberto & Joanne Episcopis Paderbornensibus. Reliquit mortuus in præsenti pecunia CXX. florenos Rhenenses. Vacat tum sedes Abbatialis propter antiquum morem mensem unum dies duos. Hujus Abbatis mortem deflevit sequenti carmine Jacobus Latimerus

Quo-

Digitized by Google

Quomodo te digne venerer, dignissime Præsul,
Et Pater ingenuis tot decorate bonis?
Quomodo te digne venerer? quo carmine tali
Gratificer recolens præmia tanta Patri?
Vere Joannes, *nam plurima corporis omnem*
Imbuit effigiem gratia, candor, honos.
Quid simulacra tamen miror? quid corporis istum
Pulchrum habitum? forma candidiore nitet,
Dotibus innumeris præfulget, & obruta virtus
Interior, sicut deforis, inde micat.
Non itaque immerito luges Abbatem illum
Ablatum, similis nemo secundus erit.
Forsitan inde trahis nomen, quod forte patronos
Consequeris tales, gloria tanta tua est.
Nam ceu præfati successor Præsulis ignes
Imbibit egregius compatriota pares.
Qualibus ille Prior gradibus præcessit, eisdem
Iste decens habuit rite secutus iter.
Denique stricturis positis compluribus, auxit
Et bona reddituum fœnore multa pio.
Virgo Deum ut peperit mundoque enixa salutem
Reddidit, elapsus plurimus annis erat.
Mille & quingentas sexagenaria messes
Ante feges dederat flore novena nitet.
Iunius octavum decimum confecerat æstum
Et pater heu? subito funere mersus obit.
Corpus commendant terræ, conscendit in altum
Spiritus: hoc equidem credo pieque precor.
Amen.

Ioannes hujus nominis & ab ultima reformatione sextus ordine vero XXXI. mortuo Domino *Ioanni* successit non sine singulari Dei omnipotentis providentia in Abbatem electus XIX.

Julii, anno 69. ſub *Maximiliano* II. Imperatore & *Ioanne* ab *Hoya* Epiſcopo Paderbornenſi, qui & ſua glorioſa præſentia conſecrationem hujus Abbatis in choro, & facto prandio, gratiiſque Deo actis in aula Abbatiali, extemporali, ſed Latino & terſo ſermone, coram Senatu tam eccleſiaſtico quam civili oppidi Paderbornenſis habito cohoneſtare & illuſtrare non eſt dedignatus. Natus eſt hic in Maſchede, quod non eſt ignobile diœceſeos Colonienſis caſtellum, atque jam baptizato ei nomen eſt inditum Joannes. Verum cum Benedictinum habitum profeſſurus aſſumeret, conſilio P. Prioris *Iaſperi Alen*, atque authoritate *Conradi* † ther *Niellen* Reverendiſſimi Epiſcopi Paderbornenſis Domini *Remberti* in ſpiritualibus Vicarii, eo quod quinque vel plures fortaſſis numero eſſent fratres conventuales, qui Joannis nomine vocitarentur, nomen in baptiſmo datum in ſcribenda & pronuncianda ſcedula profeſſionis tum manu, tum ore mutavit, atque ſeſe Hieronymum appellavit. Unde factum eſt, ut poſtquam ad Abbatialis dignitatis faſtigium conſcendiſſet binominem ſeſe ſcribi in diplomatis fecerit, præpoſito profeſſionis nomini baptiſmi nomine. Hujus Abbatis laude, quia adhuc ſupereſt, & veſcitur aura, volens & de induſtria reticeo, ne adulationis notari poſſim, ſecutus nimirum Poetæ conſilium dicentis:

† An ut ſupra *ther Mollen*?

dicique beatus
Ante obitum nemo ſupremaque funera debet.

Dominus Jeſus eum ſuo ſpiritu illuſtret, ut multos ad annos feliciter & bene non ſolum præſit, ſed etiam proſit. Qui hoc mecum cupit, dicat *Amen*. Quod inceperat ſuus anteceſſor in comparandis veſtibus ſacerdotalibus hic Abbas conſummavit: tantum enim viridis holoſerici Francofurti in nundinis coëmit, quantum parandis pallio ſacro, cappam choralem vulgo vocant, item caſulæ, & duabus miniſtrorum altaris tunicis ſufficeret. Anno 1573. in quadrageſima ſuperiora aulæ majoris atque cellariæ tecta vorax flamma ad ipſa mœnia uſque conſumpſit, quæ continuo priſtino decori non ſine magnis expenſis reſtituit hic noſter Abbas Qua de re ſequentes extant verſus:

Hæc

Digitized by Google

Hæc domus illa fere flammis abſumpta reſurgens
Reſtituit decori cultior ora ſitum.
Heu quantus ſumptus parvo parſiſſe faceſſit,
Quantus & à modico conflagrat igne rogus.
At Deus omnipotens, ſine quo vigilantia pollet
Nulla, vetet ſimili poſtea ſorte premi.

Hic longa tabe maceratus corporiſque ſui pulmone & hepate male primo affectis, de hinc penitus abſumptis tandem in vera pœnitentia & Dei Patris atque Filii ſui unigeniti Servatoris noſtri Jeſu Chriſti agnitione, confeſſione, & invocatione, præſentibus fratribus in ſinu Cellarii ſui fratris *Caſpari Venionii* quieſcens citra omnem dolorem & abſque ullo tormento quaſi dormitans extremum exalavit ſpiritum die XII. Decembris circa horam veſpertinam octavam anno Domini 1578. poſtquam imperaſſet annis novem, menſibus quatuor, ſeptimanis tribus, ſub Imperatoribus *Maximiliano* & *Rudolpho* ſecundis, & Epiſcopis Paderbornenſibus Joanne ab Hoya, Salentino Comite Iſenburgico, & *Henrico* Duce Saxoniæ. Sepelitur Decembr. die XIV. conjunctim apud ſuos anteceſſores, ubi ultimæ tubæ clangorem moratur.

De hujus vita & geſtis, cum lippis & tonſoribus plus quam nota ſint, non ** licet plura ſcribere. Unum hoc adjecero, quod in epiſtola librorum legendorum in ſchola Salentiniana *Paderbornæ* elencho præfixa M. *Hermanus* à *Kerſenbroïck* hujuſmodi de eo fecit teſtimonium! *Eſt & Abbatia ordinis S. Benedicti vetuſtiſſima, magnam & amœniſſimam urbis Paderbornenſis partem occupans, cui vir doctus, humanus, & à ſordida avaritia & illiberalitate prorſus alienus, & in pauperes ſtudioſos maxime munificus Ioannes Hieronymus Abbas venerandus præeſt. Hic virorum religioſorum cœtum diurnis nocturniſque in Dei laudem hymnis vocantem prudenter exemplo ſuo gubernat.* Hactenus ille. Vacat tum ſedes Abbatialis ſeptimanis tribus, diebus quinque.

** Non Libet.

Bruno Fabricius licet humili loco natus, & quaſi abortivus, cui ante electionem ſui prædeceſſoris ultro per Conventum oblata fuit Abbatia, qua potuiſſet, ſi non renuiſſet, frui, Ja-

Digitized by Google

nuarii VIII. anno 79. communi omnium suffragio proclamatur Abbas ordine XXXII. à fundatione, post reformationem postremam septimus. Pronunciatus vero statim reclamavit, uti latius videre licet in *Protocollo* seu Nota renunciationis, & cessionis suæ, manu Notarii exarata, quam de verbo ad verbum placuit hic inserere.

Anno Dominicæ incarnationis CIↃ. IↃ. LXXIX. indictione VII. Pontificatus Gregorii XIII. anno VII. die vero Jovis, octava mensis Januarii, hora circiter decima antemeridiana, coram venerabilibus ac religiosis viris & Patribus Dnis *Gerlaco* in *Liesborn*, Georgio in Marienmunster ordinis S. Benedicti cœnobiorum Abbatibus, nec non Dnis Priore totoque Conventu monasterii *Abdinckhoffensis* infra mœnia civitatis Paderbornensis situati, ac mei Notarii & infra scriptorum testium præsentia personaliter constitutus, venerabilis, religiosus, ac doctus Dn. *Bruno Fabritius* Dalenus, Cellarius in *Putten* supra Veluam Ducatus Gelriæ, tanquam in præordinato & destinato hoc electionis die votis majoribus, & ceu sanioribus, tandemque omnium & singulorum consensu unanimi electus & designatus Abbas, intelligens ac audiens sese sic, uti præmissum est, electum & publice proclamatum propter Jesu, sicuti inquit, amorem, ne in hujusmodi electionis actu nisi audito eo primitus duobus tantum verbis procederetur, instantissime & efflagitatu supplici supra nominatos Dominos Prælatos suosque Priorem & confratres hortabatur, eoque licet difficillime obtento, iisdem non absque summa, ut apparuit, animi commotione, effusis etiam lacrymis, & quasi gemebundus, his vel in effectu similibus verbis ore proprio locutus est: *Reverendi & Amplissimi Patres, Domini Abbates & visitatores, & in Christo valde dilectissimi Fratres: Quum certo certius constet ex Ceremoniis nostris dist. I. cap. I. in voluntate electi esse situm, utrum velit aut nolit electioni in se factæ consentire & adstipulari, atque cum ego multis modis me inidoneum & prorsus inhabilem ad hanc arduam provinciam capessendam, cum propter continuos imbecillis corporis mei varioſque & incurabiles morbos, tum alia obstacula, re ipsa sciam & comperiam, ideo electioni huic in meam personam factæ, de qua tamen gratias immortales vobis ago, minime consentio, quin potius eidem coram his Notario & testibus renuntio in Dei nomine cedens quam libentissime digniori, magisque idoneæ personæ, ardentissimis votis*

Digitized by Google

votis offragitum, ut continuo procedatur ad novam electionem. Quo siquidem contradictione, renuntiatione, cessione, & petitione sic factis me Notarium infra scriptum debita instantia requisivit, ** me hujusmodi allegatam renunciationem, præmissaque omnia, debita forma & bona fide in notam sumerem, sibique desuper necessitate urgente, vel utilitate suadente, unum vel plura publicum seu publica ederem & conficerem instrumentum seu instrumenta in meliori forma. Acta sunt hæc in loco Capitulari solito, ac ipso electionis tractatu durante sub anno Domini, die, mense, hora, & Pontificatu supra expressis, præsentibus ibidem honestis, & discretis *Joanne Benken* cive Paderbornensi, & *Iohanne Schenkebrinck* testibus specialiter vocatis. Ad instar simplicis notæ sive Protocolli *Martinus Bostchem* Notarius requisitus in fidem scripsit, & subscripsit, electionis tamen decreto ipso in sua firmitate manente, deque latiore, quatenus opus, extensione protestandi. ** Ut.

Hac facta renuntiatione multis precibus sollicitarunt cum Reverendi Patres jam dicti Visitatores tum fratres Conventuales apud electum pro suo consensu, quem cum paulo diutius differret, mensisque spatium deliberandi juxta ceremonias peteret, illique acrius instarent, tandem eorem precibus victus non sine magno corporis sui tremore assensum præbuit. Deinde sequenti mox die, hoc est IX. Januarii in castro *Boka* à Reverendissimo & illustrissimo Dn. *Henrico* Archiepiscopo Bremensi administratore ecclesiarum Osnaburgensis & Paderbornensis, Saxoniæ Angrivariæque & Westphaliæ Duce, sollenniter est confirmatus, dirigente negotium prædicto Reverendo in *Marienmunster* Abbate. Mox sequenti die, scil. 10. Januar. possessio totius monasterii per Patres Visitatores totumque Conventum illi tradita est. Feceruntque omnes fratres electo jam & confirmato eodem die manualem professionem resignatis clavibus, ut moris est. Deinde eodem anno Trajecti ad Divum Paulum 19. mensis Martii à Reverendissimo primo Harlemensi Episcopo Dn. *Martino de nova terra* SS. Theologiæ Professore eximio adsistentibus illi Reverendis Patribus D. *Gerhardo* à *Myrlar* S. Pauli Trajectensis, & Dn. *Petro* à *Wyeck* Conventus D. Laurentii in *Ostebroick* prope Trajectum siti respective Abbatibus manus benedictionis seu consecrationis solenni ritu suscepit. Hoc actu celebrato repleta est illico *Vallonia* trucibus equite

Digitized by Google

equite & milite, ita ut minime tutum fuerit noviter electo Gelriæ Ducatum relinquere. Quare permansit ibi septimanas integras octo quasi captivus, dum interea longo & maximo desiderio teneretur revertendi ad monasterium. Nam nihil aut certe parum emolumenti ibidem acquirere potuit, cum interim multa tam in spiritualibus quam in temporalibus in monasterio præstare potuisset. Reversus tandem cœpit collapsam propemodum disciplinam monasticam pro viribus restaurare, quod nec hactenus illi male per Dei gratiam omnipotentis successit. Faxit idem ut primis media, ac ultima principiis respondeant, Amen. Hic est, qui hunc Abbatum elenchum colligendum & scribendum suscepit. Posteri ipsius laborem, si placet, continuent.

Hæc de se ipse *Bruno* Abbas nunquam satis digne celebrandus in chartula quadam ex tempore lusit, ac memoriæ tradidit.

Finitum à me Ann. 1605. ipso die S. Thomæ Apostoli.

SIBRANDI

Digitized by Google

SIBRANDI LEONIS FRISII

VITÆ ET RES GESTÆ ABBATUM IN LIDLUM

AB ÆDE CONDITA

Usque ad Annum

CIↃ. IↃ. LXXV.

Digitized by Google

Digitized by Google

SIBRANDI LEONIS FRISII

VITÆ ET RES GESTÆ

ABBATUM IN LIDLUM

Ab æde condita usque ad ANN.

CIↃ. IↃ. LXXV.

PIo, *docto, prudentissimo viro* D. JOANNI GEELMUDEN
Abbati Lidlumensi
SIBRANDUS LEO S. P.

Plinius historiarum omnium ceu thesaurus ab omnibus doctis literarumque cultoribus præter modum suspiciendus *lib. hist.* VII. *cap.* 56. Cadmum Thebanorum principem primum historiarum inventorem refert. Quam id insipide & insulse sit dictum, Abbas plurimum dilecte, à viro omnium seculorum literis cultissimo, in præsentiarum non refert describere, quum ipsam historiarum omnium veram originem ipsa sacra referant Biblia, illustrissimi Israelitarum ducis Moseos opera, dictante nobis Spiritu Sancto prodita, atque in eum usum tradita, ut iis velut abundantissima penu quisque in quavis vitæ ratione omnigenam referat fructuum copiam. Homo nempe Dei facile obliviscens, Satana omnem divinitatis memoriam mortalibus adimente, ut in protoplasto liquido constat, & omnium ætatum literis & monumentis editis comprobari facile potest. Unde & vitas Patriarcharum & patrum in hoc nobis relictas credimus, ut eorum fidem, obedientiam, & humilitatem imitantes, regiam viam, qua itur ad patriam cœlestem, incedamus. Assiduæ namque historiarum, sacræ inprimis, lectiones homines ad vitam utramque informant, Politicam & Christianam. Hæ igitur præ ceteris honore dignæ sunt literæ sacræ, quia ils non tantum Politicus, sed & Christianus creatur homo. Abrahami justitiam, Noe pudicitiam, Moseos fortitudinem, Josuæ

Digitized by Google

audaciam, Salomonis prudentiam, ethnicorum Principum gloriam, descriptis virtutibus ex ipsis Chronicorum scriptoribus clarissimis quilibet conferre potest, qui Livium, Suetonium, Eutropium, Tacitum, Plinium, & Ciceronem legerit. Nam & hi suos habent Abrahamos, Noen, Mosen, Josue, & Salomonem. Quis unquam Octaviano Cæsare, Justiniano Imperatore, majore claruit justitia? Quis Alexandrum superat invicta fortitudine? Salomonem in condendis legibus prudentia? Ciceronem in dandis consiliis sapientia oratoria? Quid Lucretia magis pudicum? Julii Cæsaris constantia magis constans & immotum? Quibus collatis prudens lector perspicue videbit ethnicorum chronographiam sacris facile æquiparari posse historiis. In hoc sacra præstant, quod ipsa veram virtutis lucem, fidem & pietatem, æternæ salutis spem certam lectori conferunt. Quod præfati omnes in unum conflatis doctrinis & institutis efficere nequeunt. Politicum formare possunt, Christianum non item. Jubentur igitur Christiani ex præcepto divino Patriarcharum & Prophetarum lustrare vitas, & ut Terentianus ille Syrus monet, inspicere tanquam in speculum vitas omnium, atque ex aliis sumere exemplum sibi. Hoc enim vere præstant Patrum scripta, ut nos de horum imitandis vestigiis arduis cogitemus, quæ si nobis velut speculum præ oculis non forent præfixæ, rerumque præcedentium notitia carendum esset, belluinam plane vitam ageremus, qui in diem viventes nec quod ante pedes est vident, nec de præcedentibus meminere. Hinc omnium seculorum tam anxia declinatio, quas posteritati commendantes, lapidibus, æri, & metallo, laminis ferreis insculpsere. Quid quod ipsus sol, luna, stellæ, dies, nox, terra, aer, & quicquid homo videt, historiam quandam referunt, ut horum ministerio homo velut speculo invitatus naturæ mutationem, temporis naturam, & salutiferam agnoscat præsentiam. Unde & sacræ literæ Assuerum historiarum lectione delectatum anteactarum rerum notitiam ad Mardochei Judæorumque omnium salutem ex ipsis Medorum archivis hausisse referunt. Unde liquido constat, Abbas præstantissime, salutarem, utilem, & præter modum necessariam homini literarum esse scientiam, quas tu pro viribus studiose prosequeris, plus præstaturus; ni & difficiles motus, & rerum omnium summa turbatio mentem distraherent tuam.

Attamen

Digitized by Google

Attamen Mæcenatem integrum & beneficum te literarum amatoribus præbere nunquam desinis. Hac nostra extemporaria opella tuis votis satisfaciens nostrorum Abbatum vitas pias & Christianas nostro stylo exaravimus, ut & tua Dominatio haberet, quos velut præcedentia luminaria sequeretur. Hi nempe fuere, qui Lidlumense monasterium ingenti fervore, zelo, studio, & industria huc usque promoverunt, ut posteritati de religione, & super substantiali necessitate prospicerent, quorum virtutes æmulatus haud posteriores cum illis in regno cœlesti partes consequeris. Habes in Hoiteto veræ religionis exemplar, in Ethelocho constantiæ, in Tetardo tolerantiæ exemplar absolutissimum, in Keppelio virtutum omnium vestigia, quem & nomine refers, & ut pietate & restauratione facias, obnixe precor & obtestor. Has nostras nostra Minerva crassa, rudi & insipida lucubrationes tuæ Dominationi dedicatas benigno & grato animo excipias oro. Vale Abbas plurimum dilecte cum omnibus nostris. Dat. Menaldum IV. Non. Octobr. anno redempti orbis 1578. Tuus per omnia tibi obsequentissimus Sibrandus Leo Pastor in Menaldum.

Vixit in Frisia Occidentali inter utrumque pagum *Tjedmarum* & *Osterbirum*, loco Oceano Germanico admodum propinquo † Lidlom, *Sibo* vir divitiis abundans & cœlebs, hic omni fervore motus, spiritu ipsum urgente posthabitis seculi divitiis se suaque omnia Deo Opt. Max. dedicare statuit, ex æde propria ecclesiam erigens. Quum extruendo monasterio viribus impar videretur suæ sententiæ virum assequitur *Tziallingium Donya* de *Bonneterp* ex *Winsum*. Hi simul eodem zelo accensi structo cœnobiolo ordinem eo tempore celebriorem illique propinquum Canonicorum Regularium affectant. Qui atra veste induti monasticen moderatæ auctoritatis irreformati profitebantur. *Sibo D. Gerbrandum* in *Ludingakerck* accedens sui tutelam impetrat, dato illi primo Præposito D. Lamberto, sui collegii fratre monasticam vitam auspicantur. Interea temporis monastica Horti D. Virginis ordinis Præmonstratensis in Frisia orientali *Ostergoa* à Domino *Frederico* viro piissimo inchoata ab *Entete* successore summa prudentia promovetur. Hic religionis rigorem, vitamque duram ac strenuam juxta ordinis statuta cum suis omnibus

† Prope Franekeram. Gabbem. *descript. Leovard.* p. 348.

Digitized by Google

profequens multorum animos ad ipſius imitandum exemplar commovit, ut de *Renico*, *Vibrando*, & *Goſelicho* viris bellicoſiſſimis in vita *Frederici* præfati ſumus. Horum exemplum *Sibo* æmulatus, ſui comitis *Tzallingii* conſilio fretus vitam Canonicorum Regularium modo inſtitutam laxiorem eſſe conſpiciens arctam magis & rigidam expetit. Ordinis igitur Præmonſtratenſis primulum incœpti inſtituto delectatus venerabilem D. *Entonem* Horti D. Virginis Abbatem accedit & ſalutat, animi ſui explicata ſententia rejecto Canonicorum de *Ludingakerck* inſtituto & patrocinio, vitæ candidioris normam flagitat. *Ento* omnibus modis religionis Præmonſtratenſis profectum ampliare ſtudens, facile obſequitur, illum cum ſuis in communem ſocietatem recipit, exuta veſte pulla candidam induit habita cum ſuis deliberatione primum illi Ielmarum Abbatem deſignat. Prima igitur veteris vallis fundatio in annum incidit incarnationis Dominicæ CIↃ. Ↄ. XXXII.

IELMARUS I. *Abbas*

In Lidlom.

Ielmarus Entonis Abbatis mandatu *Lidlom* cum *Sibodo* properans magno ſtudio & labore monaſterii ædes neceſſarias ſtruit, religionem Præmonſtratenſem ordinat, ex utroque ſexu ingentem ad ſe confluentem turbam recipit, multos vitæ probitate ab inani ſeculi pompa avertens ſumpta veſte candida ordinis ſplendorem imitari docet *Frederici* exemplum ſectatus, nequid turbæ, infamiæ, aut ſiniſtræ ſuſpicionis in ſacro ſuo oriretur collegio, novum monaſterium ædificare ſtatuit longius à ſuo diſſitum, *Ulbodi* viri pii, & *Simkæ* mulieris divitis & nobilis adjutus præſidio, Anno 1286. in *Batum* eccleſiam erigit, quam ab erecto colle montem S. *Michaelis* dici voluit. Piis igitur intentus operibus, deficientibus viribus, moleſtiarum ſatur, vitam tranquillam, & ab omni turbarum ſtrepitu ſemotam Præfecturæ ſuæ præferens, necdum Abbas conſecratus anno officii decimo ad veterem nidum rediit Ann. dominicæ incarnationis 1132.

TZAL-

Digitized by Google

TZALLINGUS *Abbas* II.

Lidlomenſes accerſito D. *Joanne* patre Abbate communi ſuffragio ex ſuis electum D. *Tzallingum* magni judicii virum nobili familia *Juvinga* procreatum *Jelgero* ſubſtituunt. Hic proſuis viribus à patre Abbate confirmatus, at nunquam conſecratus, ſumptuum forſan magnitudinem veritus, monaſterii incrementa quantum potuit, auxit, ſenio morboque confectus anno ab incœpto munere VII. vocato patre Abbate Dn. *Syardo*, collectis in æde Capitulari omnibus, abſolutionem impetrat. Paulo poſt moriens in ipſa valle ſepelitur anno redempti orbis 1199.

MEINSO III. *Abbas.*

D. *Tzallingo* præfectura ſoluto accedente auctoritate D. *Syardi* patris Abbatis, invocata Spiritus S. gratia communi voto D. *Meinſonem* monaſterii Horti D. Virginis Canonicum eligunt, virum induſtrium, reique adminiſtrandæ ideneum. Hic *Jelmari* veſtigia ſecutus anno dignitatis ſexto, nec ipſe conſecratus, reſignato munere ad Hortum D. Virginis rediit Salutis CIↃ. CC. quarto.

SYARDUS IV. *Abbas.*

Venerabilis Dn. *Syardus* Abbas Horti Mariæ, Dn. *Meinſone* abſoluto, de novo Abbate ſubſtituendo ſollicitus, *Lidlum* profectus novam electionem ineundam proponit. Implorata numinis cœleſtis gratia uno ore proprio ſodalitio D. *Syardum* Abbatem nominant. Hic à Dno Syardo confirmatus omnium Abbatum primus Trajectum petiit, ac baculo paſtorali inſignitus poſtmodum rediit. Erat *Syardus* genere nobilis in *Deinum* familia Sierſma natus. Ab ineunte ætate pietati literiſque deditus accepto ſacerdotio eccleſiæ *Sexbieromanæ* paſtor conſtituitur. Ordinis Præmonſtratenſis ſanctitate motus *Lidlomenſe* monaſterium ingreditur, exuto habitu ſeculari candidam reſumit, Ordini inſitus profecit plurimum. Abbas deſignatus maris inundantis inevitabili damno frequenter affligitur; unde & monaſterium littori proximum alio transferre medi-

meditatur. Ac nimio gravatus senio, & quod factum operosum & difficile fore prospiceret, distulit. Secessum cogitans vocato patre Abbate D Sybrando instantibus votis anno Præfecturæ XXVIII, exauctoratur, Abiens *Tallem* in pago *Spanemensi* pro vitæ sustentatione obtinet. Hic sibi & Deo vacans moritur. Hujus cadaver aeris intemperie impeditum *Bajum* sepelitur anno 1232.

SIBODUS *Abbas* V.

Cedente officio D. Syardo *Sibrandus* Abbas horti Mariæ electioni novæ suum addens judicium communi voto *Sibodus Deimta* Abbas designatur, à patre Abbate confirmatur. Trajectum profectus ab Episcopo consecratur. Rediens statim de monasterio transferendo communicato cum suis consilio meditatur, calce, lignis, lapidibusque comparatis, antecessoris sui diu desideratum opus aggreditur, neque id temere. Mare proximum frequentius semet fervendo elevans ipsos aggeres disjectos transcendebat suoque turbine totam terram salsedine corrumpebat, unde & pecorum ingens jactura, & aquæ recentis summa penuria. Difficultatem insuper ipsi pariunt *Sibodi* fundatoris cognati. Ajunt ex legitima *Sibodi* donatione cœnobium nec transferri, nec loco debere moveri. Attamen horum spernens obtrectationes, suorum fretus consilio, locum accedens præordinatum, eminentem, longius à mari disjunctum, ipso translationis S. Martini die frumenta ematura falce demetit, reliqui summo ardore locatis fundamentis ædes erigunt, tanta celeritate, abundante Conversorum numero, ut ante natalem D. Virginis imposito tecto arundineo summum culmen adeptæ sint. Hæc illa ad occidentem erecta domus, quæ à cubilibus fratrum *Conversorum* dormitorium fuit nuncupatum. Firmatis his ædibus accito Venerabili patre Abbate Dn. *Sibrando* primum in ea sacrum ipso die nativitatis Mariæ celebrat. Verum tamen integram fratrum migrationem ad Pascha proximum differt. Appetente vere opus inchoatum incrustatis calce parietibus positum reddit, cubilia præparat, altare summum in eo erigit, cæteraque rei divinæ necessaria adornat. Finito deinde quadragesimali ipso S. Sabbato Paschæ summo mane post actas Deo gratias, communi gressu, præcedente lumine

&

Digitized by Google

& cruce cereis, ſublatis quoque Sanctorum reliquiis, novum ingrediuntur monaſterium anno à fundatione primæ vallis LII. redempti orbis CIↃ. CC. XXXIV. *Gregorii* IX. Pontificis anno VIII. *Sibodus* nec his contentus animum invictæ fortitudinis majoribus, erecta fornace ad lateres coquendos, ad calcem comparandam, adjic[illegible]ædificiis. Templi fundamenta ponens anno poſt novam migrationem VIII. in ipſo feſto D. Auguſtini illud ætate graveſcente viribus deſtitutus ſucceſſori explendum reliquit. Morbo correptus diem claudit extremum dignitatis anno XIX. Salutis CIↃ. CC. LII.

U L B O D U S *Abbas* VI.

Vitæ ſpatio à Domino venerabili *Sibodo* tranſcurſo pater Abbas Dn. *Iclgerus* de *Iclgera-buys* electioni præſidens *Ulpium Ulbodum* collectis ſuffragiis Abbatem electum confirmat. Hic in pago *Kenſaert* religionis amore captus *Lidlum* ingreditur ordinis rigorem ſummo ſtudio ſectatus ad futuram dignitatem feneſtram aperuit. Abbas conſecratus inchoato operi ſummo ardore inſtitit, Converſorum fratrum præſidio adjuvatur. Cœnobium ædificiorum neceſſariorum numero utcunque ornatum ab Epiſcopo Trajectenſi conſecrari, & ab eodem Epiſcopo poſtmodum primo ſacro decorari curat. Laboribus feſſus religionis mutationem cogitans Præfectura ſeſe abdicat. Recedens Cherubicorum ſequens inſtitutum Dominicanus efficitur, anno adminiſtrati officii quarto, ſalutis 1256. Cœnobium virginum in *Bajum* hujus tempore completum eſt.

H O I T O VII. *Abbas*

Lidlumenſes ſuo orbati Paſtore patris Abbatis *Ielgeri* adventum integro menſe expectant. Hic aliquo profectus magna aeris inclementia præpeditus longiorem moram trahere compellitur. Rediens cœnobitarum vallis Divæ Virginis votis ſatisfaciens electioni interfuit. Divina favente gratia magno animorum conſenſu Dn. Hoytetus Abbas electus à patre Abbate confirmatur. Hic ab ineunte ætate religioni deditus reliquos ſuos domeſticos admonitionibus hortari, ut idem præſtarent non deſtitit. Fuit *Hoito Vinſemius* erecta & longa ſtatura,

Digitized by Google

ra, sic ut reliquis palma eminentior fieret, venusta facie. barba [illegible], ingenio acuto & recto. At [illegible] dignitate sua prius in mente habens, quam [illegible] opus rursum aggredi. Lapide deficiente conjectis [illegible] in [illegible] territorio coctos lateres colore flavo [illegible] per [illegible] adduci, ex mari adjectis conchis calcem propriis sumptibus efficit. Ligna *Hamburgo* advecta magno comparat, incepto operi graviter intentus, conversos, sacerdotes, laicos, quorum ingens erat numerus, cooperarios adhibet. Rotae adminiculo usus lateres ingenti labore in sublime erigi praecepit. Unoque ambitu totum templum ingentes parietes uno impetu ad summam altitudinem multo annorum spatio erigunt, labore admodum duro & difficili, sic ut nunquam etiam brumali tempore sit cessatum, ipsis Canonicis mutuo in opere succedentibus, sic ut aerarium monasticum prorsus exhauriretur. Unde magna Abbatis, oeconomi, caeterorumque fratrum ob tenues proventus solicitudo. *Hoito* Dei fiducia fultus erectam mentem retinet, qua firmiter perseverans erectis ad summitatem parietibus, trabibus praeparatis, factaque contignatione ex arundine tectum imponit. Quo facto Abbas omni sollicitudine exoneratus, cum reliquis fratribus, gaudens, ipso die nativitatis S. Joannis Baptistae patroni primum sacrum in honorem Dei, Virginis, e S. Joannis Baptistae celebrat. Templi structura absoluta ulterius progrediens Canonicorum dormitorium cocto lapide ad summum fastigium erigit, sic ut monasterium trium aedium insigni constaret ornatu. Ecclesiam inopem pedo Pastorali, libris, cantui ecclesiastico aptis, pastorali argenteo, addita ex serico cappa splendida ditat. Pavimentum chori & sanctuarii lapillo cocto, variis coloribus resperso & distincto sternit. *Veteris Vallis* ecclesiam temporis injuria collapsam ex integro restaurat. Anno Domini 1268. *Edmundus* Episcopi Trajectensis Vicarius crucem pro recuperanda terra sancta in Frisia praedicans precibus Hoitonis Abbatis ecclesiam novam Deo omnipotenti, Divae Virgini, Joanni Baptistae, ac S. Mariae Magdalenae dedicat, postridie ad utrumque latus duo altaria nova, triduo exinde posterioris S. aedis partis altaria omnia consecrat. Hinc antiquam vallem à novo restauratam divae *Ursulae* cum sodalibus dedicat. Die quarta finito sacro XVII. novitios primis ordinibus initiatos honestat. Horum

Lu-

Ludulphus veterum historiarum collector unus extitit. Dato exinde salario honorifico dimittitur. Annuæ dedicationi tantus hominum confluxus toto quadriennio interfuit, ut Abbas postmodum clausis portis, represso campanarum sonitu, velut silentio coactus sit celebrare festum. In pago *Marsum*, villa *Franium* quoddam virginum ordinis D. Benedicti extitit monasterium. Hæ suo Priore D. *Juvone* Pastore ecclesiæ in *Marsum* destitutæ, cujus auctoritate, sanoque judicio omnis administratio cœnobialis in tuto erat, paululum degenerare cœperunt, sic ut de religione ceteriſque proventibus actum fuisset, ni mature ipsis foret consultum. Dn. *Hoyetum* virum doctum & pium adeunt, omnium suorum curam & tutelam ipsi deferunt. Hoyetus habito cum senioribus consilio de virginibus ceteriſque recipiendis cum prædiis, & supellectile, totaque possessione & agris monasterii, prospiciens ex maris alluvione magnam quandoque novorum accessuram agrorum copiam proximi alvei sensim recedente æstu, *Marsum* inter atque *Leovardiam* excrescentem, precibus illarum annuit. Anno igitur Domini 1270. virgines numero XL. in *Lidlum* & *Bajum* recipiuntur, relictis iis quorum opera agri & pascua exerceri possent. Hujus modo vix ullum superest vestigium. Sacelli nuda fundamenta cum aliquot mortuorum craniis conspeximus Ann. 1575. Claruerunt hoc tempore doctrina præstantes viri D. *Aesgo* de *Boschum*, *Syardus* novitiorum præceptor doctus, cujus industria viri instituti sunt doctrina insignes, D. Tetardus ecclesiæ *Vinsumanæ* Pastor & Archidiaconus hereditarius. Hic ordinis disciplina delectatus ad monasterium omnia confert, & monasticem profitetur. *Vibrandus* Menoldumensi Prioratu insignis, *Ieldardus* monoculus arduus religionis sectator. Sacri hujus collegii doctorumque virorum præstantia permoti multi suas ecclesias cum omni jurisdictione ecclesiastica Lidlumensi conferunt monasterio. Ecclesia S. *Nicolai* insulæ *Schellingana* per ædiles proprios Lidlumensibus pleno jure confertur. Ecclesia S. *Gertrudis* in *Luthavenum* idem præstat. Ecclesia in *Asterze* id ipsum præstat. *Hoyetus* indefatigabili labore, studio, & industria ad extremum vitæ diem utrique monasterio de reficiendis ædibus insistens in *Bajum* moto tecto arundineo lapideum imposuit. Sub vesperam quiescentibus sub arbore fratribus & colloquentibus superveniens inquit: *Ite cubitum, ego gallus vester vos* exci-

excitabo rursum. Quod minime successit, ut sunt mortalium caduca omnia. Nam eadem nocte acuta febre correptus nono die moritur. Cujus lecto astantes virgines & fratres omnes edidere planctum. Lectis postridie precibus funereis cadaver in *Lidlum* delatum ipso die S. *Lamberti* ad valvas sacrarii ipsum humarunt, Præfecturæ anno 18. Salutis 1275. Vir omnibus modis laudabilis, cujus labore & industria præ cæteris suo opere *Lidlumense* profecit monasterium, ut solus fundator & author *Lidlumensis* monasterii merito diceretur.

SUFFRIDUS VIII. *Abbas.*

Jam Abbas *Horti* Divæ Virginis *Theodericus Schelings* Capitulum adierat generale, monastici Lidlumenses ipsius reditum præstolantur. Octo hebdomadibus præteritis D. *Menconem* Floridi Horti Abbatem adjunctum comitem una adducit. Locum futuræ electioni designatum ingrediuntur, invocata Spiritus Sancti gratia communi electione D. *Suffridum* Abbatem designant. A patre Abbate confirmatus Trajectum petit, ubi Abbatis inaugurationem consequitur. In *Ruwert* natus familia *Kuendze* ab ipsis unguiculis verum religionis amorem in pectore gessit, quo præter modum inflammatus sumpta familia omni monasterium ingreditur, ordinis obedientiæ semet subjiciens in eo consenuit, sicut duplici honore dignus, & canicie veneranda & Abbatis decoratur insigniis. Summam annonæ caritatem suis beneficentiæ donis, elemosynis, & pauperum respectu pensavit. Ægritudines & morbos fratrum lethales sua manu medica plurimum fovit. His ornatus virtutibus impiorum hominum fratrumque suorum invidiam præter modum sustinere cogitur, quos & vitæ innocentia & mente recti conscia facile superavit. Ædificiorum structuræ intentus in monte S. Michaelis ad Orientalem plagam domum majorem templo contiguam honestæ fœminæ *Idæ* Priorissæ opera adjutus ad summum culmen perduxit. Ecclesia in *Sandwyck* Hollandicæ ditionis nostræ ecclesiæ Lidlumensi confertur. Claruit his temporibus *Ieldardus* quindecim annorum Prior. Abbas diutino morbo victus diem ipsi sentiens imminere extremum ad ipsum Canonicorum voluit deferri dormitorium, qui paulo post complicatis manibus animam Deo commendans mori-

Digitized by Google

moritur fui officii anno VIII. Anno Domini 1283. pridie D. Gertrudis virginis Dn. *Sibodo* ſepeliendus jungitur.

ULPIUS IX. *Abbas.*

Abbas *Valto* de obitu pii patris *Suffridi* certior factus *Lidlum* veniens ipſo die S. Gertrudis rei funereæ præeſt. Quibus ex more peractis, accerſitis omnibus, ædem ingrediuntur Capitularem. Habita oratione funebri ad novam electionem ineundam ſedulo hortatur. Collatis ex more ſuffragiis ſumma animorum concordia Dn. *Ulbodus Vinſemius Hoyteti* defuncti frater Abbas declaratur, ſtatura corporis fratri ſimilis. Cœnobii ædificiis decorandi cura ſollicitus meridionalem domum, *Converſorum* refectorium, à fundamentis ſubſtructo inſigni hypogæo erexit, ambitum monaſterii quadrangularem reddidit, calices duos argenteos magni pretii, quorum alterum Lidlumenſi, in *Bajum* alterum dono dedit, fieri procuravit. Anno virginei partus LXXXVII. poſt milleſimum ducenteſimum poſtridie divæ Barbaræ ſub noctis medium accidit memorabile illud & triſte fatum ex diluvio maris præter modum ſævientis. Ventorum vi collectio aquarum aggeres quaſſatos ingenti copia uno impetu inundans totam Friſiam operit. Ingens hinc pecorum jactura, hominum pereuntium infinitus numerus, ſic ut in maritimis vix cladis nuncius ſuperfuerit. Miſerandum ſpectaculum hominibus opem implorantibus in ipſis aquarum vorticibus præſidio eſſe non poſſe. Tantus enim aquarum furor & potentia extitit, ut & caſtra humiliter erecta avulſa ſint & disjecta, ut & lapidei muri disjecti. Deſiderantur ex Lidlumenſibus XLII. qui partim in veteri valle partim in *Coldekolt* interierunt. Eandem maris rabiem experiuntur, quotquot Oceano fuere proximi à Dania Zelandiam uſque. *Ulbodus* his malis præter modum afflictus, & de ruſticorum cum noſtris interitu de Dei miſericordia non deſperans damnum illatum divinitus ſua prudentia ſarcire ſtuduit. Erat illi ex collecta pecunia in omnem eventum proſpectum. *Joſephum* Ægyptiorum œconomum ſectatus annonæ tempore ex proprio penu ſuo in uſum monaſterii profert, reliquos ut idem faciant ſedulo hortatur, quod dum fit, facile inopiæ neceſſitatique ob annonæ defectum ſubventum eſt. Tranſcurſo poſt diluvium novem annorum ſpatio

Digitized by Google

[illegible] *[illegible] Valtum* [illegible] in [illegible] S. Joannis Baptistae [illegible]. Qua concessa Tabum [illegible] eodem anno [illegible], [illegible] XIII. [illegible] [illegible], [illegible]. [illegible] Cadaver *Lidlum* [illegible] [illegible].

X. IDS HERMANA *Abbas*.

Anno post diluvium tertio Abbatis Praemonstratensis mandato per Visitatores Frisiae utriusque orientalis & occidentalis, Emdanae Groningaeque dictionis omnia tam virorum quam feminarum lustrata sunt collegia, recensitique de superstitibus utriusque sexus hominibus, quod fama ubilibet gentium foret dispersa totam submersam esse Frisiam. Unde liquido constat superemineatem fuisse hanc maris inundationem, Visitatores constituti Dn. Abbas in *Florido Horto*, & Praepositus in *Schildwolda*, ab ipso patre *Horti* Divae Virginis sumpserunt exordium. In monasterio ipsius comperti cccc. coenobitae, in *Lidlum* sexcenti. In vinea Domini fuere dispersi ob inediam. In *Dockum* cccc. in *Marna* cc. Quadraginta in *Florido Horto*, in *Wittewerum* mille, in *Porta* Frisiae orientalis quadraginta, in *Langermonka* centum, in *Schilwolda* centum sexaginta, in ecclesia montis *Oliveti Feen* circiter viginti, in *Scona* monte viginti, in *Sepulchro S. Mariae Duvencloester* centum septuaginta, in *Heiligerlee* centum & octuaginta, in *Apelscha der Apel* septuaginta. Illud monasterium auctoritate Praepositi in *Schilwolda* anno Domini CIↃ. CCCC. † de non certo pretio transfertur Cruciferis in *Scarmer*, aliquando *Domus Lucis* dictum. In *vera charitate* LVI. in *Alant ripa Marnae* XC. in *Pallamarum* centum nonaginta. Illud monasterium à rapido fluvio Dollart consumptum modo non extat. Agri caeteraque Abbati fundatori in *Wittewerum* cedunt. *Valto* † pater Abbas recedente *Ulpio* substituendi Abbatis sollicitudine ductus fratribus simul collectis de novo Abbate eligendo annisus sententiam explicat. Electores omnes unanimi voce *Idzonem Hermana* declaratum Abbatem repraesentant. Hic evestigio à (1) patre Abbate admissus ab Episcopo Tra-

(1) *Pater* dicitur *Abbas*, qui ex vicinis Abbatibus novi Abbatis electioni assistit, eam suo consilio moderatur, confirmat, dirigit.

Bis

Digitized by Google

Trajectenſi conſecratur. Suis quoque conſanguineis, ut una quoque cum ipſo monaſticem profiterentur, defuncto parente utroque, author fuit. Ab ipſa conſecratione magno pretio conductis archifabris murariis totum templum teſtudine ex lapide ſecto obduci curavit, nova quoque pictura arte *Laurentii* converſi incruſtari præcepit. Tabulam inſuper *Laurentii* arte ſculptam & inauratam ſummæ aræ imponit. Varias ædes in uſum rei monaſticæ, piſtrinum, molam, hoſpitum cameras magnis ſumptibus ædificat. In pago *Tzum Tzumgum*, quoddam cœnobiolum *Medum* dictum ordinis D. Mariæ Magdalenæ ex diluvio prædicto ad ſummam inopiam redactum ſuis diutius non potuit vivere reditibus, agris fructum ob maris imbibitam ſalſedinem negantibus, pecore omni deleto, campis & paſcuis gramine calvis. Opere igitur manuario quæſtum facientibus ſorores negotiis implicabantur ſecularibus, quibus diſtractæ ordinis rigorem prorſus amiſerunt. Submiſſus a Trajectenſi Præſule *Fridericus has* collectas ad mentis ſanitatem ordiniſque religionem amplectendam reduxit. Hic Præmonſtratenſis ordinis candore delectatus ſuorum uſus conſilio *Ulpium*, & poſt ipſum *Idzonem* accedit, ſuorum omnium curam & tutelam cum reliquis monaſterii bonis in ſe recipiant impetrat. Anno igitur CIↃ. CC. LXXXIX. totum collegium quinquaginta trium cœnobitarum partim *Bajum* partim *Lidlum* transferuntur, immobilia ab utraque parte æqua lance incorporantur. Hujus Abbatis tempore claruere viri pietate inſignes *Docko Tziaerda*, ex Bajum *Eckna*, *Docko Scheltinga* de *Minderskerck*, *Ludulphus* Prior ex *Aenjum* pago oriundus. Ex hujus ſtemmate fundatores extitere monaſterii Canonicorum Regularium in *Aenjum*. Anno CIↃ. CC. LVI. auctoritate *Vibrandi* eccleſiæ in *Aenjum* Paſtoris, ſummis viribus opem ferente *D. Sibodo* de *Epinga*, hujuſque *Tzummene* & *Sibrando* fratribus, eorum quoque cognata *Ebel Scheltinga* monaſterium prædictum memoratur fundatum & erectum. Hic ille *Ludulphus*, qui tempore Hoiteti cum reliquis Acolythi gradu eſt initiatus. *Idzo* morbo con-

Bis idem alioquin dicit qui ita dicit. Nam & *Abbas* idem quod *Pater*, ut hic in *pr.* Fortunat. 3 *Carm.* 10. ad Paternum Abbatem:

Nominis officium jure Paterne geris.

Vid. *inf.* in *Tetardo in fin.*

Digitized by Google

conſumptus domino anno prædicto XI. Cal. Octobr. vitam morte commutat. Ante aram D. Auguſtini *Heytes* junctus ſepelitur anno virginei partus CIↃ. ** CCCC. IX.

** Leg. CCC.

XI. PIBO SIBRANDA.

Idzone defuncto adeſt è veſtigio pater Abbas Orti Divæ Virginis *Sibrandus* ejus nominis II. vir cordatus, magnæque authoritatis. Hic curato funere de electione novi Abbatis verba facit. Poſt brevem conſultationem nominatur mox *Pibo* de *Sibranda*, electum Abbas deducit ad chorum primaria in ſede, illumque confirmans diſcedit. *Pibo* † Trajecto rediens Abbas conſecratus virtuti plurimum ſtuduit, cui haud minus quam religioni ab ipſa tenera ætate addictus fuit. Abbas electus virtutem innatam bonis actibus magis explicat, ſic ut viri tam honeſti & pii fama ubilibet locorum divulgata magnam ſui æſtimationem reliquerit. Unde frequenter in arduis Comitiorum negotiis, condendo jure Friſico, tranſactionibus, jurium terminis ſuum interpoſuerit judicium. Accidit quandoque *Friſiam* exterorum incurſionibus miſere turbari, quas turbas & bella ipſo mediatore frequenter ſopita eſſe certis ea de re literis confectis monſtrari poteſt. Suorum quoque in utroque cœnobio curam ingentem ſuſtinuit, ordinis integritas & candor ut ſervaretur, nec ædificiorum curam rejecit. Spectabilis Abbatis ædes, *Camenada*, præ cæteris celſitudine conſpicuas valido opere ſtructas propriis adjuvit reditibus, ut vel hinc elicere quilibet poſſit Abbatibus quondam ex agris propriam aſſignatam fuiſſe penſionem. Vita feliciter acta ſummo omnium dolore, anno ſuæ præeminentiæ XV. incarnationis verbi CIↃ. CCC. XXVIII. fato conceſſit.

† Pavit Vrilo in ſpiritualibus Epiſcopo Trajectenſi. An & quando in temporalibus vide Anonymum quem edidi Ann. 1690. p. 85.

XII. EELCO LIAUCKAMA.

Pibone viro ſpectabili defuncto pater Abbas *Poptetus* electioni præſidens *Eelconem* virum ſpectatum electum confirmat. Hic nobili *Lianckamana* familia ortus ab ipſis unguiculis virtutis ſeminaria imbibit, quibus proficiens ſacerdotio decoratur. Paulo poſt eccleſiæ in *Tuitgum Berlkum* paſtor electus ſummæ exemplar probitatis extitit, præcipuam Paſtorum aulam *Camenadam* cum hypo-

Digitized by Google

hypogæo à fundamentis erexit. Abbas designatus sacris die noctoque tempore brumali nudis accedens pedibus interfuit, inedia corpus macerans diabolo candente ferro occurrenti fidei constantia restitit. Ornamenta ecclesiastica auro distincta ecclesiæ dedit. Bellum necessarium adversus viros nobiles & strenuos ab *Eckna* sustinens utriusque monasterii nomine magnos sumptus facit, plus quam centum LXXX. stipendiarios sustinens, exceptis proprii ordinis conversis fratribus armatis, magnum dispendium patitur. Ædificiis nihilominus intentus Abbatis domum in monte S. *Michaelis* ingenti labore ædificat & complet. Ecclesias *Tutgum*, *Sexbirum*, & *Spannum* monasticæ ditioni *Lidlumensi* inserit. In admonitionibus summa utebatur dulcedine verborum, in correptione pro temporis ratione aliquanto durior extitit. Nam sensim religionis labascente fervore, diabolo omnia in deterius promovente, multorum coactus est carpere improbitatem. Quibus decoratus virtutibus Deo per omnia placuit, impiis vero displicuit, magnamque sibi conflavit invidiam. Quæ indies augescens in pessimam, nefarium, & putidum prorupit hulcus, unde maturo tempore pus & sanies fetidi procedit homicidii. Moris fuit omnibus per Frisiam totam monasticis, præcipuas agrorum suorum possessiones, grangias, & allodia, fratrum conversorum & laicorum colere laboribus, unde & *Munckhuysen* dicta sunt. His quicquid ex lactariis, pecore, & frumento præter necessariam supererat sustentationem, id optima fide & obedientia suo deferebant monasterio. Hinc magnus in monasteriis cœnobitarum alitur numerus. Quorum possessiones longius fuere à monasteriis dissitæ majorem libertatis occasionem nacti passim degenerant, sic ut crebris indigerent patrum admonitionibus. Quanto igitur longius à conspectu cœnobii abierant eo magis aberrarunt. Abbas *Ethelocus* reliquorum patrum exemplar imitatus frequentius illos invisit, & suo more gnaviter quicquid offendit corripit. Erant monasterio *Lidlumensi* ex applicatione cœnobii in *Frasnjum* duæ præ ceteris in *Boxum* possessiones insigniores, nomen uni *Munckhuys*, alteri *ter Porte*, cui a porta tamen extitit *Sceltinganorum* ex hereditate *Feitsma* & *Oedsma*. Harum monachi dulci fortuna ebrii, ob vitæ turpitudinem ex fœminarum raptu, violentia, injuria, & ebrietate contractam delati Abbatem valde commovent. Ad instantem Paschæ festivitatem, ipsa quadragesima, triduo ante festivita-

tem [illegible] Divæ Virginis, ex professione, præter Sacel- lanos nullus mali sibi conscius [illegible]. ut [illegible] [illegible] exhortationibus [illegible] itaque [illegible] [illegible] [illegible] rent. Ipsi vero jam dudum [illegible] mortem [illegible] propo- nentes [illegible] [illegible] [illegible] occasionem [illegible] [illegible] [illegible]. Receptus in suo castro ut [illegible] Abbatem cum Sacellanis, advocatis ex propinquo reliquis Advocatis, [illegible] tractant. Aliquo post [illegible] & gravi ipsum ingur- gitare faciunt. Hic [illegible] & parcus, [illegible] [illegible] egreditur, transgressus ponte castrum aperit, [illegible] cubi- lecto, interula, caligis, cingulo, pileoque nocturno instructus sese convertit, solis ad Deum precibus somno se componit. Paulo post secuti Sacellani idem faciunt. Conversi scilicet de- cretam laniemam proferentes rationes & modum interficiendi ipsum statuunt, in rabiem versi transgresso ponte valvas castri obseratas inveniunt, effractis fenestris recta ad ipsum conten- dunt. Abbas fragore fenestrarum experrectus summa innataque mansuetudine, voce admodum humili & submissa rogat, quid velint? *Te*, inquiunt, *volumus perfide & scelerate, quid rei tibi nobiscum? insensate & fucate hypocrita? Accessisti corripere nos ve- lut impios, adulteros & ebrios, ipse impius, potator maximus.* Ille ex inopinata violentia stupefactus, nec quemquam, qui ipsi suppetias ferat, cernens. *Ecquis*, inquit, *vestrum me vidit po- tum & ebrium? Imo*, inquiunt, *te nimio potu obrutum egredientem conspeximus, & vomentem, idque tua receptum manica ne depreben- dereris.* Ille rursus; *ite, manicas invertite.* Ipsis apprehensis tunicæ manicis rosas sparsas vident. Hinc in rabiem versi ip- sum magnum, incantatorem, & diabolicum pronuntiant. Ma- jori furore æstuantes arrepto baculo ingenti capiti inflicto vul- nere, ut cruor respergeret muros, ipsum excerebrant, sublato corpore, fenestra per præceps in fossam præcipitant. Postridie summo mane fœmina transiens partem candidi panni superna- tantem prospiciens propius accedens ipsum Abbatem offen- dit mortuum & interfectum. Sublato clamore totum pagum commovet. Fit multorum ad miserum & flebile spectaculum hominum concursus, erectum cadaver imponunt loculo, simul- que cum Sacellanis attonitis Lidlum deferunt, in ipso fratrum conversorum choro terræ mandant. Homicidæ dolo capti & palis affixi vivi exuruntur, castrum evertitur, agri abalienan-

...tur.

tur. Sanctitatis opinionem posteris relinquens editis miraculis claruisse dicitur. Trucidatur anno CIↃ. CCC. XXXII. Tumba elevatus à venerabili viro Dn. *Joanne Keppel* Abbate Lidlumensi in posteriori parte templi quiescit Ann. 1528.

XIII. KEMPO VEIDUM.

Cœnobitæ *Lidlumenses* præter modum facti turpitudine tristes, desperatis rebus quid agant, quo se vertant, prorsus ignorant, factum illud ineluctabile & detestandum mentibus illorum inhæret. Unde crebri gemitus virginum in Bajum, planctus multorum sibi ex facto detestabili infensos videre animos, sic ut de turbando & evertendo toto cœnobio quandoque consultum noscatur. Etelgerus pater Abbas ejus nominis secundus, vir prudens & facundus multis rationibus adductis dolorem mitigat, longa oratione quantum potest ipsorum homicidarum factum reliquis non posse imputari contendit, homicidas flammis exustos meritas luisse pœnas, de nova substitutione Abbatis mentionem facit. Ægre admodum convenientes collatis suffragiis Dn. *Kemponem* Abbatem pronunciant. Hic à *Iclgero* confirmatus Trajectum proficiscitur consecrationem expetens. Summas illi Trajectensis Episcopus ob perpetratum homicidium parit molestias, indignum ratus nefarios istos parricidas, criminis inauditi reos, Abbatis collegiique decorare honoribus, iis omnibus spoliandos potius. Hic pro viribus semet defendens homicidas igni traditos, pro crimine satis mulctatos, reliquos esse innocuos. Summa difficultate impetrata absolutione rediens illatam monasterio impietatis nebulam, sua prudentia, ordinis rigore, fratrum quoque observata obedientia & humilitate discutit. In pago Weydum oriundus ecclesiæ in *Asterze* Pastor ordinatur. Abbas designatus felicissimo ingenio fata admodum perfert infelicia, sic ut omnis dignitatis suæ cursus labor & dolor existeret. Secundo Præfecturæ anno reparationi sacræ ædis insistens ad instantem hyemis necessitatem arundineum tectum reficit. Turrem ligno levigato tecta pice cocta oblinit. Operarii extincto in turri igne secure descendunt, sub noctis medium ex favilla sublucida ventorum flatu excitata flamma ligna picata arida & propinqua incendit. Flamma vehementior facta totam turrim consumit, cætera lambens templi totius tectum

incinerat, ſic ut ex integro quadrangulari ædificio excepto Canonicorum dormitorio nihil remanierit. Novi hic oriuntur gemitus, damnum, quum multis videretur irrecuperabile, multorum animos ſuſpenſos Abbas communicato cum ſenioribus conſilio novam reſtaurationem meditatur. Multorum utriuſque ſexus hominum accedunt donaria, & quod opus illud ingens quibuslibet non potuit reſtaurari trabibus aut ſignis, majori ſumptuum copia, multorum pedum comparanda fuerunt ligna. Quibus adductis fabri accedunt lignarii, magnus ad novum fabrile opus ex vicinis & ad negotium promovendum occurrit numerus. Celeri manu contignationes apparatæ in ſublime feruntur, & ex ordine omnes eriguntur, at fabrorum incuria nec compinguntur, nec ſtipitibus ad quemvis ventorum flatum fulciuntur. Sub noctis medium Æolus ſuis viribus erumpens ingenti turbine totum opus concutit, & poſt longam quaſſationem dejicit, ut ad internecionem corrumperentur omnia, ex trabium colliſione templi teſtudines majori ex parte una corruunt, ſic ut damno poſteriore magis doluerint omnes priore. Rurſum Abbas ſumptis viribus naufragos imitatus, & confractis trabibus novis additis alteram auſpicatur fabricam, reparationes novas. His majori ſollicitudine munitis tectum impingit arundineum, nec majori reliquas ædes pro viribus refecit. Variis exagitatus infortunii procellis vitæ terminum à Deo ipſi deſignatum adeptus, lætus in Domino moritur, functi muneris anno IV. nati Salvatoris CIↃ. CCC. XXXVI. In vigilia S. Andreæ Apoſtoli templo illatus ſepelitur ad valvas ſacrarii. Lapide tectus quieſcit.

GOERD ANDLA XIV.

Ipſo die S. Andreæ Apoſtoli Canonici eccleſiarum cum reliquis monaſticis ſimul collecti poſt fuſas ad Deum preces præſente Domino *Popteto* patre Abbate omnia ſua Dn. *Godefride* vota conferunt, ipſumque Abbatem eligunt, electum Abbas confirmat. Erat natione Friſo familia *Andla*, ex pago *Riet* ejuſdem eccleſiæ Paſtor relicto habitu ſeculari ordinis inſtitutum deſiderans *Lidlum* ingreditur & excipitur. Literarum ſtudiis intentus utriuſque juris exactam notitiam percipit. Progreſſu temporis reliquos multis præcurrens paraſangis eccleſiæ in *Berl-*

kum

Digitized by Google

kum Paſtor efficitur. Hanc Spartam nactus ſumme coluit, unde ipſi ad futuram dignitatem liberior patet acceſſus. Abbas inauguratus reliquias ædis ex conflagratione necdum reparatas priſtino nitori reſtituit. Abbatis aulam, addita ab ipſis fundamentis inſigni ad meridiem camera, nova coronat contignatione. Campanam novam turri infert majorem, pecorum domos, ſtabula, haras, & quicquid reliquum eſt ex integro erigit. Illatum à monachis *Ludinga kerck*, *Floridi campi*. & *Seerp Adelen* confœderatis bellum, conſcripto magnis expenſis milite, ſua induſtria avertit. Res per interceſſores & arbitros componitur. Vides optime Lector turbulenta tempora, diaboli homines dementantis inſtinctu, monaſticis quoque rebus immixta, quia hac rei turpitudine gaviſus cœlum terræ miſcuit, ut omnes confunderet. Quid turpius quam monachum mundo mortuum in armis hoſtibus eſſe formidini? gladio præcinctum, arcu inſignem (quorum tunc magnum fuiſſe uſum conſtat) clypeo munitum, caput galea tectum hoſte ſemet conſpicuum? cui ex præcepto Divi Pauli longe præſtantior datur panoplia, gladius ſpiritus, clypeus fidei, galea ſalutis. Hæc latius in Codice † noſtro majori. Abbas XI. ab inito magiſtratu anno vitæ metam indeptus Domino animam reddit, Salutis CIↃ. CCC. XLVII.

† Auctor morte præventus opus inchoatum non abſolvit, ſed mutilum poſteris reliquit.

XV. VIBRANDUS VOBBINGA.

Venerabili patre Dn. *Godefrido* defuncto præſente patre Abbate D. *Valtone* omnes ſimul collecti Canonici poſt imploratam Spiritus Sancti gratiam eligunt Dominum *Vibrandum* vineæ Domini præpoſitum *op 't Zandt*, quem electum pater Abbas confirmat. In pago *Weydum*, parentum natali, *Vobbinga* caſtro natus eſt. Præpoſituram gubernans caſtrum *Veyma* monaſticæ ditionis ex integro reſtaurat. Monachorum Floridi campi, viribus licet impar, violentiæ fortiter reſiſtens illos pedem referre coegit. Audis lector bella monaſtica, Sathanæ ludibrium. Abbas electus templi reſtaurationi intentus teſtudines trabium colliſione quaſſatas opera Dodonis converſi fratris, fabri murarii, ex integro exceptis tribus poſterioribus reſtituit. *Converſorum* noſocomium cum adjecta Divæ Virginis ædicula ſacra in cœmeterio ſeptentrionali ex integro erigit ob ingentes fratrum omnium ægritudines fatales, illic ob locorum diſtantiam com-

modius curandas. Memorabilis illa lues *Hamburgo* & *Brema* sensim per ditionem Groninganam prorepens multa absumpsit hominum millia. Memini ex antiquitatum monasterii *Floridi Horti* monumentis me de hac peste id compertum habere, in cœnobio præfato interisse XX. monachos, in *campo Rosarum Nyclooster* LXXX. cœnobitas. Abbas cum reliquis infectus diem claudit extremum suæ dignitatis anno quarto, salutiferi partus CIↃ. CCC. LI.

SYARDUS II. *Abbas* XVI.

Defuncto D. *Vibrando Vorpius* Abbas *Horti Divæ Virginis* accedens funebria curat, & ne quicquam detrimenti ecclesia suo orbata Pastore pateretur, undique collectos de nova electione ineunda hortatur, locum electioni destinatum accedentes Numinis cœlestis præsidium implorant. Quo facto Dn. *Syardum* ecclesiæ *Belcomanæ* Pastorem eligunt atque Abbatem salutant. Ecclesiæ *Vinsumanæ* quondam & Pastor & Decanus collectam sua industria pecuniam tempore admodum necessario Domino *Kemponi* & *Godefrido* optima fide & obedientia obtulit. Qua sua integritate ad futuram dignitatem suorum animos facile præparavit. A *patre Abbate* confirmatus consecrationem ob perpetuas, quas ferebat, ægritudines, mortem credens sibi proximam distulit. Calicem argenteum ab artifice *Hebbone* in *Leetzens* insigniter formatum sui perpetuum memosynon ecclesiæ reliquit. Vix unius anni transcurso spatio in Domino moritur, Salutis anno CIↃ. CCC. LII. in vigilia nativitatis S. Joannis Baptistæ. Ante gradus presbyterii Vibrando contumulatus quiescit.

THEODORICUS XVII. *Abbas.*

Decem peractis diebus D. *Vorpius Tzjaerda* pater Abbas rediens ipso die translationis D. Martini electioni novæ præsidens post longam orationem de medio novæ electionis ineundæ disseruit. Ingressi igitur simul ædem Capitularem, quotquot erant *Lidlumensis* sodalitii, electione concordi Dn. *Theodericum* ecclesiæ in *Tuitgum* pastorem Abbatem nominant. Electus non sine difficultate Præfecturæ onus in se recepit, precibus suorum, patris quoque Abbatis auctoritate victus confirmari se patitur.

Digitized by Google

cur. Vir magni judicii & insignis literaturæ in *Tjummarum* parentibus natus honestis, fortuna splendidis, ab ipsis Grammatices præceptis *Lutetiam* primam Galliæ totius Academiam adiit, studiis utriusque juris vacaturus rediens ordinis candore delectatur. Eelconem Abbatem salutans eundem precibus obtinet. Novitiis instituendis præfectus, summo studio literas politiores professus multos ex suo grege viros doctos & pios creat, quorum in se amorem perpetuum traxit, futuræque dignitati maximam occasionem dedit, *Sexbiromanæ* ecclesiæ præfectus verbum Dei divino zelo accensus gnaviter docet. Hinc *Bellcomanæ* ecclesiæ pastor electus quindecim annis summa laude præfuit. Veterem ecclesiam in *Tuitgum* temporis injuria ruinosam suorum præsidio incolarum diruit, & ex novo restaurat. Abbas electus religioni reformandæ summopere intentus, plures ubicunque locorum doctos juvenes, natalibus claros, pios, ad ingrediendum monasterium sollicitat. Ex lue præterita potior pars collegii eum sacerdotum tum *Conversorum*, & laicorum fato concesserat, quibus velut arboribus avulsis novas inserere & plantare satagit. Necessariæ quoque restaurationi animum adjiciens turrem veterem amovit, novam trabium firmitate roboratam & excelsam ecclesiæ imponit. Hanc ventorum vi collisam & dejectam majori sumtu rursum erigit. Anteriorem ecclesiam novo tecto arundineo curvis lapidibus & imbrice retegit. *Conversorum* dormitorium eadem tecti cultura exornat. Id ipsum & Canonicorum præstat dormitorio, mota arundine, pecorum stabula horrea, ceteraque agriculturæ necessaria ædificia ligno & lapide ex integro restaurat. Fossam ex imo fundo ducto luto repurgari curat. Monasterii prædia ulterius promovet, quædam proprio ære monasterio comparat, *Felsum* & *Sexabuys*. Magnas sumptuum molestias ab ecclesiæ Vinsumensis patitur ædilibus. Ab Grietmannis *Baverderadeel* & *Birumadeel* præter modum mulctatus ingentes censuum exactiones persolvere cogitur. His aliisque plurimis attritus molestiis de mititate, clementia, morumque præstantia nihil remittens omnibus charus extitit & suspiciendus. Longa febre maceratus suis nihilominus vacabat rebus & negotiis, qua præter modum increscente morbo extenuatus vitæ finem anno functi muneris XVI. indeptus est. Postridie Emerentianæ virginis animulam suam, Deo patri creatori, Filio redemptori, Spiritui Sancto illuminatori

Digitized by Google

natori commendat; in choro præsente Domino *Frederico* fratre Abbate ad pedes sedilium Canonicorum sepultus quiescit. Anno à Christo nato CIↃ. CCC. LXIX. ipso die conversionis S. Pauli.

VIBRANDUS *Abbas* XVIII.

Transacto à funere Dn. *Theodorici* integro mense ipsa die S. Petri ad cathedram convocatis totius collegii Canonicis & Pastoribus *Fredericus* pater Abbas novam electionem prosequitur. Invocata Spiritus Sancti gratia summa concordia ecclesiæ *Beelcumanæ* Pastorem D. *Vibrandum* eligunt, ipsumque Abbatem declarant. Accepta à patre Abbate confirmatione Trajectum profectus benedictionem episcopalem consequitur. In pago *Tzungum* honestis parentibus natus *Floridum Campum* accedens accepit habitum, sed iis relictis resumpto habitu seculari *Lidlumense* institutum sollicitat. Petitioni obtemperans Abbas ipsum recipit. Scholam novitiorum frequentat, & gnaviter studet. Rursum abiens majora studia sectatus, sacerdotio decoratus, ecclesiæ in *Boxum* pastoralem curam gerens eandem resignat, & veterem nidum repetit, ordinis cultura delectatus, modestum sese & humilem omnibus præbet, tantamque gratiam adeptus est, ut ecclesiæ præficeretur *Belcomanæ*, cui recens extructæ novam turrim magnæ crassitudinis ex ipsis fundamentis erigens addit. Castrum *Amkinga* cum aliquot proximis agris emptum Abbati & monasterio tradidit. Abbas electus meridionalem structuræ quadrangularis domum incendiis corruptam addito ambitu restaurat. Contigit hujus temporibus *Vineæ Domini* Præposituram suo orbari Præposito. Canonici libera electione ipsis præficiunt Dn. *Joannem* ecclesiæ *Menaldumensis* Pastorem. Hic sororis, qua cum tranquille vivebat; usus consilio electionem resignat, Pastoratum præferens dignitati Præposituræ. Abbas ut obtemperaret illorum voto obtestans nihil impetrat. Ab Episcopo Trajectensi frequenter interpellatus de ordinando Præposito hominem ad obedientiam cogere nequit. Episcopus igitur ipsum præoccupare nititur. Abbas quo minus illud fiat graviter obtestat. Unde luxus & dissidia tanta crevere, ut Abbas conservandæ jurisdictionis gratia Præmonstratum, & hinc Romam magnis sumptibus adire coactus sit. Istoc negotio com-

Digitized by Google

compoſito aliud ex alio malum. *Balduinus* quidem ad prædicandam crucem ab Epiſcopo Trajectenſi in Friſiam miſſus, cui dum Abbas obſequium id ipſum ſuo Præſuli *Arnoldo* ab *Hoorn* conqueſtus eſt, Epiſcopus accerſito Abbate ipſum *Vollenhovium* venire mandavit. Eo profectus ſiniſtræ ſuſpicionis ignarus in vincula conjicitur præter juris & omnem rationem. Hunc diſpenſis aureorum ſcutatorum duobus millibus liberum dimittit. Hoc damno illato fratres plurimum doluere. Abbas invicta animi fortitudine fretus, eccleſiam optimis donariis, argenteis, ſericis, & byſſinis, calicum, cæterorumque monilium exornat. Prædiorum quoque terminos additis agris in *Hennaerd*, *Bavert*, *Felſum*, *Valinga* ampliat. Vitæ ſuæ tranſcurſo ſpatio Præfecturæ anno XVI. carnis ergaſtulo ſolutus in Domino moritur ipſo die S. Luciæ. Ad valvas ſacrarii ante altare S. Laurentii ſepelitur Anno CIↃ. CCC. LXXXIV.

AESGO *Abbas* XIX.

Heſſelus Orti Mariæ Abbas alibi profectus rediens ex ſcriptis ad ipſum literis intelligit *Vibrandum* defunctum. Aeris inclementia impeditus electionem differri poſtulat. Poſtridie purificationis Deiparæ itineri ſe commitit, ſub veſperam *Vallem* ingrediens rem omnem, utut ſeſe habeat, intelligit. Poſtridie ſummo mane celebrato Spiritus Sancti ſacro electioni omnes ſe præparant. Sancti Spiritus rurſum implorata gratia unanimi conſenſu Abbas declaratur *Aeſgo Vinſumenſis*, ejuſdem ſuæ patriæ Paſtor & Decanus, vir ſummæ modeſtiæ, pietatis & humilitatis, quibus virtutibus exornatus facilem ſibi ad dignitatem obtinendam acceſſum parat. Vitæ brevioris exiſtens decreta pietatis opera minime præſtare potuit. Unicum ſaltem refertur memorabile factum: Caſtrum in propinquo *Bonnetorpe Harlingen* ab ipſis fundamentis erectum & reſtauratum, cujus modo ne veſtigium apparet. Tumulo radicitus disjecto ſericas veſtes comparatas patrumque ſcripta memorant. Altero ab inito magiſtratu anno in Domino moritur, ipſo die Commemorationis animarum. Ante aram S. Joannis ſepelitur anno redempti orbis CIↃ CCC. LXXXVI.

Digitized by Google

TZIAERD XX. *Abbas.*

Ecclesia Lidlumensis legitimo orbata Pastore, ne cuilibet inhianti lupo pateret, D. *Gerbrandus* pater Abbas celeritate usus suæ filiæ adfuit, de novo sponso eligendo sollicite agit, emisso præcone ecclesiarum Pastores & fratres omnes præsentes adesse jubet, quibus collectis habita oratione electionem proponit. Cœnobitæ obsequentes suffragia proferunt, quibus visis salutatur Abbas *Tetardus* natione *Scellinganus* ecclesiæ *Vinsumanæ* Pastor & Decanus. Confirmatus consecrationem à Trajectensi impetrat. Patria illi Horn insulæ *Scellinganæ*. Primis Grammatices præceptis imbutus relicta insula monasterium accedit, in re literaria ulterius progressus solidæ doctrinæ gustum consequitur. Collectis deinceps ex hereditate pecuniis, iisque ex ærario monastico nonnihil additis in Angliam majoris eruditionis capiendæ gratia trajicit. In Academia Oxonienſi utriusque juris promotione decoratus rediit. Abbas electus pietatem sectatur, suæque doctrinæ fructum percepit uberrimum, sic ut maturo sanoque consilio plurimum polleret. Pro pastorali sollicitudine anxius quotannis ipsas juxta Patrum decreta suas visitat ecclesias, possessiones & fratrum laicorum grangias, quos ad fidem, integritatem, humilitatem, & obedientiam hortatur. *Medum* veniens confessionem auribus excipit, ad instantem Paschæ festivitatem verbo Dei recte instituit. Pro conservanda adversus vim & potentiam perfidorum hominum jurisdictione monastica, communicato cum ipsis consilio magnæ fortitudinis castrum eo loco erigere statuit. Illud ex indicio *Zjaerdamæ* nobiles, quod illorum illud quandoque obesse posset tyrannidi, quorum hinc ex confœderatis erat summa patientia, ipsum redeuntem operiuntur, adorti magna vi arreptum ad castrum deducunt, & ferreis compedibus vinciunt, quatuor ex omnibus desideratis reliqui fuga evadunt. Majori exin furore perciti congregato suæ partis *Shiringianæ* magno exercitio, quorum dux & antesignanus *Sicco* Allardi filius extitit, monasterium invadunt, deprædantur, & incendunt. *Sicco* viribus potens, confœderatus 28. ducibus reliquas monasterii possessiones & grangias occupat & demolitur, *Coldeholt*, *Vallinga*, *Vobbinga* in *Weydum*, *Amkum* in *Belcum*, in *Fraenjum*, & *Medum*. Intercedentibus magnæ

auc-

Digitized by Google

auctoritatis & judicii viris pacem inter *Lidlumenſes* monaſticos & *Sicconem* Sjaerda cum ſuis confœderatis ſtatuunt juramento ab utraque parte præſtito, formatiſque literis pacificationem nunquam interituram decernunt. *Tetardus* carcere liberatus ad ſuos rediit, paululum reſpirans datum damnum ſua induſtria reſarcire ſatagit. Inprimis de muniendo adverſus vim hoſtilem ſerio cogitat, utramque foſſam luto repurgat. Huic magnæ fortitudinis muros cum turribus & propugnaculis, ab ipſis excitat fundamentis. Horum reliquias noſtra ætate videmus. Exinde reliquas ædes incendio corruptas priſtinæ formæ reſtituit. Inſignes hoſpitum cameras ab aquilone templi, poſtmodum œconomi domus, inde piſtrina à fundamentis erexit. Nihil in omni ædificio totius monaſterii prætermiſit, quod non aliquam ab ipſo reſtaurationem meruit. Turrim eccleſiæ novam, campanam majorem ſimul comparat. In memoriam dominicæ paſſionis crucem argenteam magni pretii gemmis & lapidibus ſelectis ornatam fieri curat. Tabulam novam induſtria Aſgonis converſi delatam & ſculptam ſummo imponit altari. Hujus & nos reliquias vidimus. *Converſorum* noſocomium cum adjuncta ædicula incendio corruptum ſumma cura renovat. Defuncto Dn. *Suffrido* in *Doccum* Abbate, ex legata ipſi per Viſitatores annuos cura, aſſumptis Sacellanis, & ex converſis aliquot equitatu eo proficiſcitur. Curato funere ædem ingreditur Capitularem ad novam hortatus electionem, communi ſuffragio *Uleko* acolythus nominatur. Hunc Abbatem electum confirmavit. Rediens Abbatem D. *Vopconem* ſalutaturus, quaſſatione equi morbum fatalem contrahens in ipſo Horto Divæ Virginis ipſo die tranſlationis Auguſtini & ipſe ex hoc corrupto ſeculo transfertur ad æternam quietem, functi muneris XXXVI. Cadaver per patrem Abbatem ad vallum delatum celebrato ſacro funebri ante aram S. Laurentii ſummo omnium moerore ſepelitur Salutis CIↃ. CCCC. XXII.

HESSELUS XXI. *Abbas.*

Poſtridie tranſlationis S. Auguſtini *D. Vopco* pater Abbas convocatis omnibus poſt invocatam Spiritus Sancti gratiam ad communem illos hortatur electionem. Cui ceu patri obtemperantes magna concordia Dn. *Heſſelum* eccleſiæ in *Tuitgum* paſtorem

Digitized by Google

ipsis præficiunt. Accepta communi suffragio electione à patre Abbate ad sedem primariam deductus pro suo jure ipsum confirmat. In pago *Aesterletens* natus *Lidlum* intrans scholam frequentat, literis summopere proficiens suos coætaneos facile superat. Harum indies majori captus dulcedine sumpta hereditate Academiam invisit majoris literaturæ gratia. Rediens se suaque omnia zelo plenus divino religioni dedicat monasticæ. Virtuti studens & pietati ecclesiæ ut verus Pastor præficitur *Berlcomanæ*. Hanc ut sponsam suscipiens, quantum in ipso fuit, restaurat industria. Turrim moto tecto arundineo imbricibus tegit, anteriorem sacræ ædis partem fenestris exornat vitreis, ceteris eminentioribus, totumque templum novo sternit pavimento. Pastoris domum primariam eodem tecto lapideo exornat, agros & redditus amplificare gnaviter studet. Abbas electus *Leovardiam* proficiscitur, ab Episcopo *Matthæo* Vicario Trajectensi in sacra æde Dominicanorum consecrationem adipiscitur ipso die S. Andreæ Apostoli. Monasterium amissione multorum peste & bello desolatum solitudinem quandam referebat. Videres ædes incendio corruptas, parietes dirutos, omniaque fœtore constare terribili, idque ex prædicta clade eorum, qui *Sjaerdemanæ* sectæ fuerunt. Nec *Pibo Elama* in *Sexbirum* à præfata clade immunis extitit. Hujus *Hessels* studio anterior pars templi in *Tzomarum* novo tecto petrino ornatur. Codicem Evangelicum ipsus Evangelicus suis spoliatum laminis argenteis eadem massa & lapidibus magno emptis obducit. Horologium primus fieri curat. Veneranda canicie spectatus, œconomus prudens, restaurator diligens anno à functo munere octavo Dn. *Folkero* designato in Domino moritur ipso die Primi & Feliciani, ipse inter felices primus ante aram Apostolorum Petri & Pauli sepelitur anno incarnati Christi CIↃ. CCCC. XXX.

FOLKERUS XXII. *Abbas*

Venerabilis pater Abbas *Tjallingus* scriptis ad ipsum literis de obitu piissimi viri D. *Hessels* certior factus misso nuncio D. *Ulkonem* Abbatem in *Dockum* ad se vocat, simul profecti *Lidlum* sub vesperum applicuere. Postridie funus delatum ad ecclesiam legitimis ceremoniis curatur. Quo peracto, dato signo, quotquot jure novæ electioni interesse solent, Cano-

Digitized by Google

Canonici & monaſtici ſimul præſto ſunt, locum creandi Abbatis adeunt, habita deliberatione ſuffragia per *patrem Abbatem* colliguntur, quibus viſis ſumma animorum conſtantia *Folkerus* Abbas proclamatur. Summa omnium oritur ex tam præclari viri electione lætitia. Hunc eveſtigio pater Abbas confirmat. Hic certis occaſionibus conſecratur ab *Antonio* Vicario Epiſcopi Osnabrugenſis in vigilia Aſſumptionis virginis. Fuit *Folkerus* natione *Schellinganus*, vico *Lees* pagi *Hornenſis*, primis Grammatices rudimentis affatim excultus *Erphordienſem* adiit celebrem Academiam, magnis laboribus ſtudiis intentus ſummam aſſequitur utriuſque juris prudentiam. Erphordia rediens in Comitatu *Embdano* gravi morbo correptus de vita periclitatur. Si convaleſcat, Deo Salvatori de amplectenda religione voto ſe obſtringit. Quo facto Friſiam repetit. Lidlum ingrediens pio viro D. *Heſſelo* animi ſui ſententiam, votum quoque ab ſe præſtitum aperit. Honorifice ab illo acceptus integro biennio in monaſterio ſcholam novitiorum frequentans permanſit. Hinc Abbatis ſumptibus Coloniam repetit, ubi rurſum integris Muſarum latebris deliteſcens majorem eruditionis opinionem indeptus eſt. Rediens ſacerdotio decoratur. Hinc eccleſiæ Hornenſis & Paſtor & Decanus exiſtens, utrumque munus ſua prudentia optime diſponit. Exili corpore exiſtens animo pollebat exceſſo & magnifico. Abbas Dn. *Heſſeli* collectam pecuniam ſtatim coactus promere, pro (1) ſatisfactione cujuſdam *Laſii* à cœnobitis trucidati. Hinc aliud reſtabat eluendum homicidium *Tzallingii* eccleſiæ S. Georgii in *Aſterbirum* æditui à quodam monacho converſo Sibodo interfecti. Hac ſanguinaria mulcta ſatur arctiorem vitæ reformationem meditatus carcerem publicum grandem & firmum fieri mandat, ut vel hujus metu ab omni terrerentur violentia. Abbatis aulam variis nitelis exornat, poculorum argenteorum magnam

(1) Paſſim homicidii olim ** pœna pecuniaria. Apud Friſios etiam parricidii. Vid. veteres ipſorum leges *tit.* 1. *& ſeqq. ut & tit.* 20. Saliorum *tit.* 43. *& ſeqq.* Alemann. *tit.* 40. 76. *& ſeqq.* Bajoar. *tit.* 3. §. 2. *&* §. 13. *pr.* Ripuar. *tit.* 7. *& ſeqq.* Non intererat quis occiſus plebejus, an nobilis, clericus, an laicus. Ripuar. *tit.* 10. Saxon. *tit.* 2. *per tot.* Anglior. *tit.* 1. Longob. *lib.* 1. *tit.* 9. *pr. &* §. *ſeqq.*

** Vide tamen Tom. 3. p. 220. Noſtræ Edit.

Digitized by Google

gnam copiam comparat, Bibliothecam limicibus & cariei expositam, corruptam insuper, ipse literatus optimis libris refarcire studuit, monasterii muros & propugnacula, impia Syardamanorum factione corrupta restaurat. Dignitatis & molestiarum pertæsus, vir doctus & probus accersito Dn. *Tjallingio* patre Abbate sui officii liberam resignationem impetrat. Dato salario annuo insulam *Scellingam* repetit anno à functo officio nono, Salutis CIↃ. CCCC. XXXIX.

REYNERUS XXIII. *Abbas.*

Venerabilis pater *Tjallingus* assumpto Dno *Ulkone* Abbate in *Dockum* post longam de novo deligendo Abbate deliberationem *Lidlumenses* ad pacem & concordiam hortatur, ut futura electio sit univoca sedulo monet. Invocata Spiritus Sancti gratia communi suffragio *Reynerus* Abbas declaratur, à patre Abbate confirmatus per D. *Martinum* de *Blonda* Trajectensis Episcopi Vicarium inauguratur. Hic quondam ordinis Canonicorum Regularium in *Fenjum* Præpositus extitit. Summis precibus à *Folkero* Abbate, suorum fratrum exigui numeri habita ratione, locum in *Lidlumensi* collegio impetrat. *Folkerus* hominis modestia & humilitate delectatus causas ipsius promovet, & ecclesiæ S. Joannis ipsum post adeptam dignitatem præficit. Defuncto postmodum Dn. *Henrico* ecclesiæ *Sexbirumanæ* Pastore *Reynerum* delectum defuncto subsequi præcipit, quem & ipsum illi sua industria successorem designat. *Reynerus* hac decoratus Præfectura muneri inutilis admodum extitit. Nulla in ipso sollicitudo, nulla in rebus gerendis prudentia. Quamobrem & ipsa huic perpetuo fortuna inimica admodum fuit. Major pecorum domus voraciſſima flamma interiit. Hanc dum studet novam erigere, viribus & consilio destitutus contracto ære alieno multos agros & prædia in *Bellekom* & aliis locis plurimis creditori tradita oppignoravit, unde summum monasterio dispendium, quibusdam agros & prædia negantibus. His rursum in perpetuum ab alienatis sequitur magna ex prava administratione penuria, exhauritur penus, sacerdotes ordeaceum panem fame pressi pro deliciis habent, lac pressum bibentes cerevisiam desiderant. Tandem de ratione reddituum reddenda meditantur fratres. Vocato patre Abbate *Tjallingo* rem omnem de so-

cordi,

Digitized by Google

cordi, prava, & fœda administratione ipsi replicant. Quibus compertis convocatis in æde Capitulari omnibus *Reynerum* de socordia, negligentia & siniſtra Reipubl. administratione convictum sua dignitate exonerat functi officii anno VIII. redempti orbis CIↃ. CCCC. XLVII. Ecclesiæ *Spannomensi* præfectus brevi intervallo temporis in Domino moritur. Lidlum delatus in ædicula Divæ Virginis sepelitur Ann. CIↃ. CCCC. XLIX.

TIEBBO XXIV. *Abbas.*

Omni re cum *Reynero* transacta consilio venerabilis Domini *Tzallingii* ad concordem electionem hortati summis votis optatum Dn. *Tjebbonem* Abbatem nominant, quem eveſtigio pater Abbas confirmat, & ab Episcopo Trajectensi consecratur. Ante monasterii ingressum *Tjebbodus* præbendarius ecclesiæ *S. Michaelis* Haringensis commemoratur fuisse. Corpulentus statura procera à Folkero admissus ordinis rigorem ingenti modestia & humilitate sequitur, quibus virtutibus omnium animos in se convertit. Prior designatus iniquis *Folkeri* conatibus resistens, reliquis fratribus opem ferentibus carcerem erectum confringit, miseros conversos injusto carceri mancipatos liberat, & injecta flamma incendit. Quo facto tantum apud suos favorem meruit, ut ipsius perpetuo memores ostium adipiscendæ dignitatis futuræ aperuerit. *Scellinganæ* ecclesiæ præfectus patriam suam multis decoravit beneficiis. Abbas exinde electus de veteri pietate nihil remittens omnibus commodo fuit, nemini incommodus. Dormitorium Canonicorum temporis progressu labefactatum magnis sumptibus restaurat. Id ipsum & pecorum ædificiis præstitit. Multas molestias & sumptus patitur à *Roordamanis* nobilibus. Hi suo jure ne dicam injuria ecclesiam *Tzummarum* Lidlumano studebant eripere monasterio. Per vim Pastoris ædes occupant, ex suo arbitrio secularem virum *D. Eponem* per se pium & probum ecclesiæ præficiunt. Cœnobio multos agros & prædia adimunt, quod summo astu conficiunt. Simulata cum D. Abbate viro integro amicitia ipsum ad cœnam vocant in suo castro benigne. Jam binas scripserant literas argumenti plane diversi. Harum prima cujusdam litis pacificationem ab ipso subscribendam continet. Altera magnam agrorum Lidlumensium mutationem. Primas illi propositas perlegens petito calamo subscribere cogitat. Quod dum

dum ſtudet, ipſi ex induſtria lectas literas ſubtrahunt, atque in abitum illius potius differendum cenſent. Ille vir bonus obſequitur, poſt largam potationem abeunti literas referunt, at non eaſdem. Ille literas eaſdem, quas prius legerat, ſuſpicans inconſulte admodum ſubſcribit, & abiit. Roordamani poſtmodum muniti his literis agros invadunt & occupant in hunc diem. Illud dolorum indicium. In reliquis *Tjebbo* prudens extitit, qui omnia evacuata abundante annona replevit. Cæterum illatæ fraudis damnum ad extremum halitum illi perdoluit. Vitæ peracto ſpatio ſuæ dignitatis anno III. hominem exuit, Salutis anno CIↃ. CCCC. L. In choro Abbatum meridionali ſepultus quieſcit.

FOLKERUS *ſecunda vice.*

Piæ memoriæ D. *Tjebbone* ſepulto, D. *Tjallingio* patre Abbate cum reliquis ordinis Viſitatoribus annuis præſente Canonici omnes in hoc ſunt, ut *Folkerum* precibus ſollicitatum priſtinæ reſtituant dignitati, quod dum Abbas pater omnibus modis diſſuadere conatur, Canonici majori conſtantia pergunt, & ipſum præmonitum de electione unanimi conſenſu Abbatem rurſum eligunt. Electum Abbas confirmare recuſat, nec ut id faceret *Folkerus* precibus impetrare potuit. Quæ res præter omnem exſpectationem ipſum aliquamdiu ſuſpenſum tenuit. Inito cum ſenioribus conſilio *Brabantiam* adiit. Salutato Abbate *Everbodienſi* eo tempore à *patre Abbate* Præmonſtratenſi Legatus in ſpiritualibus extitit. Hic impetrata confirmatione lætus rediit. Summo honore exceptus ſuis fideliter præeſt. De reſtauratione reformationis multum ipſi cum monaſticis negotii fuit. Ordinis vigore ſenſim frigeſcente plerique laxiorem viam ingreſſi reformationem ægre admittebant. Ille probus & integer de ordinis & ſtatutorum obſervantia nihil remittens indulgere quicquid potuit pœnitentiarum macerationibus & carceris ſqualore uſus invidiam, qua in quovis collegio nihil perniciosius, contrahit. Hæc alit lites & ſimultates, ac velut in favilla ſublimis ignis compreſſa, tametſi præter fumum diu nihil proferat, ſi modo fuerit levi flatu excitata, opertam producit flammam. Quod in cœnobitis conſpicuum fuit. Hi ad tempus preſſo favore de modo hoſtibus ipſam prodendi conſilium ineunt.

Digitized by Google

ineunt. *Roordamani* præ cæteris huic odio Vatiniano & implacabili erant infensi. Hi clanculum cum fratribus rem communicant, ut vel hac via dignitate pulsus sui vigoris pœnas luat. Designatus dies & hora, qua ipsus in aula solus morbo senioque confectus posset opprimi. Ad dictam horam fit campanarum compulsus. Ex insidiis prosiliunt hostes, trajecta monasterii fossa à parte orientali Abbatis aulam reseratis valvis, effractis fenestris, invadunt. Ipsus Joannes Roorda conclave Abbatis ingressus ipsum solum offendit, durioribus verbis & contumeliis aggressus capit & vincit, deductum ex aula brachiis monasterio pellit, turpiter admodum. Abbas ostiorum fragore excitatus marsupium auro plenum in subjectum urticetum fenestra ejiçit, ejectum à militibus intercipitur. Fiunt hæc spectante toto collegio anno suæ Præfecturæ postremæ XVIII. partæ Salutis CIↃ. CCCC. LXVIII. Paulo post moriens sepulchro in sacello D. Virginis ab se præparato quiescit.

XXVI. RIOERD ROORDA.

Joanni erat frater viduus *Rioerd.* Hic ducta uxore filia *Scheltonis* à *Liauckama* ipsam non relicta prole amittit. Hinc cœlibem vitam eligens, illiteratus, Præposituram Canonicorum Regularium in *Aenjum* ingreditur. Studiosus pro viribus existens monasticem profitetur. Sacerdotio decoratus satis proficit, Joannis ductus pravo ingenio Abbatem *Wilhelmum* Orti Mariæ de fratre † *Joanne* in suum contubernium recipiendo frequenter sollicitat, sed frustra. Sibi metuens omnibus quoque cœnobitis reclamantibus *Joannes* sumpto satellitio armato ipsum *Rofridum* manu violenta nec sine sanguinis effusione Horto Virginis infert, sumptoque habitu candido fratri injici curat, & abit. Hinc *Rofridus* magna laborans invidia omnibus ob ingentem stupiditatem, literarum ingnorantiam, & barbariem ludibrio extitit. Pulso deinde per vim *Folkero* Abbate venerando acceptum illum ipsi *Folkero* corruptis munere quibusdam Canonicis substituit, sed ordinis & dignitatis confirmationem impetrare nunquam potuit. Præter jus & consuetudinem Abbas factus perpetuum alit satellitium hominum stolidorum, quorum temeritate graviter affliguntur sacerdotes, illi præsertim, quorum in electione impetrare consensum nunquam potuit, ut in *Jacobo Zelando* infra latius prosequemur. Habuit suos sycophantas, palpones, & gna-

† *Rofrido.*

Digitized by Google

thones, quorum adminiculo uſus eccleſiæ redditus miſere conſumpſit. Præfecturam ipſius minus fauſtam cœnobio futuram ipſum ab ingreſſu infelix præſagium innuit. Ipſa nocte prima ab inito magiſtratu præcipua pecorum domus ſumma negligentia excitata flamma incineratur, & ex inordinato elemoſynarum diſtributione magna fit eduliorum inopia, ſic ut Canonicis neceſſaria ciborum ſuſtentatio negata ſit. Ne omnia ſimul conſumerentur bona monaſtica, monilia eccleſiæ fideles horum conſervatores, crucem argenteam, pedum, thecam corporis dominici ſimul colligunt, ſub noctis medium egreſſi *Franekeram* deferunt, fidiſſimo amico credunt. Abbas omne monaſterii pecus tantopere minuit, abliguriendo, vendendo, & diſtrahendo, ut vix decem vaccæ reſiduæ manſerint. Tandem de confirmatione impetranda ſollicitus, ſine cujus adminiculo conſecrari minime potuit, mittit Præmonſtratum virum magnificum D. *Petrum* eccleſiæ in *Dronrtpis* Paſtorem. Hic re infecta domum revertit. Alteram rurſus inſtituit legationem ampliſſimam, inſignem pateram argenteam operculo ſplendido, aquiliana forma, pretioſisque lapidibus ornatam comparat, nucis putamen argenteis filis diſtinctum addit: Hanc numeratis D. *Wilhelmo* patri Abbati, *Veſſelo* Præpoſito *Vineæ Domini*, quinquaginta coronatis pro impetranda confirmatione mittit. Nec hi ſplendida ſua legatione quicquam efficiunt. Vides optime lector firmum & immobile patrum pro conſervanda juſtitia pectus. Omnibus deſtitutus præſidiis Vicarium præter modum languidum accedit Epiſcopi Trajectenſis. Hunc munere & precibus eo adigit, ut intermiſſis ceremoniis languida manu ipſum benedicat, qui triduo poſt datam benedictionem moritur. Hac accepta, nec longius differendum rati, collecti ſimul Canonici, emittunt *Præmonſtratum*, qui omnia ad unguem explicet. *Præmonſtratum* veniens apertis literis Abbas in monaſterio *Lidlumenſi* turbata omnia comperit, præterque decorem cuncta fieri, communicato conſilio literas remittit, quibus ipſum dignitate per vim obtenta privat, reliquos fratres ab obedientia illi veſut legitimo ſucceſſori debita abſolvit & relevat. Hæc allata magnam excitant tragœdiam. Ille animos multorum ex acceptis literis à ſe abalienatos videns nec ſuæ poſſe ſubjici obedientiæ hos carceribus plectit, illos relegat, cæteros pœnitentiarum afflictat moleſtiis. Hac perpetua tyrrannide uſus, debilis, pecorum

Digitized by Google

rum jactura, ædificiorum quoque ruina monasterium deturbat. *Leovardiam* profectus in itinere adventantis morbi sensit aculeos. Lecto decumbens morbo incrudescente de mortis præparatione fit mentio. Piis confortandus admonitionibus magis furit. Postremo in dementiam versus diem claudit extremum. Anno Præfecturæ IV. Salutis CIↃ. CCCC. LXXI. Cadaver Lidlum delatum sepelitur.

AESGO II. *Abbas.* XXVI.

D. *Roorda* sepulto Canonici exitu illius læti novam instituunt electionem, qua ex Patrum decreto vice servata post invocatam Spiritus Sancti gratiam, summo animorum consensu D. *Aesgonem* ecclesiæ in *Aesterbirum* Pastorem secularem, natione *Sexbiromensem*, Abbatem eligunt. Ab ipsa electione ordinem suscipiens confirmationem à *patre Abbate* facile impetrat. Huic statim ab inita præfectura *Roordamani* novas pararunt insidias, viri præter modum bellicosi, & invidia pleni. Hi præteritam fratri injuriam ulciscentes perpetuas illi struunt insidias. Amicitiam rursum simulantes monasterium navigio intrant, benigne accepti summa humanitate tractantur. Splendidum apparatur convivium. Famulitium adducunt amplum. Abbas ex dicto Apostolico benignitate illos superari posse suspicans nihil non molitur, quo illos in suam pertrahat amicitiam. At vir sapiens inquit, *inimico reconciliato ne nimium cito credideris.* Roordamani instructas sensim retegunt insidias. Cum Abbate de quibusdam agrorum terminis ex composito acriter contendunt. Interim pediseque ludentes ad hypogæum descendunt, apertoque ostio ferreo ex insidiis prodeuntes hostes intromittunt. In aulam ingressi omnia turbant, totum percurritur monasterium, auferuntur ex poculis argenteis, multis quoque templi ornamentis omnia, ipsum Abbatem virum spectabilem tali ac tanta contumelia minime dignum, simul vinctum abducunt, captivum retinent. Claruit eo tempore inter reliquos Frisiæ nobiles magni niminis *Vibo Grouſtins*, à raso vertice *Schoone Vibo* dictus, in *Englom* primus, vir magnæ virtutis & audaciæ. Hic à *Lidlumensibus* de subsidio impetrando sollicitatus missis literis Joanni scribit & mandat ab armis monasterio inferendis ut abstineat, ipsum Abbatem liberum suis restituat. Quod ni faciat apertum illi bellum dictum sciat. *Joannes* cunctantius agens rem ex in-

dustria differt. *Vibius* captata occasione militum selectissimorum collecta manu eo properat. *Ludlimensium* auxilio fretus ipsum castrum sub natalem Domini invadit, deprædatur, Abbatem liberat, & incendio corrumpit, templi monilia recipit. Reliqua abalienata fuere *Aesgo* dignitati restitutus veri Pastoris curam pro ovibus gerit. Undique coarctatus animi constantiam nihilominus servat, monasterio omni necessario victu, pecore, agricultura, penu, & frumento prospicit, novam ecclesiæ turrem petris tectam fieri magnis sumptibus curat, paternam in *Menaldem* possessionem *Maer* vocatam Lidlumensi contulit monasterio. Vitæ finem nactus in Domino moritur feliciter suæ dignitatis anno XIV. nati Salvatoris CIↃ. CCCC. LXXXIV. Lapide rubro tectus quiescit.

NICOLAUS XXVII. *Abbas.*

Canonici Vallis Divæ Virginis simul collecti de novo eligendo Abbate, qui tempore nunc duro & turbulento feliciter præesse possit, solliciti sunt. Jam in Frisia bello ardebant omnia, nec quisquam ab injuria tutus erat. *Sciringiorum* magna erat potentia, nec minor *Vetcoperanorum*. Hic quandoque viribus impares *Groninganorum* implorabant subsidium. Ceteri externo milite inducto semet tuebantur. Unde magni de milite alendo sumptus debuere fieri. Cœnobitæ re communicata communi suffragio conditionalem pronunciant electionem. *Nicolaum*, si statim ab electione habitum sumat monasticum, erat quippe secularis ecclesiæ Franekerensis pastor, Abbatem eligunt. Sin minus, electionem illam nullam prædicant. *Nicolaus* electus in ipsis feriis natalitiis electores perbenigne excipit, habitus mutationem differendam ratus monasterii administrandi curam nihilominus servat. Idque præter omnium *Lidlumensium* expectationem durat integro biennio. Sic ut venerabili patre *Tacone* confirmationem nunquam nisi candida veste sumpta impetrare potuerit. Duorum annorum spatio peracto quorundam hortatu candidam sumit Ann. 1486. Sibi sapiens quædam monasterii bona religione sensim degenerante abalienasse dicitur. Fatali morbo correptus vitæ finem sibi imminere sentiens ad Vineam Domini deferri exoptat, ubi & paulo post morbi violentia superatus in Domino moritur, anno à functione muneris IV. Salutis CIↃ. CCCC. LXXXVIII. in choro Abbatum sepelitur.

XXVIII.

Digitized by Google

XXVIII. JACOBUS ZELANDUS.

Canonici Lidlumenſes ſimul collecti poſt invocatam Spiritus Sancti gratiam, præſidente electioni venerabili patre Abbate D. *Tacone Abbinga*, *Jacobo* Abbate in *Doccum*, ſummo animorum conſenſu Dn. *Jacobum Zelandum* eccleſiæ Leoverdianæ Paſtorem ſupremum, Canonicum *Lidlumenſem* Abbatem ſalutant. Statim ab electione confirmatus ab Epiſcopo Monaſterienſi ipſo die S. Paſchæ conſecratur. Erat Jacobus natione Zelandus à venerabili patre Abbate *Folkero* ob inſignem eruditionem receptus, juvenilem ætatem morum probitate velut ipſa canicie ſuperans, ſic ut ante maturam ætatem ſacerdotii gradu decoraretur. Prior deſignatus munus illud ceu Spartam nactus optime coluit, in *Bajum* virginibus præfectus ſumma laude monaſterii clavo præſedit. Attamen invidiæ pœnam ſuſtinens ob morum factorumque rectitudinem, ab ipſis ſororibus monitus *à Romberto Gabbinga* nobili & bellicoſo ſibi cavere coactus eſt. Hic nempe in caput ſuum jurarat. Electionem liberam eccleſiæ *Vinſumenſis* adeptus in tricis callide ſemet ſubducit, & monaſterium relinquit, majori dulcedine captus ſtudiorum, impetrata ab Abbate venia, Sacellano conducto, *Lovanium* adiit, juris utriuſque ſcientiam adeptus ovans rediit. Hinc eccleſiæ in *Sexbirum* præfectus frequenter *Lidlumenſe* frequentat collegium. Summa uſus liberalitate venturæ dignitati præludia ſtruit. *Leovardienſes* precibus à patre Abbate *Horti Mariæ*, cujus ditionis Paſtoratus ille conſiſtit, impetrarant, ut delectu habito ordinis Præmonſtratenſis collegio Paſtorem eligere poſſent. Hac ratione evenit, ut *Zelandus* illi præficeretur eccleſiæ. Proinde ſumma Paſtorali cura auctus, dum vidit civium increſcere luxum, divitias, & ſuperbiam, triumphum & choreas ab imo pectore † geniſcens de abitu meditatur. Hæc eo meditante commodum ipſi præſentatur proprii monaſterii electio. Quod confirmatus poſt conſecrationem acceptam ſolo rexit quadriennio. Hic ſtructura tametſi abſtinuerit magnam æris alieni copiam ſolviſſe dicitur. Aqua intercute laborans ſenſim vires deficiunt. Vocato patre Abbate Dn. *Tacone* viro ornatiſſimo collectis omnibus liberam impetrat manumiſſionem. Dato ſalario annuo *Medum* profectus, ſolitariam vitam eligens, paulo poſt moritur,

† *ingemiſcens.*

Digitized by Google

trecentos florenos aureos monasterio relinquens. *Lidlum* delatus in in choro Abbatum tumulatur anno partæ Salutis CIↃ. CCCC. XCII.

PETRUS VALK XXIX. *Abbas.*

Turbatis in Frisia rebus omnibus monastica dignitas difficile servari poterat. Tantus omnium ex *Schiringianorum & Vetcoperanorum* pernicioſa classe furor extitit. Necessarium igitur fuit monasterio *Lidlumensi* de novo & prudenti oeconomo prospicere, qui huic naviculæ præsidens clavum tuto gubernare posset. Summo animorum consensu Tacone præsidente electioni designatur Abbas Petrus Valk Præpositus in *Vinea Domini*, qui statim à *Patre Abbate* designatus Trajecti benedictionem impetrat. Fuit hic *Petrus* natione Hollandus Harlemensis nobili *Valkorum* familia oriundus. Grammatices præceptis satis in schola Harlemensi instructus *Aesgonem* patrem Abbatem salutat, animi sui sententiam ipsi explicat. Ille hominis facundia delectatus ad se recipit. Hinc virtuti & literis semet totum addixit, quibus tantum profecit, ut reliquos facile superarit, omnium gratiam & favorem ingenii solertia morumque probitate venatus, charus omnibus valde extitit. Erat nempe facie decorus, ingenio aperto, lingua fluente dulci & jocosa. Sacerdotio decoratus ampliſſima illi ex patria adfertur quingentorum coronatorum hereditas, quibus acceptis *Aesgonem* Abbatem obnixe precatur, ut in suum commodum eos vertere liceat. Quo impetrato Coloniam pleroſque anteceſſores suos imitatus proficiſcitur, ſtudiis gnaviter incumbens ſtudii juris utriuſque ſummam conſequitur prudentiam. Rediens eccleſiæ *Vinſumanæ* Paſtor eligitur. Eccleſiaſticis rebus bene curatis collegii virginum in *Bajum* & Prior & Oeconomus deſignatur. Dn. *Veſſelo* Vineæ Domini Præpoſito decedente hic præ ceteris omnibus dignus judicatur, qui viro optimo & prudenti ſuccedat. Hinc Abbas electus eandem ſervat & modeſtiam & pietatem. Videns monaſterii *Lidlumenſis* ædes ruinoſas ſummo labore & induſtria reſtaurare cogitat exordium ſumens ab ipſa ſacra æde. Hanc integro tecto novo petrino ſupplet, quod ab *Aeſgone* intermiſſum erat. Tres templi teſtudines poſteriores ex veteri incendio necdum reſtitutas adductis fabris murariis erigit, fabrorum incuria relapſas ſecunda vice magnis ſumptibus integre reſtituit. Hinc

reli-

Digitized by Google

reliquas monasterii ædes, horrea, stabula, molam, pistrinum, omnia hæc suis ** referuntur sumptibus: Hujus temporibus accidit salutifera Reipubl. Frisiæ mutatio. *Albertus* Saxo à Majestate Cæsarea hereditariam accipiens Frisiæ defensionem Ann. CIↃ. CCCC. XCVIII. Dn. Willibrordum Archicancellarium ad occupandam præmittit *Frisiam*. Hanc dum bipartitam videt, illamque non posse absque magna militum manu, sumptuumque ingenti copia possideri & occupari, omnes *Vestergoanas* urbes voluntaria traditione occupat, *Sciringianorum* sectæ omnes. Quibus occupatis restabant soli *Ostergaenses*, quorum metropolis *Leovardia* illi sola facessit negotium Groninganorum potentia freta. Victi pulsis Groningensibus *Villibrordo* fidem promittunt, quibus & mulctam & castrum firmum perpetuæ obedientiæ jugum in ipsa urbe oppidanorum sumptibus construit. Anno CIↃ. IↃ. Franekera per Saxonem patrem obsidione liberata pulsis *Groninganis* & horum assecl is Saxo pro sua industria omnia in tranquillam formam restituit. Novam *Leovardiæ* Curiam XII. virorum doctorum constituit, quorum velut supremo judicio tota subjiceretur Frisia. Huic Senatui ob insignem juris utriusque prudentiam & noster adscribitur *Petrus*, quod morum civilitate & integritate Saxoni *Georgio* summe acceptus foret, quo cum arctam perpetuo coluit necessitudinem à Dn. *Petro* magnis exceptus conviviis. His autem sumptuosis fratrum in se concitat opinionem sinistram, quod pro tenui redditu um numero splendidis conviviis exhauriret ærarium monasticum, unde & bonorum ecclesiæ helluonem ipsum sæpius pronuntiant. Præterea vino & Venere plus satis indulgens incaute admodum ambulat. Summo studio observatus rei Venereæ infimulatur. Vocato Dno *Tacone* Abbinga patre Abbate in æde Capitulari convocatis omnibus redditu um monasterii rationes exigunt, ille ut erat animo plane heroico, horum non ferens instantes calumnias & interpellationes resignationem decernit. Impetrato salario annuo cedit Præfecturæ anno XVII. Salutis CIↃ. IↃ. V. aulæ superioris camera unoque famulo contentus ad vitæ exitum in ea perdurat. Postmodum anno Domini CIↃ. IↃ. XVIII. in Domino moriens ad pedes D. *Kempensis* humatur, vir multæ doctrinæ, lectionis & scientiæ.

** Leg. *reficiuntur.*

XXX. JOANNES DUIVELANDUS.

Dno *Petro* viro spectabili recedente magna fit in electione fratrum discordia & animorum disjunctio. Venit pater Abbas D. *Paulus*

Digitized by Google

Paulus Boukholt. Hic probus & manſuetus qui pro electione redintegranda nova plurimum laborat. Hic dum nihil efficit, ex improviſo Dn. *Joannes Duivelandus* Abbas *Doccumanus* opera & favore Georgii Saxonis ſubmiſſus dignitatem accipit, multis fruſtra reclamantibus. Quamobrem & monachos omnes ipſi minimus obſequentes habet, quos poſtmodum duriori addito pharmaco ad reſipiſcentiam & obſequium compulit. Confirmatus à patre Abbate more veteri monaſterium Bajum accedens obedientiam illi ut præſtent omnes difficile admodum conſequitur. Hos quod petulantius in ipſum dixiſſent arctioribus diſciplinæ reſtringit vinculis. Rediens Præfecturam ſuam admodum moleſtam eſſe comperit, ideoque minus proſperam & jucundam ex innata quorundam pertinacia, quos pro ſuis viribus certis quibuſdam adhibitis remediis reprimit. Attamen de ſua ſollicitudine nihil remittens utilitati ſtuduit, omnia agri culturæ neceſſaria promovit, vaccas, boves, oves, & pecora, ſine quibus monaſterii domeſtica inſtitutio conſiſtere nequit. Reſtaurationi animum adjicens, quantum in ſe fuit, præſtat quidem, ad præter modum inconſulte & ſtolide. Bibliothecam in ambitu inferiore ad templi valvas meridionales inſipide admodum collocavit. Exinde ambitum ſeptentrionalem continuata teſtudine opus inſigne diruit. Quo facto templi altitudinem in grave conjecit diſcrimen, quod ſuis parietibus templi nititur altitudo, & ni maturius trabium cinctura ferreis quoque repagulis proſpectum fuiſſet, ſummum templi corruendi diſcrimen cœnobitæ incurriſſent. Uno eodemque tempore in monaſterio *Lidlumenſi* tres fuere Abbates D. *Taco*, *Petrus Valck*, & *Duvelandus*. Horum quiſque una eademque nocte natalis Domini ſacrum celebrat. Prior *Taco* primum, *Valco* ſecundum, ſummum *Duvelandus* celebrat. Simul refectorium ingreſſi, dato vini poculo, gaudium excitant. Æſtate ſequenti D. *Taco* peſte correptus in Domino moritur anno XII. poſt milleſimum quingenteſimum. Ad pedes Abbatis *Etholoci* ſepultus quieſcit. Gliſcente rurſus invidia Joannes ſua protervia, ſocordia, atque inutili adminiſtratione novas excitat tragœdias. Vocatur à Canonicis Abbas *Paulus*, de omnium redditurum ratione ſubducenda, initur ratio, quam dum ſtudioſe admodum exigunt, ille in defenſionem ſui, quod ad rem faceret, nihil adducit. Claruerunt eodem tempore multi pietate & doctrina præſtantes viri,

Digitized by Google

viri, quorum judicium ſubterfugere minime potuit, licet multis uteretur verborum ambagibus, quorum hi præ ceteris fuere inſignes, *Joannes* KEPPEL Prior in *Bajum*, *Henricus Abſolutus*, *Theodoricus Hallen*, *Hermannus Swollenſis*, *Vibrandus* Paſtor in *Berlkum*, *Gerlacus* paſtor in *Menaldum*, *Nicolaus Veensdrecht*, *Ludolphus* Sacellanus, *Tjepko* Paſtor in Spannum, *Joannes* Groningenſis Paſtor in *Vinſum*, *Cornelius* Paſtor in *Tzummarum*, *Isbrandus* Paſtor in *Sexbirum*, *Everardus* Paſtor in *Hoorn*, *Jacobus Trajectenſis*, *Joannes Oudewater* Canonici, viri magnifici. Quorum conatui dum juſtis nequit rationibus occurrere, dignitate movetur, anno à magiſtratu inito x. Salutis CIↃ. IↃ. XVIII. Hic paulo poſt moriens in poſteriori ſacræ ædis parte ſepultus quieſcit.

XXXI. JOANNES KEPPEL.

D. Joanne *Duvelando* exonerato Abbas *Paulus* novæ præſidens electioni oratione longa ad mutuam hortatur amicitiam. Communi decreto facto eliguntur quatuor, quorum judicio Abbatis electio conſiſteret. Hi ex ſe creatum Abbatem *Joannem* deſignant. Hic ingenti applauſu exceptus, quod ex proprio conſtaret cœtu magnam excitat lætitiam. A patre Abbate confirmatus appetente vere ab Antiſtite Trajectenſi conſecratur. Ipſo die S. Joannis Baptiſtæ primum ſacrum celebraturus omnes ex rure monaſticos ſimul invitat, quos celebrato convivio liberaliter dimittit. Clara nobilium à *Keppel* familia ortus animi nobilitatem ſua prudentia declaravit. Tempora nactus præter modum horrida & bellicoſa variis exercetur turbarum procellis. Friſii nempe Saxonici imperii pertæſi novam inſtituunt rebellionem. Hi Gelrorum Ducem Carolum, illi Comitem accerſunt *Embdanum*. Gelrus ingenio acer & fervidus, verus Martis pullus, data occaſione ingenti militum manu Friſiam ingreditur: *Snecam*, *Slotam*, & *Bolſwardiam* occupat. Saxo Friſiorum cernens invictam pertinaciam, ſumptuum magnitudinem, regionem longe à ſe diſſitam, † *Maximiliano* Imperatori, facta de ſumptibus tranſactione, provinciam ultro reddit. Hic è veſtigio milite

† Non *Maximiliano*, ſed *Carolo* V. nepoti. Connivit Maximilianus, & confirmavit ceſſionem. Nam & pactis, ut confirmaret, ſpeciatim expreſſum Ann. 1515. Winſem. *lib.* 14. *hiſt.*

Digitized by Google

milite conscripto, missis Ducibus, *Florentio* Burensi, D. Wassenario, *Felice* Comite de Moers, Frisiam Burgundiorum nomine invadit. Hi Saxonis traditione *Leovardiam*, *Franekeram*, & *Harlingam* milite præsidiario firmant, muniunt, & occupant, Unde bella, lites, furta, & latrocinia. Uterque Gelrus & Burgundus pro Frisico certat imperio. Hæc dum fiunt, utrimque plurima inferuntur damna. Gelrorum milites Franequerensibus insidiati, *Tzom*, *Lidlum*, & *Bergum* castris latis muniunt, sacerdotes cœnobio pulsi modico salario & literis acceptis Brabantiam petunt. Variis recepti monasteriis tempora præstolantur tranquilliora. Tandem egressi *Gelri* monasterium hostibus relinquunt, *Franequerenses* ipsum misere spoliant, & incendunt, reliqua sic deprædantur, ut ex ostiis, fenestris, cancellis, cardinibus, vitris, plumbo, ferro & stanno nihil remanserit, ipsum templum illato stramine student incendere, testudine impedita flamma non succedit. Idem fit in monte S. *Michaelis* à milite veterno, quorum equi in ipso templi sanctuario stabulantur, tantaque fœditate omnia conspurcant, ut solo dormitorio inviolato nihil reliquum manserit, quod horum turpitudine non sit violatum. Anno XXIII. pulsis Gelris omnique turba semota tranquillitatem nactus Abbas disperſa membra missis literis undique recolligit, monasterii restaurationem aggressus agris & pascuis necessaria inprimis comparat, equorum & vaccarum stabula ex integro erigit, ecclesiam renovat, mutato sacrario ædem Capitularem ex eo facit, altaria posterioris templi nova, *Eleonis* Abbatis tumbam, organum, sedilia sacerdotum, horologium, tabulam summi altaris novam, vestes sericas albas, novos Codices summo studio, magnisque sumptibus curat fieri. Reliquam ædium structuram auspicatur, totum ambitum nova testudine & cocto lapide obducit, refectorium novum, culinam novam simul exstruit, hospitium, cameras, pistrinum, Abbatis aulam mirum in modum reficit, sic ut veri restauratoris titulum perpetuo meruerit. Selectum insuper Canonicorum, undique accitis juvenibus doctis, collegium quindecim aut sedecim sacerdotum instituit. Erat *Joannes* moriens & vita integra, pia & honesta, staturæ eminentis, corpore robusto, & compacto, colore subfusco, vultu tristi, facies cicatrice deformata illi nomen dedit, in cibo & potu frugalis & sobrius, cerevisiam bibebat annuam Martiam.

Laneus

Digitized by Google

Laneus erat totus, panno lineo nunquam usus. Diurnis, nocturnisque sacris gnaviter interfuit, sic ut sui officii nullum intermiserit festum, quin ipse sacro præfuerit. Erat doctrina mediocri & sufficiente, summam fratrum gerebat sollicitudinem, ne levi saltem occasione data externo subjicerentur dominio. Voce submissa utens durior aliquando videbatur, quo suis terrori quandoque extitit, & tantum valuit, ut eo solo perterriti omne præstarent obsequium. Carceris rigore ob quodvis delictum nunquam usus dicitur. Cum *Georgio Schenckio* arctam colebat amicitiam, illique summe charus fuit, ob vitæ in illo compertæ integritatem. In omnibus Comitiis magna illius authoritas fuit, quem & patrem appellare non erubuere *Frisiæ* primarii. Majestati Regiæ sua industria ingentem pecuniarum copiam comparatam mille Carolinorum commodato numerat. Soluto omni debito trecentos ærario successoris florenos relinquit. His rebus feliciter actis vitæ finem sortitur Præfecturæ anno vicesimo quinto. Mortem adventantem certis indiciis sentiens ipso die S. Stephani monasticos omnes ad se vocatos ad pietatem & pacem sedulo hortatur, supplicationes pro ipso fieri jubet, ut impetrata divina gratia feliciter hinc migrare possit, dicta delictorum confessione, & sancto inunctus oleo, toto adstante collegio in Domino moritur anno Salutis nostræ 1543. ipso die S. Joannis Evangelistæ in medio chori sepultus, lapide opertus quiescit. Laneis quum uteretur indusiis in ipso mortis articulo vix illi persuasum fuit, mutatis illis lineis uteretur. Jubet præterea, ne ipso decedente cuiquam sint molesti aut infensi, colonos omnes ipsi ad obolum numerasse proventum. Commendato illis ex sorore nepote D. *Godefrido* in Domino moritur anno salutis ** 1542. At Prior Lidlumensis *Joannes* Godefridi frater futuram fratris electionem, quam summopere optabat, lento & difficulter videns procedere adjutus prudentia & auctoritate Domini *Johannis* Trajectensis Menaldumensis ecclesiæ Pastoris, cujus ob senium & doctrinam magna erat æstimatio, electionem promovet. Quo impulsore communi suffragio Godefridus ecclesiæ in *Tzummarum* Pastor Abbas declaratur. Electum Hasselensis confirmat. Instante quadragesima *Trajectum* profectus consecrationem in se recipit. Erat *Godefridus* natione *Zwollensis*, familia Doeis, materna stirpe *Keppel*,

** Supra 1543.

Joannis ex *Aleyde* ſorore nepos. Hic avunculi ſuaſu religionem deſiderans Friſiam &c.

GODEFRIDUS XXXII. *Abbas.*

Exequiis pro more veteri peractis præſente Domino patre Abbate *Joanne* Haſſelenſi Lidlomenſes ſimul collectos ædem ingredi Capitularem mandat ſacri numinis implorato præſidio novam electionem decernunt. Eliguntur ex præſtantioribus ſex, quibus plena datur ex ſeſe Abbatem creandi poteſtas, orta ex præeminentia altercatione, dum neuter alteri cedit, ægre admodum de Abbate creando inter illos fuiſſet conventum, ni mature Prioris Joannis ‡ conſilio fratre *Godefrido* † *Deditius* proſpectum de electione fuiſſet. (1) Hic fratris cauſam cernens lente admodum procedere auctoritate D. *Joannis* Trajectenſis in *Menaldum* Paſtoris, cujus ob eruditionem & ſenſum magna erat æſtimatio, Godefridum conventus nomine Abbatem pronunciat. Quo facto reliqui omnes confirmant. Sic ad ædem reditur Capitularem. Electum pater Abbas Haſſelenſis confirmat, inſtante quadrageſima *Trajectum* petit, & Abbas inauguratur. Fuit Godefridus Zwollenſis familia *Doeys*, materna familia à *Keppel*, *Joannis* defuncti ex ſorore nepos. Hic avunculi conſilio fretus Friſiam ſe conferens *Lidlum* à *Duvelando* excipitur, morum civilitate omnibus charus fuit. Erat natura placida, miti, & benigna, ſtatura media, capilli albi, oculi glauci, naſus aduncus, cutis candida, mollis, & fœminea, vox clara & exilis. Ingenio fuit non admodum felici, ob deſideratam in illo eruditionem majorem, quod & ipſum ſuo ſtipendio coëgit aliorum pendere judicio, alioquin ipſus majori felicitate præſtaturus, quod aliis quandoque corruptis committendum fuit. Quod ipſi in multis cauſis arduis frequenter accidiſſe pro comperto habemus. Prior deſignatus ſumma mititate præeſt, exinde Paſtor in

‡ *Lidlumenſis.*
† *Doeys.*

(1) In altero exemplari: *At Prior Lidlumenſis Johannes Godefridi frater futuram fratris electionem quam ſummopere optabat, lente & difficulter animadvertens procedere, adjutus prudentia & auctoritate Domini Joannis Trajectenſis Menaldumenſis eccleſiæ Paſtoris, cujus ob ſenium & doctrinam magna erat æſtimatio, electionem promovet. Quo impulſore communi ſuffragio Godefridus eccleſiæ in Tzummunum Paſtor Abbas declaratur. Electum Haſſelenſis confirmat. Inſtante quadrageſima Trajectum profectus confirmationem in ſe recipit, Erat Godefridus nationæ Zwollenſis, familia ** Docis, materna ſtirpe Keppel, Joannis ex Aleyde ſorore nepos. Hic avunculi ſuaſi religionem deſiderans Friſiam &c.*

** *Doeys.*

Digitized by Google

in *Tzummarum* electus *Joannis Roordamani* invidia laborans prudenter dissimulat. Abbas designatus monasterium reperit omni penu & pecore plenum, in eo reliquis suis Antecessoribus longe felicior, quorum plerique in restaurandis ædibus ingentes tulere molestias & operum & sumptuum. Fuerunt & tempora hujus tranquilla, sic ut alta pace perpetuo usus sit. Erat huic frater Joannes monasterii Prior, cujus modo meminimus. Hunc *Godefridum* precibus & præcedentibus meritis Tzummaronenses ipsi substituunt. Anno Præfecturæ hujus secundo *Sibrandus* Leonis anno quadragesimo quinto religionis amore captus in ipsa bruma vigilia Epiphaniæ Domini relicta Leovardia *Lidlum* ingreditur, & in festo D. Gregorii candida veste sumpta etiamnum in religione perseverat. Literis *Godefridus* præter modum favit, suosque ad studia perpetuo hortabatur, nec sumptibus parcens nec libris, de sua in literarum studiis insicitia plurimum doluit. Ædificiorum structuris intentus Canonicorum integro dormitorium ex lignis & petris tecto ornavit. Bibliothecam ad finem dormitorii struxit luculenter, quam & optimis libris perornavit. Totum ambitum pavimento novo struxit, vestes holosericas Anglia ex religionis mutatione advectas, magno pretio comparatas Lidlomensi donavit ecclesiæ, promissionum facilitate usus levitatis notam effugere vix potuit. Ordinis rigorem paulo remittens sacerdotum luxui plusculum indulgebat, unde post obitum sui desiderium reliquit. His pietatis studiis decennio integro summa laude & industria sic præfuit, ut debiti nihil contraxerit, & quemadmodum in vita nihil nocuit, sic nec obitus illius ulli ullas molestias peperit. Morbo correptus articulari in ipso S. festo Paschæ finito sacro extremam unctionem desiderat. Qua allata sacerdote precationem Dominicam confessionem publicam præcedente, & verbis, quantum potuit, & nutu subsequitur, dicta absolutione manum ipsi imponi postulat. Quo facto omnibus adstantibus exspiravit. Postridie præsente Dn. *Henrico Smenck* patre Abbate in templum delatus matri in posteriore S. ædis parte contumulatur anno partæ salutis 1553.

XXXIII. ISBRANDUS HARDERWYCK.

Curato funere *Lidlumenses* ædem Capitularem ingessi S. Spiritus invocata gratia Dn. *Henrico Smenck* patre Abbate electioni

Digitized by Google

præsidente statuta ordinis jubet proferri, & caput de modo eligendi Abbatis à D. *Sibrando* Pastore in *Menaldum* prælegi. Quibus peractis de electione agitur. Fuit hic conventus frequens admodum, multis viris rerum notitia claris ornatus, quorum nomina sequuntur; Dn. *Victor* oeconomus doctus & probus Amsfordianus, *Joannes* Colonienſis Prior, *Joachimus Doesborch* in *Bajam* Prior, *Franciſcus Leovardienſis* Pastor in *Tzummarum*, Isbrandus Haderwyck Pastor in *Spannum*, *Petrus Goutum* Pastor in Vinsum, *Sibrandus Leonis* Pastor in *Menaldum*, *Lambertus Harderwyk* Sacellanus & Senior, Dn. *Wilhelmus* in Beelcom Sacellanus Noviomagenſis, *Henricus* Leovardienſis Pastor in *Beelcom*, *Egbertus Vollebovius* Pastor in *Sexbirum*. Hi cum reliquis fratribus ædem ingressi Capitularem de electione consulturi, proponunt Pastores, cœnobitæ ut animi sui sententiam explicent. Priores de sua interrogati in cœnobitas rejiciunt. Prior respondet libere illorum electionem communi consilio *Isbrando* in *Spannum* Pastori esse collatam, id ipsum *Victor* & *Joachimus* confirmant, reliqui huic electioni adstipulantur. *Isbrandus* veniam precatus velut procumbens *Victoris* pallio Abbas salutatur. Ædem novo Abbate adducto ingrediuntur capitularem. A *patre Abbate* confirmato claves traduntur monasterii. Actis Deo gratiis sedique primariæ inductus ad aulam pransum redeunt. Post largam bidui potationem quisque domum revertit. Peractis Pentecostes feriis Trajectum petiit à Dn. Nicolao de nova terra Vicario, postmodum Episcopo Harlemenſi consecratur. *Antverpiam* profectus *Georgium Roorda* summum amicum morbo deprehendit fatali correptum, cui ad extremum halitum præsens fuit. Eo amisso rediit. Celebravit in festo divi Jacobi primum sacrum, quod splendido omnibus monasticis convivio dato decoravit. Erat *Isbrandus* Gelrus, patria *Harderwyck*, parentibus natus honestis, à venerabili patre D. *Joanne Keppel* religioni dedicandus excipitur, habitu monastico cultus, literarum studiis inhæsit gnaviter, dulci verborum lenocinio plures in sui favorem pertraxit. Sacerdotii gradu sublevatus ob linguæ facundiam Sacellanus in *Menaldum* à *Joanne* Pastore deligitur & assumitur. Hic morum civilitate & obsequio nobilium animos excitat, quorum patrocinio in *Spannum* Pastor deligitur. *Beelcomanæ* exinde ecclesiæ pastor designatus eo migrat. Lutheranorum

studiis

Digitized by Google

ſtudiis delectatus vendita ſuppellectile modicam pecuniarum copiam colligit. *Lidlum* ſub autumnum repetit. Poſt Virginis purificationem abiens mutato habitu *Vittenbergam* Saxoniæ ditionis oppidum *Lutheri* ſcholam adiit, & lectionibus inhæret. Ad divi Jacobi feſtum *Caroli* Imperatoris publicatis literis omnibus ſuarum ditionum incolis rebellionis pœna addita mandat ſuos pueros & adoleſcentes, & quoslibet ex Academiis interdictis revocent. Erat *Isbrando* cum *Cyriaco Kemponis Donya* filio magna familiaritas. Hi pari ſtudio juncti mutua opera ſimul redeunt. Quo facto à D *Godefredo* graviter ob diſceſſum læſo ægre admittitur. Carceris pœna levatus modica plectitur pœnitentia. Hinc *Georgii* ſtudio eccleſiæ *Spannumenſi* præficitur. Abbas electus preſſam diu magnanimitatem data percommoda occaſione ſenſim retegit, quia elatior factus Primatum Friſiæ venatur amicitiam, magnis & ſplendidis utitur conviviis fratrum omnium ſollicitate poſtpoſita. In Comitiis *Leovardianis* octo Friſiæ totius conſtituendæ primariis, quos *Deputatos* appellant, hic ſolus annumeratur. Reliquis tribus *Ruardo Roorda*, *Scheltone Liankaima*, Doctori *Barthæ Sylvano* communi ſuffragio additus *Bruxellam* adiit, idque mandato Cæſaris, qui Belgii totius conventum celebrans filio ſuo *Philippo* ditionis inferioris Germaniæ omnes præſentibus Primariis tradere decreverat, ut in verba illius jurarent Ann. 1555. Eo negotio feliciter curato rediens Abbatis aulam novo exornat culinæ ædificio, monaſterii formam mutans rem culinariam ſibi ipſi accommodat. Hinc ipſam aulam magnis ſumptibus & aſſere levigato incruſtat, & veſtit. Præpoſitura Bolſverdienſis D. *Viardi* Zutphanienſis Præpoſiti ignavia, & luxu, & ſocordia magnam æris alieni copiam contraxit, quam dum nequit perſolvere, Abbas mandatu Curiæ eo profectus rem omnem intelligit, & debita conſcribit, quod dum Curiæ refert ſumpto ex tempore conſilio negotium omne Abbati ut patri commendant certis legibus, quibus obſtrictus infra certum annorum numerum ſoluto debito integre reſtitueret. Hoc modo conſenſu Curiæ rationes omnes cum ipſis monaſticis ad ſe transfert Ann. 1558. ſolo *Joanne Cortgene* Priore relicto. *Viardus* alibi relegatus paulo poſt moritur. Temporis intervallo tranſcurſo fructu colonorum annuo contracto ingenti pecuniarum corraſa copia novas cum illis leges ſtatuit, quibus fretus nummis ædificationis luxum, & conviviorum ſtrepitum ferebat. Statuto

Digitized by Google

à Curia termino finito quorundam amicitia usus cuctantius agit. Tandem Præpositura ipsi erepta à Curia usque in Episcopi adventum annis, ni fallor, quinque possidetur. Cujus pensiones & redditus novæ Curiæ construendæ applicantur. Rursum cum prænominatis Primariis *Brugas* profectus *Philippum* Regem abeuntem suasque provincias Comitibus & Baronibus tradentem coram intuitus. Redeunti magnæ de *Henrico Smenck* Abbate Horti deferuntur ipsi querelæ ob assiduas debitorum exactiones, functionem quoque sordidam. Ipsa Curia Isbrando mandat hujus rei rationem habeat. Isbrandus re intellecta ex Curialibus comitem expetit, qui negotiis ab se curandis certus testis sit. Quo impetrato *Petrus Dekama* Isbrando additur. Hæc latius in vita *Henrici Smenck Fol.* 60. Anno Domini 1566. pridie natalis Divæ Virginis fit *Leovardiæ* religionis veteris mutatio. Civium plerique fortunæ lautioris vocatis ad urbem concionatoribus *Zuinglianis Antonio* & *Martino* apostatis negotium diu celatum tandem per vim aperiunt. Audito tympanorum compulsu ad arma prosiliunt. Sagittarii inprimis. Sub vesperam ædem sacram D. *Viti* primariam irruunt, statuas omnes demoliuntur, aras subvertunt, templum ruderibus repurgatur, calce illata parietes incrustant tanto nitore, ut vix omnium vestigium cerneretur ullum. Concionatores armato milite ad suggestum deducti pro viribus sua dogmata proferunt, ab omnibus lingua vernacula cantillatur, & luditur, ipso natalis Domini die crux hæreticorum instituto sumitur. Comes *Arenbergius* Bruxella *Leovardiam* rediens post diem natalem Domini Comitia celebrans rem omnem ante actam retractat, pacis cupidus omnia illis facile ignoscit, dummodo pulsis concionatoribus hæreticis, iisque qui illis addicti resipiscentiam negarent, in pristinum statum reducerent sacra omnia. Quod dum ob quorundam temeritatem & pertinaciam facile impetrare nequit, major quoque indies fieret causæ successus *Bruxellam* repetit, accepta potestate, cum aliquot levis armaturæ equitibus in armis conspicitur, accersitis quatuor signa militum centurionibus contrahit, arcem *Leovardianam* clam inducto milite majore præsidio munit, mœnia reficit, tormenta ænea ex ordine statuit. Leovardienses territi missa ultro citroque legatione pacificationem statuunt, & cum ipso inire postulant. Qua facta pelluntur urbe concionatores, ceterique ex pagis & oppidis sacerdotes infecti decreto Senatus

Digitized by Google

tus exulatum abeunt. Ipso divi Petri cathedræ die duo militum signa propriis sumptibus alenda suscipiunt. Fit veteris religionis restauratio. Hæc subita metamorphosis rerum plurimis hæretica pravitate infectis præter modum accidit & displicuit. Paschæ peractis feriis *Ludovicus* Reip. Christianæ per Belgium turbator audacissimus *Veddani* arcem muniens undique ad se confluentem militem recipit, magnis copiis collectis *Dammonam* ingreditur Groninganæ urbis invadendæ commodam occasionem expectans. *Arenbergius* impositio milite Germano præsidiario Comitem *Meganum* illis præfecerat. Ex *Brabantia* Hispanorum decem signa adducens *Harlingam* applicuit, Frisiam transiens recta *Groningam* contendit. Goseani de hostium adventu ex indicio certi in *Heiligerlee* velut cedentes properant, ubi instructa acie Hispanos operiuntur. Quos dum studiose nimium persequitur, Hispanorum furore adactus conspectos hostes adoritur. Hic inconsulte dimicans cum reliquis Hispanis trucidatur. *Goseani* optima præda onusti *Groningam* ab orientali parte obsidione cingunt. Circa festum D. Jacobi Albanus ingenti sumpto exercitu *Bruxella* movens *Groningam* infesto contendit itinere. Goseanorum castra conspiciens adornata acie magno & celeri gradu fugientes insequitur, cæsis in præsidio relictis ulterius progressus *Iemmingen* illos castris necdum munitis otiose offendit, ad virtutem suos hortatur, displosis tormentis invadit & vincit. Trucidantur *Goseani* magno numero. *Ludovicus* arrepta cymba trajiciens *Amasum* salvus evadit. Brabantiam repetens *Vilhelmum* Auraicæ Principem *Ludovici* germanum magno exercitu adventantem Mosam trajicere compulit. Frisia isto terrore liberata rempubl. tranquilliorem habuit. Anno 1568. in ipsis Paschæ feriis Isbrandus patre Abbate *Godefrido*, Dn. *Henrico Kesselio* Abbate *Doccumano* vocatis, omnibus quoque *Lidlumensis* monasterii Canonicis in æde Capitulari simul collocatis, longa habita oratione, sui absolutionem officii summopere expetit, & ut dicto sint obtemperantes obnixe orat. Monastici hujus oratione ipsum abdicatum nolunt, magis ut in administratione pergat orant. Ille se hoc integre præstare ob ingentes morborum, quibus occulte premeretur, molestias non posse adfirmat. Hoc tandem precibus impetrant unius saltem anni spatio in functione permaneat, eo transacto si de suo proposito nihil remittat, se quod ex tempore commo-

dum erit facturos promittunt. Anni transcurso spatio eodem convocati die idem quod nuper petit & obtestatur. Antequam hæc fierent autumno præterito ipsum ex agro Groningano salutarat Abbas Marnensis *Joannes Geelmuiden* Lidlumensis monasterii Canonicus. Hic Dn. Victori in Prioratu *Bajumensi* succedens postmodum carnis debitum solvente D. *Joanne* Colonienſe *Verdmano* electione communi designatus Abbas & successor summa laude præerat. In ipsa salutatione *Isbrandus* animi sui sententiam explicat, deque illo substituendo verba facit: Omnibus igitur modis hunc velut ipsi obsequentissimum ad futuram dignitatem per submissarios promovet. Impetrata absolutione promittuntur annui floreni quingenti, quibus certa ex suppellectile adduntur donaria. Confectis ea de re literis nova initur electio. Communi decreto *Joannes Gelmudensis* Abbas designatur *Lidlumensis*. Scriptis electionis literis ab omnibus eædem subscribuntur. Eodem quo *Isbrandus* absolvitur anno, venturi Episcopi Leovardiensis prodromus *Leovardiam* veniens mox futuri Episcopi literas in ecclesia Leovardiensi primaria omnibus prælegit. Postridie purificationis Deiparæ Episcopus *Leovardiensis Cunerus* Zelandus *Brouwershavius* vir magnæ eruditionis, S. Theologiæ Doctor, quondam ecclesiæ divi Petri Pastor Lovanii adest. Literis Sedis Apostolicæ suam professionem & Præsulatum demonstrat. Hinc Præposituram *Bolverdiensem* ab eadem Sede Apostolica suæ mensæ cum omnibus agris & redditibus assignatam certis literarum testimoniis docet. Ulterius progressus omnium reddituum, agrorum, & debitorum, suppellectilium Præposituræ præfatæ exactam rationem desiderat. Quod cum *Isbrando* objicitur, magnam illi difficultatem parit. Frequenter ad illud præstandum commonefactus videt sibi cum ipso fulminante Jove rem esse. Quibus igitur mediis sese his tricis expediat, dum altius meditatur ab ipso Præsule per advocatum Frisicum citatur. Tandem collectis rebus omnibus relicta Frisia, *Hardervicæ* salutatis amiculis, *Emdam* omnium asylum profugorum adiit. Longius hæsitans ducta uxore apostata *Francofordiam* proficiscitur. Peste correptus utramque illam amittit. Morbo remissius agente mutandi aeris gratia *Coloniam* profectus, pestis recruduit, qua extinctus moritur. Anno dignitatis XVII, ætatis LVI. Salutis CIↃ. IↃ. LXXI.

XXXIV.

Digitized by Google

XXXIV. JOANNES GEELMUDEN.

Electus Abbas *Johannes Gelmudenſis* ſumpto ſecum fratre D. *Nicolao* Lidlum ſumma celeritate, quantum poteſt contendit, ab utroque Abbate diu exſpectatus confirmatur. Cum *Isbrando* de donariis, de reddituum omnium ratione, accepto libro rationali amice tranſegit, ſuoque exinde officio ſumma diligentia præeſt. Nicolaum virum modeſtum, & pium fratrem communi virginum ſuffragio electum Abbatiæ ſubſtituit, qui ab Epiſcopo Groningenſi *Joanne Knyſio* conſecratus feliciter præeſt. Literarum ſtudiis diſcuſſa curarum nebula, quantum poteſt intentus illis, incumbit ſummopere. Fovet Muſas ac diligit. Huic cum Epiſcopo Leovardienſi de Archidiaconatu *Vinſumenſi* anno 1559. magna fuit contentio. Hic dum ſuum jus ſtudet defendere miſſo Dn. *Sibrando* eccleſiæ *Beelcomanæ* Paſtore *Steinfeldiam* à D. *Jacobo Panhuſio* patre Abbate literas impetrat, quibus pro more vetere ipſi velut Friſiæ totius Viſitatori omnium monaſteriorum, eccleſiarum, & pagorum jura, vetere ei conſuetudine ſubjectorum viſitandi plenam dat poteſtatem. Hieme ſequente Brabantiæ patribus hoc promoventibus *Albanus* miſſo nuncio omnes Friſiæ Abbates & Prælatos Præmonſtratenſis ordinis *Lovanii* ad diem Februarii 10. præſentes eſſe mandat. Abbates interim difficultate moti præfatum D. *Sibrandum* rei cognoſcendæ cauſa eo dirigunt, & ſubmittunt. Quibus auditis neglecto *Steinfeldio* novo Friſiorum Abbates ſubjiciuntur Ordinum imperio. Primus Belgii totius *pater Abbas* deſignatur *Floreffienſis*. Anno. CIↃ. IↃ. LXXII. recruduit bellum *Goſeanorum* in Friſia. Albanus ex quavis mercatura decimum nummum poſtulans magnas excitat per Belgium tragœdias. Qua exactione Goſeanis rei † male gerendæ magnam dediſſe occaſionem memoratur. Hi collectis copiis Zelandiam, Hollandiam, magnam inſuper Gelriæ Tranſiſalanæque ditionis partem invadunt & occupant. Nec Friſia ex abundante exulum numero quieta eſſe potuit, ex propinquo Campenſium oppido miſſis literis evocato promiſſis per *Jodocum Schouwenburgium* Comitem *Bronchorſtio* Gelro, ſuarum rerum prodigo, levi militum manu *Snecam*, hinc *Bolſverdiam*, paulo poſt *Franequeram* occupant, furtis, rapinis & incendiis omnia conſpurcant & corrumpunt. Eccleſiis, templis, cœ-

† *bene.*

Digitized by Google

nobiis, & Sacerdotibus graviter infenſi omnium horum bona ſumma liberalitate furenti militi conceduntur. Ante occupatam à *Goſeanis* Franekeram Abbas ingenti ſollicitudine bona *Lidlumenſium* præſtantiora eo contulerat civium fretus conſtantia, ſed præſentes civium animos ſenſim degenerare comperto, vix biduo conceſſo, magna celeritate & actutum ſua quæque vidulis & vaſculis recondita *Leovardiam* transfert, ipſe cum ſuis ſubſequitur. Goſeani occupata urbe Abbatis ædes invadunt, optimi viri *Docconis Martena* modo, proch dolor! hoſtis declarati interventu quædam cum reliqua ſuppellectile ſervantur, quæ ipſus ſibi perpetuo ſervat, quouſque *Goſeanorum* durabat imperium. Goſeani egreſſi *Lidlum* præter modum deprædantur, quicquid ex pecore, frumento, oſtiis, feneſtris, cancellis, aris, & reliquis moveri potuit, auferunt, rapiunt, & effringunt. Friſiæ defenſor D. *Caſpar Billy* immiſſo milite Germano monaſterium erectis mœniis firmat, id ipſum in *Aenjum* & *Bajum* præſtat. *Schouwenburgius* largis Friſiorum promiſſionibus de occupanda *Friſia* videns ſe fruſtratum, capto ex tempore conſilio, parvis vidulis auro & argento plenis circa D. Martini feſtum ſubſequitur fugam arripiens. Hujus veſtigia ſectati reliqui urbes vacuas, exciſas, & ſpoliatas Gallis relinquunt. Fuga per exploratores comperta D. *Billy* vir ſtrenuus & animoſus in *Mackum* uſque proſequitur. Rediens impoſito civitatibus præſidio Regiæ Majeſtatis nomine rurſum occupat. Abbas ſumptuum & moleſtiarum ſatur *Franekeram* rediens amiſſa quæque recuperat, comparato pecore monaſterii agros & paſcua propriis colit ſumptibus Tudonis fratris laici opera uſus fideli.

Et hactenus Sibrandus. Paſſim meminit monaſterii in libris hiſtoriarum doctiſſimus Ubbo Emmius. Meminit fundatorum ejus Sibodi & Tzallingii Donya *lib.* 7. *hiſt.* Cœſi etiam Liaucamæ, cujus prædicat pietatem, eodem modo quo Auctor hic, *lib.* 13. Cœnobium opibus prævalidum, & hominum multitudine, otioſorum ſcilicet, abundans ait nihil diſſimulans *lib.* 14. *pr.* Nec habeo quod addam hic. Sequuntur

SUE-

Digitized by Google

SUEDERI DE CULENBURCH

Ex Dynastis de Culenburch

ORIGINES CULENBURGICÆ

Ab exordio Dominii usque ad Ann.

CIↃ. CCCC. XCIV.

INt jaer ons Heeren CIↃ. ende XV. dede *Adelboldus* neder breken dat alde werck, by *Baldericus* getimmert t'Utrecht, ende dede een nye fundament leggen, vertimmerende die kerck, ende mede die kerck van *Thiel* St. Martyn, die hy heyde in corte jaren volbracht.

Ann. CIↃ. XXIII. wert volmaeckt die Domkercke t'Utrecht van Bisscop *Adelboldus*, ende quam Keyser *Henrick* totte Kerckwydinge mit XII. Bisscoppen, diese wyden.

Int jaer ons Heeren CIↃ. LX. timmerden *Godefridus* Bisscop t'Utrecht ter *Horst* tegens den Graef van Gelre, *Vollenho* tegens die Vriesen, Woerden tegens den Graef van Hollant, *Montfoort* tegen syn selfs ongehoorsaam volck.

Ann. CIↃ. XCII. dede Bisscop *Conraet* stichten eene kerck t'Utrecht aen de weststyde van onser liever Vrouwen, dair die gront so slyckich vant, dat men daer niet funderen mocht. Doch was daer een onder die metselaren, die raet wost, ende die Bisscop mit gelde die konst van den knecht leerden. Ende die meyster der metselaren den Bisscop vermoorden, om des haets ende nydts wil. Ende dese metselaer was een Vries, ende syn soon had die konst geleert.

Anno 1122. stichte *Godebaldus* Bisscop t'Utrecht *Oostbroeck* van Monnicken ende van Nonnen, ende hietent der *Orden kerck* om haren strengen leven, want daer bloeiden d'alderstrengste der Oorden van St. Benedictus regul. Dese Bisscop verdreeff die Regulier Canonicken van *Middelburch* om haer oneersaem leven, ende setten daer van der Oorden van de *Premonstreyten*, die hy nam tot *Antwerpen* uit Sinte Michiels

Digitized by Google

clooſter. Deſe Biſcop werf van den Paus *Alexander*, dat die van Utrecht haer *inſula* weder creghen, die ſy na Biſſcop *Bonifacius* quyt werden.

In Biſſcop *Godeboldus* tyden was t'groot Concilium te Romen, daer hy wederomme vercreech van den Paus *Alexander* die derde, voor hem ende ſyn nacomelingen, twelck hy weder werff om ſonderlinge gunſten wille, dat welcke by Biſſcop *Bonifacius* tyden verſuymt was, dat hier te lange te ſcryven waer.

In den ſelven tyden wiert gefundeert t'clooſter te *Marienweert*.

** Vide ſupra Fundat. Sacr. Aliq. Ædium &c. Fundat. V.

** *Anno milleno centeno bis quoque deno*
Inſula fundatur, ſi bis quater adjiciatur.

Anno CIↃ. cc. doe wert die ſael ende den ouden toorne aengeleyt aen t'huys te *Merwede* by Heer *Daniel* van der *Merwede*.

Int jaer ons Heeren CIↃ. cc. LXXI. coft Heer *Hubrecht* van *Boſinchem* die hoeve lants, daar dat huys *Culenburch* op ſtaet, (1) van den Prooſt ende Heeren tot Oudemunſter t'Utrecht, vry eygen goet, ende timmerden die ſael, ende leefden niet lange

(1) Caſtrum tamen, de quo ſermo eſt, & ſuprema ejus juriſdictio 100. libris Hollandicis diſtracta ab hujus filio, & in Gelriæ Comitem Reynaldum I. tranſlata, & accepta ab eo rurſum eodem tempore in beneficium, tabulis de eo editis, quæ ſe habent, ut ſequitur:

Nos Hubertus *dictus de* Boſinchem *præſenti ſcripto proteſtor & recognoſco evidenter me nobili viro* Reynaldo *Comiti Gelriæ & Duci Limburgenſi caſtrum meum dictum Culenburgh de libera mea voluntate pro centum libris Hollandicorum denariorum hereditarie vendidiſſe in hunc modum; quod ipſe Comes & ſui heredes de ipſo caſtro profectum ſuum facere poterunt & utilitatem contra quoſcunque, nec hoc ego Hubertus prædictus ſeu mei heredes contradicere poterimus, nec debemus, vel impedire. Ego etiam* Hubertus *prædictus ac mei heredes à Comite prædicto ſuiſque heredibus caſtrum prædictum hereditarie tenebimus & poſſidebimus jure Zutphanienſi. In teſtimonium & robur hujus facti ſigillum meum præſenti literæ duxi apponendum. Datum anno Domini* CIↃ. CↃ. LXXXI. *feria ſexta, quæ fuit vigilia beatæ Cæciliæ virginis.*

Unde & iterum iterumque eum Dominum ſuum vocat Joannes Huberti, filius in charta Ann. 1313. ex quâ conſtat & quædam alia

à

lange, na dat hy 't begrepen had, die eerſte Heer van *Cuylenburch*. Deſen Heer *Hubrecht* voorſz, eerſte Heer van *Culenburch* regeerden *Boſinchem* XXXII. jaer, ende ſterf Ann. 1276, *Margareta* uxor ejus.

Hu-

à Comite ipſi in feudum data, ſed quæ non magni momenti, ut oſtendit charta, quæ hæc eſt:

nibus. Haud dubie, si attendas, plurium hic symbola, & ex diversis collectio. Nec Servii, sed ex Servio. Scioli potius, aut semidocti, qui ex majori ipsius opere quædam tantum excerpsit, pro suo fortassis captu assutis etiam nonnullis, quæ Servius, si reviviscceret, non agnoscceret pro suis. Sed & illud est, quod miretur quis, quod eo in exemplari, è quo primum descripta hæc, omnia indistincte tam Græca, quam Latina, Latinis verbis expressa, & tanti tamen facta hæc ab orbis gloria literati Josepho Scaligero, ut in his etiam restituendis, & nitori reddendis pristino, ponere operam non dedignatus sit, ut liquido ex iis discas, quæ Scriverius adscripsit hic: *In Bataviam*, inquit, *è Gallia importaverant Ornatissimi fratres Labbæi. Omnia erant Latinis Literis scripta, qua Græca qua Latina. Ordini restituit Doctorum Phœnix* IOS. SCAL. JUL. CÆS. FIL. Quicquid sit, vir Illustris, ut ad te revertatur, quod à te profectum totum tuum est, & quod ut tuum agnoscent posteri, æquissimum censui. Ut tuum ergo id tibi offero, tibi dedico, consecro, & ad aram benevolentiæ, qua me complecteris, depono. Plura sunt, quæ tibi debeo, beneficiis tuis sic obstrictus, multis magnisque, ut arctius vix possit quisquam. Utinam veniat ille dies, quo non dicam expungi, sed ex parte & quadamtenus tot nomina possint minui! Verum irrita prorsus spes hæc. Cumulandi enim beneficiis me major tibi quam mihi vel verbis, ut par

Digitized by Google

est, agendi gratias facultas. Vale Nobilissime & Amplissime Vir. Deus Opt Max. illustrem tuam Amplitudinem patriæ & bonis literis, ut tempus utrumque & belli & pacis tuis etiam consiliis quam optime possit regi, validam florentemque in multos annos adhuc præstet. Ita vovet, & Deus faxit, ne inefficax sit votum,

NOBILIT. & AMPLITUD.

Tuæ Devotissimus

ANTON. MATTHÆUS.

SERVII

Digitized by Google

SERVII GRAMMATICI
GLOSSÆ.

A.

A abs ἀπό.
Abavus ἀππάππος.
Abavia προμάμμη.
Avia μάμμη.
Abnepos ἀπέκγονος.
Abortus ἀφθορή.
Abortivus ἔκτρωμα.
Avus πάππος.
Adtaguo προβάδισις.
Adjutor βοηθός.
Adjutorium βοηθεία.
Adulterator, προδαχαράκτης.
Adventus παρουσία.
Adversitas ἀντίφασις.
Adversarius ἀντίδικος.
Advocatus συνήγορος.
Adulterium μοιχεία.
Adulter μοιχός.
Adulteratrix μοιχαλίς.
Adulterinum προδιάγραμμα.
Adprobatio ἀπόδειξις.
Ægestas ἀπορία.
Æstimatio ἀξιτίμησις.
Acies πρόταξις.
Accusatio κατηγορία.
Actio ἀγωγή.
Alius, alter, ἄλλος.
Altercatio ἀπερίλογία, ἀπόφιλογία.
Amantissimus περιφιλήτατος.
Ambitio περιδοξία.
Amici φίλοι.
Amicus φίλος.
Amicitia, φιλία.
Animal ζῶον.
Anima ψυχή.
Animalia ἔμψυχα.
Anus γραῦς.
** Anucla γραῖα. ** An Anicla?
Antiquus ἀρχαῖος.
Antistes ἐπίσκοπος.
Audientia ἀκρόασις.
Autoratio φράσις.
Aurum χρυσός.
Aurea χρύσια.
Appellatio ἔκκλητος περιγραφία.
Arra ἀρραβών.
Arbitraria δοκιμασία.
Argentum ἄργυρος.
Aries κριός.
Arcarius τραπεζίτης.
Arcus τόξον.

B.

Barba πώγων.
Beatus μακάριος.
Benditor πράτης.
Benedictum εὐλόγημα.
Benedictus εὐλογημένος.
Beneficia, προνόμια.

Bene-

Beneficium δωρία.
Benignitas καλοκαγαθία.
Berbex, πρόβατον.
Berus ἀληθὴς.
Bersum ἀναστροφὴ.
Bestis στολὴ.
Bestitor στολίτης.
Bia ὁδὸς.
Bidua χήρα.
Bictus τρυφὴ.
Billa ἀγρὸς.
Bisus φάσις.
Bona fides καλὴ πίστις.
Bonitas ἀγαθότης.
Bonus ἀγαθὸς.
** pro Vulva. Bulba ** μήτρα.
Brevitas συντομία.

C.

Caza πλοῦτος.
Cener γαμβρὸς.
Cenerositas εὐγένεια.
Cenerosus, εὐγενὴς.
Centilia ἐθνικὰ.
Centile ἐντόποιν.
Cermanus ἀδελφὸς.
Cladium ξίφος.
Cloriosus ἔνδοξος.
Cloriæ cupidus κενόδοξος.
Cloria δόξα.
Cradus βαθμὸς.
Cratia χάρις.

D.

Damnum ζημία.
Datum δοξία F. δόσις.
Debitum χρέος.
Debitor, χρεώτης.
** Debiogmator διαπαρθενητὴς
Debotus καθωσιωμένος.
Deditio ἔκδοσις.
Decretum ψῆφος.
Decurio δεκάδαρχος.
Delator κατηγόρος.
Delibatio ἀπαρχὴ.
Diligentia, ἀφιλία, ἐπιμέλεια.
Delicta ἁμαρτήματα.
Deus, θεὸς.
Deminutio μείωσις.
Depositio καταθήκη.
Descriptio διαγραφὴ.
Desiderium, ἐπιθυμία.
Desertio ἀναστροφὴ.
Despondeo κατεγγυῶ.
Detrimentum ἐλάττωσις, ζημία.
Defensor ἔκδικος.
Defensio ἐκδίκησις.
Defraudo ἀποστερῶ.
Divisim δὶ ἕνα.
Dignus, ἄξιος.
Dignitas, ἀξίωμα.
Digestum διατύπωσις.
Dies ἡμέρα.
Dictum λόγος.
Dictatura ὑπαγορία.
Diurnum, καθημερινὸν.
Discrimen, ἀνάκρισις.
Disertus, λόγιος.
Dissocio, διαλύω.
Discrimen κίνδυνος.
Dispensator, οἰκονόμος.
Distinctio διάλυσις.
Distantia διχόνοια.

Dis-

** Leg. *Debirginator* i. e. devirginator.

Digitized by Google

Distributio, διανέμησις.
Dives πλούσιος.
Documentum διδαχή.
Dolus, δόλος.
Domesticus οἰκεῖος.
Dominatio δεσποτία.
Dominatus δυναστεία.
Domus οἰκία.
Donatio δωρεά.
Donativum χάρισμα.
Dotata ἔμπροικος.
Dotalia προικιμαία.
Dotalis προικιμαῖος.
Doto προικίζω.
Dux πολέμαρχος.

E.

Egenus, ἄπορος.
Emendatio διόρθωσις.
Emptio ἀγορασία.
Emptor ἀγοραστής.
Emptrix ἀγορᾶσία.
Ensis ξίφος.
Erile δεσποτικόν.
Examen δικαστήριον.
Exemplum ὑπόδειγμα.
Exercitus στρατόπεδον.
Exercitatio γυμνασία.
Exilium ἐξορία.
Exitus ὄλεθρος.
Exordium ἀρχή.
Exulo ἐξορίζω.
Expeditio στρατιωτικὴ ὁπλομία.
Expositio, ἔκθεσις.
Extraneus ἐξωτικός.

Ex testamento ὁπὸ διαθήκης.
Epulum δαιτυμών.
Ergastulum ἐργαστήριον.
Ereditarius κληρονόμος, μιαιφόνος.
Eruditio, παίδευσις.
Error πλάνη.
Essentia ὕπαρξις.
Eventus ἔξοδος.
Efferus θηριώδης.
Iactura ζημία.

H.

Habitator ἔνοικος.
Heres κληρονόμος.
Heri χθές.
Hodie σήμερον.
Homicidium φόνος.
Homicida ἀνδροφόνος.
Honor τιμή.
Honoratus ὀνειαρὸς.
Hodiernum ἐφήμερον.
Hospitium ξενία.
Hospes ξένος.
Hostia θυσία.

I.

Ignis πῦρ.
Ignominia ἀτιμία.
Ignorantia ἄγνοια.
Ideo, idcirco, διὰ τοῦτο.
Imber ὄμβρος.
Imperium κράτος, ἐξουσία.
Ingenium εὐφυία.
Ingratus ἀχάριστος.
Ingressus, ἔμβασις.

Indulgentia, φιλανθρωπία, φιλαθρωπιον.
Indulgeo χαρίζομαι.
Indumentum ἔνδυμα.
Iniquus ἄδικος.
Injuria ἀδικία.
Inceſtus ἀθέμιτος.
Incendium ἐμπρησμὸς.
Inquilinus, ἔνοικος.
Incolume, ζῶον, ὑγιές.
Incredibilis, ἄπιστος.
Incommodus ἀχρηστος.
Inlecebra ἀπάτη.
Inliber ἀνελεύθερος.
Inlibata ἀνάσπαστα.
Inlicite παρανόμως.
Inliteratus ἀγράμματος.
Inluvio ἀκαθαρσία.
Inluſtris, clarus.
As, ἀσσάριον aſſis.
Ars τέχνη.
Æs χαλκὸν æris.
Bos βοῦς bovis.
Blax ἰυξῆς blacis.
Cos ἀκόνη cotis.
Clos ἀνδρὸς ἀδελφή.
Crux σαυρὸς.
Calx ἄσβεστον calcis.
Cor καρδία cordis,
Crux σκέλος, κνήμη, cruris.
Dens ὀδὼς dentis.
Dux ἡγεμὼν ducis.
Dis πλούτων ditis.
Daps δωχία dapis.
Dos προῖξ dotis.
Fur κλέπτης furis.
Fax λαμπὰς facis.
Faux φάρυγξ faucis.
Falx δρέπανον falcis.
Fraus ἀπάτη fraudis.
Fons πηγὴ fontis.
Frons μέτωπον frontis.
Frons φύλλον frondis.
Fæx τρυγίας, fæcis.
Flos, ἄνθος, floris.
Fletus ὀδυρμὸς fletus.
Frux καρπὸς frugis.
Fors. . . . περὶ fortis.
Far ζέα, ἄλευρον, farris.
Fel χολὴ fellis.
Grex ἀγέλη gregis.
Glis μύοξος gliris.
Grus γέρανος gruis.
Gens ἔθνος gentis.
Glans βάλανος glandis.
Git μέλαν.
Ir θέναρ.
Lar θεὸς οἰκίδιος, laris.
Lis, μάχη litis.
Laus ἔπαινος laudis.
Lanx . . . lancis.
Lux φῶς lucis.
Lex νόμος legis.
Lens φακὴ lentis.
Linx λύγξ lincis.
Lac γάλα lactis.
Mars Ἄρης Martis.
Mas ἄρρεν maris.
Mos ἔθος moris.
Mus μῦς muris.
Mons ὄρος montis.
Merx φορτίον mercis.
Mors θάνατος mortis.
Mens διάνοια mentis.

Mel

Digitized by Google

Mel μέλι mellis.
Nex ἀναίρεσις necis.
Nix χιών nivis.
Nox νύξ noctis.
Nux κάρυα nucis.
Nar ὄνομα ποταμοῦ Naris.
Nubs νέφος nubis.
Ops ῥέα Opis.
Os στόμα oris.
Os ὀστέον offis.
Par ἴσος paris.
Pons γέφυρα pontis.
Prex δέησις precis.
Pars μέρος partis.
Pix πίσσα picis.
Plebs δῆμος plebis.
Prex ἱκεσία precis.
Pol πολυδύκης pollinis.
Ros δρόσος roris.
Rex βασιλεὺς regis.
Res πρᾶγμα rei.
Rups ῥεμνὸς rupis.
Rus ἀγρὸς ruris.
Sons ἄπιστος ſontis.
Sal ἅλας ſalis.
Sol ἥλιος ſolis.
Strix στρίγξ ſtrigis.
Sus ὗς ſuis.
Spes ἐλπὶς ſpei.
Sors κλῆρος ſortis.
Stirps ῥίζα ſtirpis.
Seps τάφρος ſepis.
Spex σκοπὸς ſpecis.
Stips ἐλεημοσύνη ſtipis.
Trabs δοκὸς trabis.
Trux ** appellricos trucis.
Tus λίβανος turis.
Vas ἐγγυος vadis.
Vir ἀνὴρ viri.
Vox φωνὴ vocis.
Vix ἀμοιβή vicis.
Vis βία, δύναμις, vis.
Urbs πόλις urbis.
Ver ἔαρ veris.
Vas σκεῦος vaſis.
Unx ὄνυξ unguis.

QUARTÆ DECLINATIONIS.

Hic Accentus ἡ προσῳδία.
Æſtus ζάλη.
Actus πρᾶξις.
Affectus διάθεσις.
Aditus πρόσοδος, προσέλευσις.
Ambitus φιλαρχία, περίοδος.
Adulatus θωπία, κολακεία.
Acus βελόνη.
Adventus, ἐπάνοδος, παρουσία.
Adfatus προσλαλιά.
Amplexus περίπλοκη.
Arbiter μεσίτης.
Adparatus ἑτοιμασία.
Anhelitus ἄσθμησις.
Aſpectus θέα.
Aſcenſus ἀνάβασις.
Auditus ἀκοή.

** An ἀπιτὰξ?

Digitized by Google

TERTIÆ DECLINATIONIS.

Hic anfractus, ἡ περίοδος.
Hic Bos ἡ βοῦς, καὶ ὁ βοῦς.
Angulus γωνία.
Abusus ἀπόχρησις.
Alveus σκάφη, τὸ μέσον τοῦ ποταμοῦ.
Amictus ἀναβολὴ, περιβόλαιον.
Animus ψυχὴ.
Arcus ἶρις, τόξον.

SECUNDÆ DECLIN.

Hic baculus, ἡ βακτηρία.
Dumus ἄκανθα.
Hic casus ἡ πτῶσις.
Culter μάχαιρα.
Calculus ψῆφος.
Carduus ἀγροκινάρα.
Caduceus ῥάβδος ἐρέας.
Cibus τροφὴ.
Capillus θρὶξ κεφαλῆς.
Camelus κάμηλος.
Cippus στήλη.
Clypeus, ἀσπὶς, θυρεὺς.
Clivus, κατάβασις.
Cyathus κοτύλη.
Coliculus κράμβη.
Canus πολιὸς.
Cinctus ζῶσις.
Clavus πορφύρα πλατεῖα.
Clox, ἰὸς χαλκοῦ.
Calamus, κάλαμος.
Cultellus μάχαιρα.
Declivus κατάβασις.
Dumus, ἄκανθα.
Favus ἡ μελικηρὶς.
Fucus ἀπάτη.
Flumus τρισαλλὶς.
Fimus κόπρος.
Floccus κρόκος.
Forus ἀγορὰ πράσεων.
Hic genius, ἡ τύχη.
Gillus, cinacria, κυναγρία.
Gremius ἀγκάλη.
Gladius μάχαιρα.
Globus περιφέρεια.
Hic hilpus, ἡ μυρμηκία.
Humus σώματος, γῆ, χαμαὶ.

DECLINAT. TERTIÆ.

Hic gestus, ἡ κίνησις.
Hic cinis, ἡ τέφρα.
Clamor, βοὴ.
Clunis ψύα.
Clamoris χαρᾶς.
Calatrio tylasiodus syntion.
Codex βίβλος.
Carcer φυλακὴ.
Candor λαμπηδὼν.
Cluor δόξα.
Clangor κραυγὴ.
Error ἡ πλάνη.
Hic favor ἡ βοηθεία.
Forceps πυράγρα, κερκίνος.
Forfex, ψαλὶς τῶν κυρέων.

Fœtor

Digitized by Google

Fœtor ὀσμὴ γάρυ.
Fons πηγὴ.
Funis σχοῖνος.
Furor ἡ μανία.
Fornix ἀψὶς, ἢ πόρνη, πορνεῖον.
Forfex ὀδεντάγρα, dentalis.
Fascis δεσμὴ.
Fervor θερμὴ.
Follis θυλάκιον.

DECLINATION. QUART.

Cestus ἡ μυρμηκία L. Cessus.
Cœlibatus αγαμία.
Concionatus δημηγορία.
Circuitus περίοδος.
Concursus συνδρομὴ.
Consulatus ὑπατεία.
Conventus σύνοδος.
Callus ἡ ξέσις.
Connexus περιφέρεια.
Conventus συνοδία.
Cantus ᾠδὴ.
Census ἀπογραφὴ.
Commeatus ἐπισίτησις, eporesma.
Concubitus συνουσία, κοίτη.
Coitus συνουσία.
Complexus περιπλοκὴ.
Conspectus πρόσωψις, θέα.
Conatus ἐπιχείρησις,
Congressus συμβολὴ.
Contemptus καταφρόνησις.
Consensus συγκατάθεσις.
Cruciatus ὀδύνη, βάσανος.
Compressus φθορὰ.
Conceptus σύλληψις.
Dominatus ἡ τυραννὶς.
Dilectus στρατολογία.
Discipulatus μάθησις, μαθήτευσις.
Decursus προσδρομὴ.
Decessus τελευτὴ.
Discessus ἀποχώρησις.
Decurionatus βουλὴ, ἡ δεκαταρχία.
Descensus κατάβασις, κάθοδος.
Dissensus διχόνοια.
Hic exitus ἡ ἔξοδος.
Eventus συντυχία, ἔκβασις, ἀποτέλεσμα.
Equitatus ἱππικὴ, στρατιὰ.
Exercitus, στρατιὰ.
Hic foetus ἡ γονὴ.
Fastus ἐξυθενία.
Flatus φύσημα, πνεῦμα.
Flexus, καμπὴ.
Hic haustus ἡ ἀντλία.
Hirtatus προτροπὴ.
Cratera κρατὴρ.
Cluna, circaphinus, κερκοπιθηκὸς.
Hæc domus ὁ οἶκος,

DECLINATION. PRIMÆ.

Fabula μύθος,
Firmica μύρμηξ.
Furula νάρθηξ.
Fiscella κάρταλλος.

Digitized by Google

Fibra λῖβος καρδίας.
Fimbria κροσυὸς ἱματίων.
Fistula σωλὴν, ῥάνδινος.
Forma τύπος.
Fovea βόθυνος.
Hæc gloria ἡ δόξα.
Gula λάρυγξ.
Gleva βῶλος.
Gutta σαγὼν.
Gaya πλοῦτος.
Hæc hara συφεὸς.
Hedera κίσσος.
Habena χαλινὸς.
Janua ὁ πύλων.
Invidia φθόνος.
Sella ὁ ξυστὴρ.
Rota τρόχος.
Rana βάτραχος.
Regula κανὼν.
Ratio λόγος.
Rupes λίθος,
Reductio εἰσοδιασμὸς.
Hæc locusta ὁ ἀσακὸς.
Laterna φάνος.
Lara λόβος ὠτίου.
Libra ζυγὸς.
Lucerna λύχνος.
Macla σπίλος.
Medulla, μύελος.
Marna μηε stestas.
Meta καμπτὸς.
Merula κοσούφος.
Misericordia οἶκτος
Matella σαμνὸς.
Margarita μαργαρίτης.
Maceria θρίγγος.
Mors ὁ θάνατος.
Messis θερισμὸς.
Merces μισθὸς.
Micatio λοχμὸς.
Nepa σκόρπιος.
Norma διαβήτης, καλόπους.
Oclata κέφαλος.
Pruna ἄνθραξ.
Planta ταρεὸς.
Papinaca σαφυλῖνος.
Paleata ἀχυρεὼν.
Placenta πλακοῦς.
Pruina παχυή.
Parapta πανόπτης.
Pila ὅλκος, σφαῖρα.
Sapa σαφιδίτης.
Salare δίσκος, πάγηνον.
Suggrunda, ἐαθέτης.
Saliva σιέλος.
Superaria ἐναρχισμὸς.
Strena idem.
Simia πίθηκος.
Spuma ἄφρος.
Situla, κάδος.
Spongia σπόγγος.
Serra πρίων.
Stilla στάλογμα.
Scintilla σπινθήρ.
Sarcina γόμος.
Sera μόχλος.
Statera στατὴρ.
Stiria παγελὸς.
Spica στάχυς.
Statua ἀδριὰς.
Strictura, φύσα χαλκέων.
Scilla ἄσκον.
Stella ἀστὴρ.
Tela ἱστὸς.

Tibia

Tibia αὐλὶς.
Teſſera βόλος.
Tunica χιτὼν.
Talpa ἀσφάλαξ.
Tinea σής.
Tranſenna ὑσπλιγξ.
Turma, λοχαγός, ἱππικὴ τάξις.
Aſcia σκέπαρνον.
Alga βρύον.
Antempſa μιλιάριον.
Armilla ἄσμιλλα.
Acia ῥάμμα.
Aquæ mola ὑδρόμυλον.
Aqua ὕδωρ.
Aluta ἀλουτάριον.
Axungia ὀξυγγιον.
Antenna κέρας πλοίου.
Area ἀλώνιον.
Arvina ὀξύγγιον.
Aſſatura ἱπτὸν.
Avellana λεπτοκάρυον.
Allix ϛιχάριον.
Androna αὐλίον.
Aurificina χρυσοψίον.
Ampulla χερνίβιον.
Amfora, ἄμφορον.
Aqua mulſa ὑδρομέλι.
Aſſula πελέκημα.
Bacca ταφνόκοκκον f. αφνόκοκκον.
Beſtia θηρίον.
Barca σκάφος.
Boja κλοίον.
Balæna θηρίον θαλάσσιον.
Baciala ποτήριον † φιαλοωες.
Beta σκεῦτλον.
Bellua θηρίον.
Bractea πέταλον.

Cœna δεῖπνον.
Cortila μεσαύλιον.
Cattia ζωμάρυτρον.
Cumla θύμβρον.
Cicuta κώνειον, κάλαμος.
Cumba σκάφος, πλοίαριον.
Cucuma κυκούμια.
Cantilena ὠδάριον.
Calda aqua συγκέραιον.
Coxa ἰσχίον.
Coturna λεπτοκάριον.
Conila σισύμβριον.
Caſia σαφρίων.
Cruſtula κάπυριον.
Cæpa κρόμμυον.
Copia πλῆθος.
Calvaria ποτήριον.
Caterva πλῆθος.
Calida, chalcotermon, χαλκόθερμον.
Caldaria, χαλκίον θερμοῦ.
Clava ῥόπαλον.
Cuna βαβαλιϛήριον.
Curia βουλευτήριον.
Culina aſſatoria, ἀπόπατον.
Clitella ξυλοκάνθηλον.
Dolabra πτύον.
Eruca ἔυζωμον.
Farina ἄλευρον.
Fabula μυθάριον.
Fabella, idem.
Fera θηρίον.
Faba φάβα.
Figulina κεραμεῖον.
Fuſcina τριοδόντιον.
Figura σχῆμα.
Gulvia ποδογλυφεῖον.

Gal-

† φίαλα.

Gallica σανδάλιον.
Gingiva οὖλον.
Hasta δόρυ.
Herba savina βράθυ.
Infula, στεῖμμα.
Impensa ἀνάλωμα.
Inlecebra δέλεαρ.
Indicina μήνυτρον.
Iugis aqua διηνεκὲς.
Lectica φυνεῖον.
Lucerna filonin berin.
Lacrima δάκρυον.
Larva εἴδωλον.
Litera στοιχεῖον, γράμμα.
Lima ῥινίον.
Lilium κρίνον.
Lamella, lamina, πέταλον.
Mensura μέτρον.
Mensiuncula δεῖγμα.
Mandela, μανδάλιον.
Malta κηροπίσσιον.
Mica ψιχίον.
Mitra μορνίον.
Marisca κίττανον.
Macula σαμνίον.
Matta μαππών.
Novacula ξυρὸς.
Officina συνέργιον.
Olia βούγλωσσον.
Olisa σμύρνιον, λάχανον.
Oslas ὀφλάριον.
Oricula ὠτίον.
Onixa, onyxin, ὄνυξ, ὀνύχιον.
Persona πρόσωπον.
Conspicillum idem.
Picorcula λάθυρον.
Pluma πτερὸν.
Polenia ἄλφιτον.
Papula ψυδράκων.
Palpebra βλέφαρον.
Palenia πτύον.
Ventilabrum idem.
Palea ἄχυρος.
Panucla πανούκλων.
Palmula τὸ θέναρ, τὸ πλάτος τῆς κωπης, τὸ μέρος τῆς χειρὸς.
Pecunia χρῆμα.
Pituita φλέγμα.
Planta φυτὸν, τάρσος.
Posca ὀξύκρατον.
Quadriga τετράπτον.
Quæstiuncula ζητημάτιον.
Rosa ῥόδον.
Ruta πήγανον.
Stella ἄστρον.
Sagitta ἰὸν, ἰὸς.
Sica μαχαίριον.
Siliqua κεράτιον καὶ χιτὼν φακῆς.
Spelunca σπήλαιον.
Sutrina scittolongom.
Strigila ψήκτριον.
Subla σουβλίον.
Sartago τηγάνιον.
Scissura σχίσμα.
Sportula σιτοβολέων vel σιτοβολέων.
Spuma argentea, λιθάργυρον.
Scutra χαλκοτήγανον.
Summa κεφάλαιον.
Turba πλῆθος.
Taberna ἐργαστήριον.
Testa ὄστρακον.
Terebra τρέπανον.
Ornatus κόσμωσις, κόμμωσις.

D E-

DECLINATION. SECUND.

Hic oleaſter ἡ ἀχιελαία.
Naſſa, naſſa.
Ficus, συκαῆιον.
Hamus χρίσιον.
Hic pagus ἡ παπαρχία.
Humi χαμαί.
Penus ἀρεῶν.
Pluteus, θυμελικὴ, θυμέλη.
Res πρᾶγμα.
Hic interemptus ἡ ἀναίρεσις.
Iugulus κατακλεις.
Iolus αὐτεξαπελία.
Iuncus ὀξυχοινος.
Intubus. . . . . .
Hic lituus ἡ σάλπιγξ.
Later πλίνθις.
Mullus τρίγλα.
Muſcus βοτάνη, βρύων.
Hic nidus ἡ καλιὰ.
Naſus ῥωθων, μυκτὴρ.
Nuncius ἀγγελία.
Limus ἰλὺς.
Hic vernix παρδομέπαξα.
Aqualiculus γάστριον.
Aciſculus ἀξηδονὶς.
Cothurnus ὑπόδημα συγκληπικόν.
Emuſſulus ὁ μορφυὸς, ἀχικὸν ὄνειον.
Faſcinus βάσκανον.
Fiſcus βαλάντιον, ταμεῖον.
Fatus φαβάτον.
Intibi σιμφυλον.
Liermoſcuduramen pilus.
Lumbus φίον, ψόα.

Laterculus πτεραπίλαιον.
Hic marculus ἡ σφύρα χαλκέων.
Lintria σκαφίδιον.

DECLINATION. TERTIÆ.

Hæc cervix, ὁ αὐχὴν.
Conſummatio ἀπαρτισμὸς.
Coturnix ὄρτυξ.
Corbis ταῶνος.
Claſſis στόλος.
Cædes ὁ φόνος.
Hæc deliberatio σκέψις.
Deductio ἀφέλκυσις.
Febris πυρετὸς.
Ferrugo ἴος σιδήρου.
Fames λιμὸς.
Frons μέτωπον.
Falx δρέπανον.
Hæc glis ὁ μύοξος.
Hiems χειμὼν, ψύχος.
Harundo κάλαμος.
Interlectio ὁ σχασμὸς.
Lex νόμος.
Lix μῖτος.
Labes ὄλισθος.
Laus ἔπαινος.
Laudatio ἐγκωμία.
Lanx λίσκος.
Lanugo χνοῦς.
Licitatio ὑπερθεμάτισμὸς.
Natis γλουτός.
Navigatio πλοῦς.
Oratio ὁ λόγος.
Perfoſſio ὁ διορυγμὸς.
Pellicatio ζῆλος.

Planctio [illegible].
Præfatio [illegible].
Pediculatio [illegible].
Pedestris oratio πεζὸς λόγος.
Perigo [illegible].
Pernoctatio [illegible].
Plebs δῆμος.
Siler [illegible].
Sors κλῆρος.
Scrobs [illegible].
Sepes [illegible].
Securis πέλεκυς.
Sordes ῥύπος.
Stips [illegible].
Sacculus [illegible].
Hæc turris πύργος.
Tussis βήξ.
Tempestas χειμών.
Æstas θέρος.
Arbor, Arbos δένδρον.
Aulus [illegible].
Caro κρέας.
Cutis δέρμα.
Conspersio φύραμα.
Conpensio [illegible].
Dignitas ἀξίωμα.
Extumedo [illegible].
Gens ἔθνος.
Inaures ἐνώτια.
Lux φῶς.
Merx φορτίον.
Moles μέγεθος.
Magnitudo idem.
Natio γένος.
Navis πλοῖον.
Nux κάρυον.
Ovis πρόβατον.
Prorogatio [illegible].
Pulsus [illegible].
Restis [illegible].
Regio [illegible].
Rogatio, [illegible], [illegible].
Hic limes, ὁ [illegible].
Hic margo ὁ [illegible].
Mœror λύπη.
Murex [illegible].
Hic nitor ὁ [illegible].
Nidor κνῖσα.
Hic oriens ἡ ἀνατολή.
Occidens δύσις.
Ordo τάξις.
Odor ὀδμή.
Hic rancor [illegible].
Stips [illegible], [illegible].
Hic tenor ὁ [illegible], τάξις.
Stupor νάρκη.
Atriplex [illegible].
Color & colos χρῶμα.
Tolleno [illegible].
Esca τὸ δέλεαρ.
Follis τὸ θυλάκιον.
Fomes φρύγανον.
Obitus [illegible].

DECLINAT. QUARTÆ.

Hæc domus ὁ οἶκος.
Effigies ἐκτύπωμα.
Hic interventus ἡ [illegible].
Interitus ἀπώλεια.
Iactus ῥίψις.
Incessus [illegible], [illegible]βασις.

In-

Introitus εἴσοδος.
Ictus πληγή.
Ingressus ἐπίβασις.
Incursus . . . . .
Iussus κέλευσις, κέλευσμα.
Impetus, ὁρμή, ἔφοδος.
Hic lacus ἡ λίμνη.
Luxus ἀσωτία.
Hic meatus, ἡ πορεία, ὁδός.
Monitus ὑπόμνησις.
Hic visus. . . . .
Hic perendinatus ὑπέρθεσις.
Hic rictus ἡ ῥῆξις.
Hic statutus κατάστασις.
Sexus φύσις, ἡ γονή.
Specus ὀπὴ ἀπὸ τοῦ ὄπωπα.

DECLINATIONIS QUINTÆ.

Hic & hæc dies, ἡ ἡμέρα.
Hæc glacies, ὁ πάγετος.
Maceries ὁ τεῖχος.
Pernicies, ὄλεθρος.
Sanies ἰχώρ.
Series εἱρμός.
Intergerinus μεσότοιχος.
Hic meridies ἡ μεσημβρία.

Reliqua exscribere per temporis angustiam non licuit, rariora tamen vocabula subnectam.

Mactilio τὸ κωδώνιον.

Malleolus πυρεμβόλιον.
Mango σύμπαντον.
Pampinus φυλλάμπελον.
Palmes φλέον.
Pelicatus ζῆλος.
Sexus σχῆμα γυναικεῖον.
Soccus ὑπόδεσις.
Saltus πήδημα.
Famix τύμπανον.
Verticulus σφονδύλιον ὀστέινον.
Vallus χαράκωμα.
Vannus τίβλις.
Vaporalis πυροφόρον.
Uvar οὖθαρ.
Aurata χρύσοφρυς, χρυσόφρυς.
Alipina δρόπαξ.
Ascia κάνθαρος.
Anta ὁ παρὰ τὴν πυλῶν τοῖχος.
Averta . ἀβέρτη.
Adæratio ἐξαργυρισμός.
Arborantes δασυτειχεῖς.
Arca funebris λάρναξ.
Terminus τὸ τέλος, . ὅρος.
Unde Terminalia dies festus quotannis in limitibus agrorum.
Buccula ὀψώνιον.
Bulla μηνίσκος.
Bitrissa σισυπυγίς.
Coclea ὁ κοχλίας.
Cortina τρίπους.
Culina ater feritis καυτήρ

. . . . .

Cavea κλωβός, ζωγρεῖον.
Corulus ποντικέα.
Cerupula, θηράγαλος.

Catia cacthea.
Cattea ...
Cata ...
Catascastra ...
Cenca ...
Tunica ...
Viriola ...
Unda ..., ...
Vinacia ...
Verruca ...
Urna ...
Urinal ...
Urbs ...
Vorago, fantasma, φάραγξ, χάσμα.
Culeum ...
Cespes ...
Detrimentum γλοιὸς. Al. Destrigmentum.
Foetum ficcon. Al. Foetum συκεῶν.
Moretum συκαμινῶν.
Latone ..., ... δὲ ... ... καρπὸς.
Ofimetum ἕλος.
Pultum γλοῖον.
Pedum καλαύροψ.
Patibulum.' σταυρὸς.
Pessulum ὁ ὀχεὺς τῆς θύρας.
Petibulum ὁ σκόπος theopetalg.
Ruscum δερματινός.
Filax ψόφος.
Repagulum κόραξ, τὸ ῥύκλον.
Strigmentum γλοιός. Sup. Destrigmentum.
Soimum ... Al. ...
S... ... ...
Subolum ...
Sedliculum ...
Scindulums ...
Savium ...
Tributum, tributarium, ..., ...
Tincinnum ...
Hoc filer ..., ...
Temetum ... ...
Vinum ... ..., ...
Assu ...
Adminiculum, adjutorium, auxilium, βοήθεια.
Animatorium χίτων ...
Armilustrum ...
Antecessum ...
Arbitrium μεσιτεία.
Ablumentum κάθαρσις.
Acucoclavium ῥαφιδοθήκη.
Aucupium, augurium, omen, οἰωνὸς & οἰωνοσκοπία.
Acrimonium σφοδρότης.
Arbustum ἀναδενδράς.
Acerale λαβὴ, δακτύλιον.
Cubilum Al. Cybium, πηλαμύς.
Conciliabulum κωμόπολις.
Connubium ἐπιγαμία.
Carnarium κρεωθήκη.

Digitized by Google

Cœnaculum δίαιτα, σύνταξις, σύναξις.
Columbium λίμνη.
Cuniculum διορυγὴ.
Crauceum μαλίασις.
Caliclarium ποτηροθήκη.
Congiarium σιτόδεια.
Discidium, διχόνοια.
Dictatum ἅμιλλα.
Discrimen διαβολὴ.
Excipulum κρεάγρα.
Floccum κρόκος.
Genium τύχη ἑκάστου.
Galericulum περιθήκη.
Galericulum. . . .
Gremium ἀγκάλη.
Gluten, κόλλα, glutum idem.
Inventarium ἀναγραφὴ.
Instrumentum διδαχὴ, παρασκευὴ.
Impendium, δαπάνη.
Ius ordinarium, νόμιμος ἀγωγὴ.
Lanitium, ἐρέας συναγωγὴ.
Iter, itiner, ὁδὸς.
Munus λειτουργία.
Panarium ἀρτοθήκη.
Posticum παράθυρος.
Petitium ἀξίωσις. Petitorium idem.
Penarium πανθήκη, δαπανοθήκη.
Postliminium ἐπάνοδος ἐκ τῶν ἐχθρῶν.
Privilegium προνομία.
Privilegium πρωτοπραξία.
Redimentum παραστροφὴ.
Reliquarium λοιπὰς.
Sutrum ἁμμὴ.
Ruculum, σκυτάλη.
Rudus σωρὸς γῆς.
Sabulum ἄμμος.
Serenum, εὐδία γενομένη μεταξὺ χειμώνων.
Sterculinium κοπροθήκη.
Stuprum φθορὰ.
Scortum, scortulum, πόρνη.
Scalpulus, Scalpellum, σμίλη, ξμίλη.
Senaculum γερουσία.
Saracum, ἅμαξα.
Substillum σταγγουρία.
Suspirium δύσπνοια.
Suspendium Al. Dispendium ζημία.
Transitorium πάροδος.
Tabanum βρίζα.
Tormentum βάσανος, torquimentum.
Vadimonium, ἐγγύη, ἀγωγὴ.
Votum εὐχὴ. Vota τελετιστικὰ, vel τελετικὰ.
Vatillum ἡ πυράμμη.
Verriculum σαγήνη.
Virgulum mochelia, rabdasicheri abiduum.
Subtemen στήμων.

[illegible]

Hinc usque XII MILLIA

Explicant feliciter SEXTI GRAMMATICI

Ex MS. Bibliothecæ V. C. CL. PUTEANI
Ann. [illegible] Julii [illegible]

Non pauca, scio, emendanda hic, sed aliis
[illegible]

INCI-

INCIPIT CRONICA DIVERSORUM GESTORUM.

ANno Domini DCCCC. XII. incepit ordo Cluniacenſis.

Anno Domini CIↃ. XCVIII. ordo Ciſtercienſis habuit initium ab Abbate *Roberto*. Et tunc claruit beatus *Bernardus*. Qui in anno Domini CIↃ. C. XIII. miſſus eſt Clarevallis in Abbatem. Fecit ibi monaſterium, & dilatavit per XL. annos.

Anno milleno centeno bis quoque deno
Sub patre Roberto Præmonſtrati viget ordo.

Anno Domini CIↃ. LXXXIII. incepit conſtrui cœnobium *Haſligenſe*, & tertio anno poſt fuit baſilica dedicata, & ſexto anno poſt primus ibidem Abbas *Fulgentius* eſt conſtitutus. Et tunc claruit Sancta *Winna* de Bigardis.

Anno Domini CIↃ. C. XXXVIII. fiebat Abbatia Sancti *Cornelii* de *Ninive* & de *Danus*, & templum ejuſdem Abbatiæ fiebat anno Domini CIↃ. C. LVII.

Anno Domini CIↃ. CC. XVI. vixit *Dominicus* † Jacobitarum dominus, qui obiit anno Domini CIↃ. CC. XXI.

* Jacobitæ Dominicani ſunt. Vid. I. *Fundat.* 16.

Anno Domini CIↃ. CC. X. beatus *Franciſcus* inſtruxit ordinem fratrum minorum, qui obiit anno Domini CIↃ. CC. XXVII. & poſt biennium auctori ſatus fuit. Et eodem anno obiit *Ludovicus* Rex Franciæ. Cui ſucceſſit *Ludovicus* cum matre *Blanca*.

Anno Domini CIↃ. CC. XII. v. Nonas Maji *Henricus* Dux Brabantiæ *Leodium* cum exercitu intravit, civitatem & eccleſiam ſpoliavit. Et eodem anno *Ferrandus* Portegalenſis *Johannam* Comitiſſam Flandriæ duxit in uxorem.

Anno Domini CIↃ. CC. XIII. *Henricus* Dux Brabantiæ duxit in uxorem filiam Regis Franciæ. Tunc etiam *Tengarim* & villas

Digitized by Google

[illegible], & [illegible], [illegible] [illegible] & [illegible] ac Episcopus Leo[illegible] & Comite [illegible] est, [illegible] pace cum [illegible] & [illegible]. Ipse Dux cum parvis [illegible] Comes Flandriæ cum Wilhelmo Comite de Salburgis, cum Comite de Bononia, cum Comite Hollandiæ [illegible], nec tamen cepit.

Anno Domini cIↃ. cc. xiv. Otto Imperator cum socero suo *Henrico* Duce Brabantiæ & fautorem Regis Angliæ avunculi sui tractus est a Comitibus Flandriæ, Bononiæ, Hollandiæ, contra Regem Franciæ in prælium. Qui omnes victi sunt a *Philippo* Rege Franciæ juxta pontem de *Bovines* citra Tornacum. Qui pedibus fugiens cepit ibi quatuor Comites, *Ferrandum* Comitem Flandriæ, *Wilhelmum* Comitem de Salburgis, Comitem de Bononia, & Comitem de Teklenburgh cum omnibus nobilioribus Flandriæ. *Otto* quidem fortiter pugnans & evadens cum *Henrico* Duce Brabantiæ rediit Coloniam.

Anno Domini cIↃ. cc. xx. *Damiata* capta est, sed iterum perdita.

Anno Domini cIↃ. cc. xxxiv. vi. Nonas Junii *Henricus* Dux Brabantiæ habuit victoriam de *Stadingis*.

Anno Domini cIↃ. cc. xl. Dux *Sophiam* filiam Sanctæ *Elisabeth* duxit in uxorem, & sequenti anno Tartari terras quasdam Orientales vastaverunt.

Anno Domini cIↃ. cc. xlvii. obiit Dux *Henricus* & sepultus est in Villario.

Anno Domini cIↃ. cc. xx. *Damiata* capta est, sed iterum perdita.

Anno Domini cIↃ. cc. xlviii. iterum capta est à *Ludovico* Rege Franciæ.

Anno Domini cIↃ. cc. xlv. Innocentius Papa juxta Lugdunum *Fredericum* condempnavit.

Anno Domini cIↃ. cc. xlviii. *Wilhelmus* Rex obsedit Aquis per dimidium annum.

Anno Domini cIↃ. cc. li. dictus Rex obsedit *Bobardum* & quædam alia. Eodem anno Pastores profecti sunt versus *Iherusalem*, & etiam post torneamentum de *Trasengiis* altera die *Willelmus* Comes Flandriæ obiit.

Anno

Digitized by Google

Anno Domini CIↃ. CC. LIII. facta eſt cædes gentis Flandriæ in Walacria à Comite *Florentio*, ubi capti ſunt Bolonienſis & Ghiſinenſis Comites, & duo filii Comitiſſæ *Johannæ Guido & Johannes* & multi alii.

Anno Domini CIↃ. CC. LV. *Willelmus* Rex à Friſonibus eſt occiſus.

Anno Domini CIↃ. CC. LXXV. circa Paſcha quidam *Bertrandus* Valenchenenſis volens eſſe Comes *Balduinus* in Flandria & in Hannonia per *Johannam* Comitiſſam apud Inſulas ſuſpenſus eſt.

Anno Domini CIↃ. CC. LXXXV. venit quidam Coloniam, qui ſe dixit eſſe Imperatorem *Fridericum*, & latuiſſe per XXIII. annos, nec ſe poſſe mori. Qui expulſus à Colonienſibus receptus eſt in *Nucia*, & tandem tranſiens Renum combuſtus eſt apud Wetſlar, de mandato *Rudolphi* Regis Alemanniæ diligenter examinatus. Et anno ſequenti alter apparuit ſe dicens eſſe eundem Imperatorem combuſtum & ſurrexiſſe. Tranſiens autem per Trajectum prope Friſiam ſuſpenſus eſt.

Anno Domini CIↃ. CC. XC. anno cicli decem novennalis XVII. in die beati Lamberti mane per partem momenti ſol paſſus fuit eclipſim.

Anno Domini CIↃ. CC. XCII. anno cicli decemnovennalis XIX. in feſto beati Valentini hora noctis tertia luna patiebatur eclipſim per tres horas.

Anno Domini CIↃ. CC. XC. primo, nono die Aprilis, amiſſa eſt civitas *Ackaron* ultra mare, & interfecti ſunt omnes Chriſtiani præter illos qui fugerunt in Cypris, ita quod jam nulla terra ultra mare dimiſſa ſit in manibus Chriſtianorum.

Anno Domini CIↃ. CC. XCII. facta fuit cædes & conflictus Romæ inter Cardinales propter electionem Papæ *Cœleſtini* quinti. Et mittebatur quædam litera à Soldano Babilonis Regi Angliæ in Gallico faſtuoſa, & imperioſa, contingens yperbolice univerſos Chriſtianos, ac etiam univerſum mundum. Et ipſo anno manſit Chriſtianitas ſine Papa propter diſſenſum Cardinalium.

Anno Domini CIↃ. CC. XC. ſtetit diſcordia inter Regem Franciæ & Regem Angliæ, & Rex Franciæ terram Vaſconiæ uſurpavit in præjudicium Regis Angliæ pro eo, quod nollet ſibi venire ad Parliamenta ſua in Franciam. Et impeditæ ſunt naves

Digitized by Google

ves mercimoniales, quæ ſolebent venire in Flandriam per mare Britannicum. Et ſimiliter eodem anno eccleſia Romana caruit Papa, jam mortuo duobus annis, & ſucceſſit Cœleſtinus in Cœna Domini, qui fuit de ordine fratrum.

Anno Domini CIↃ. CC. XCIV. *Johannes* Dux Brabantiæ primus de hoc nomine interfectus fuit in haſtiludio apud Baren. Anno eodem *Florentius* Comes Hollandiæ captus & interfectus fuit à ſuis.

Anno Domini CIↃ. CCC. IV. apud *Momes* in *Pabula* Rex Franciæ occidit Flamingos tertia die poſt nativitatem beatæ Mariæ.

Anno Domini CIↃ. CCC. VI. obiit ſecundus *Johannes* Dux Brabantiæ.

Anno Domini CIↃ. CCC. XIII. *Henricus* Imperator intoxicatur à Jacobita.

Anno Domini CIↃ. CCC. XV. fuit maxima kariſtia ac fames, ac gravis mortalitas in anno ſequenti.

Anno Domini CIↃ. CCC. XXVIII. Flamingi in Caſſileto à Comite Hannoniæ decepti occiſi ſunt. Anno eodem Rex Angliæ à Regina & filio fugatur, moritur, & capitur.

Anno Domini CIↃ. CCC. XXIX. *Falconis* caſtrum debellatur ab armigeris Brabantiæ.

Anno Domini CIↃ. CCC. XXXIII. fuit guerra inter Brabantiam & omnes terras circumjacentes.

Anno Domini CIↃ. CCC. XXXIX. Rex Angliæ cum Brabantinis & Flamingis debellare incepit Franciam. Anno ſequenti obſederunt *Tournacum*.

Anno Domini CIↃ. CCC. XLV. Comes Hannoniæ interficitur à Friſonibus.

Anno Domini CIↃ. CCC. XLVI. Rex Boemiæ & Comes Flandriæ & multi nobiles interficiebantur ab Anglicis apud *Kriſſi*.

Anno Domini CIↃ. CCC. XLVII. Leodienſes occiſi fuerunt apud Waleniam à Gelrenſibus & à Brabantinis.

Anno Domini CIↃ. CCC. XLII. ardebat Mechlinia.

Anno Domini CIↃ. CCC. LII. *Johannes* Dux Normanniæ coronabatur in Regem Franciæ.

Anno Domini CIↃ. CCC. LV. tertius *Johannes* Dux Brabantiæ obiit. Anno eodem Rex Boemiæ Imperator Romanorum apud Romam magnam accepit diadema.

Anno

Digitized by Google

Anno Domini CIↃ. CCC. LVI. circa principium Octobris *Johannes* Rex Franciæ captus erat in bello, & à Burdegalis transvectus in Angliam IV. annis ibi captivus manſit. Eodem anno LVI. fuit guerra inter Flandriam & Brabantiam fere per integrum annum durans.

Anno Domini CIↃ. CCC. LVII. *Wilhelmus* Comes Hannoniæ & Hollandiæ fiebat furibundus.

Anno Domini CIↃ. CCC. LVIII. communitas Franciæ inſurgebat contra Dominos & Rex Navarræ cum Anglicis magnam partem Franciæ vaſtavit & incendit. Eodem anno apud Gandavum *Jacobus Brame* incepit dominari, ſed in craſtino Mariæ Magdalenæ fugit.

Anno Domini CIↃ. CCC. LIX. in Hollandia Delpha opidum vincitur, & foſſata implentur. Eodem anno in feſto Simonis & Judæ *Eduardus* Rex Angliæ transfretavit, & intrans Franciam juxta Remis debellavit villas campeſtres & ruſticos per totam hyemem.

Anno Domini CIↃ. CCC. LX. circa medium Aprilis dictus Rex Angliæ juxta Pariſios habuit bellum, ſed non prævaluit ibi. Eodem anno in prima ebdomada mane juxta Carnotum in campis Rex Angliæ & ſui à Deo miraculoſe per tonitrua, per nivem maximam, per grandinem plagati & perterriti multis hominibus & equis ſibi ſubito defunctis inierunt pacem. Eodem anno LX. dictus Rex Franciæ *Johannes* de captivitate Angliæ reverſus eſt ad Franciam, & receptus in Regem ſicut prius cum lætitia. Eodem anno LX. circa Metis & Treveris quædam communis gens devaſtavit monaſteria. Eodem etiam anno LX. in Flandria fuit magna epidimia & mortalitas, & nona die Martii Aloſtum ardebat.

Anno Domini CIↃ. CCC. VII. quarto Idus Octobris Templarii ubique capti ſunt.

Anno Domini CIↃ. CCC. LXVI. circa principium Octobris obiit juvenis Dux Burgundiæ, qui æſtate præcedenti accepit in uxorem filiam Comitis Flandriæ, & nuptiæ celebrabantur Aldenardæ. Eodem anno Dux Brabantiæ cum multis alienis armigeris volebat cogere Lovanium, ſed non potuit. Item Comes Flandriæ coegit Ypris.

Anno Domini CIↃ. CCC. LXII. *Ciſtercium* in Burgundia à communi populo ſpoliatur. Eodem anno XII. die Septembris obiit

Digitized by Google

Innocentius Papa ſextus, & diſcordantes Cardinales non eligebant Cardinalem in Papam, ſed Abbatem Sancti Victoris de Marſilia, & vocatus eſt Urbanus quintus, & fuit conſecratus ſexta die Novembris.

Anno Domini CIↃ. CCC. LXIII. in die Paraſceves Rex Franciæ *Johannes* accepit à manibus Papæ crucem cum Rege Cypri & pluribus aliis. Ergo in Francia conceſſa eſt ei decima de ſancta eccleſia. Eodem anno in ultima ebdomada Maji multi nobiles Teutonici erant interfecti in Lotharingia majori juxta Metis. Eodem LXIII. frigidiſſima hyems fuit, nam fortiter gelavit à craſtino beati Nyclaſii uſque ad feſtum Sancti Gregorii in Martio, & excellentiſſimum frigus fuit in die Sancti Anthonii.

Anno Domini CIↃ. CCC. LXIV. feria ſecunda in Paſchalibus Dominus de *Angia* decollatus fuit *Querceti* à Duce Alberto Ruwardo Hannoniæ. Eodem anno circa medium Aprilis obiit *Johannes* Rex Franciæ in Anglia.

ADRIA-

Digitized by Google

ADRIANI PAPÆ VI.

PETRI SCRIVERII,

JO. ISACII PONTANI,

ALIORUMQUE,

QUÆ VARIAM DOCTRINAM CONTINENT,

EPISTOLÆ ALIQUOT.

Digitized by Google

Digitized by Google

ADRIANI PAPÆ VI.
PETRI SCRIVERII,
JO. ISACII PONTANI,

Aliorumque, quæ Variam Doctrinam Continent,

EPISTOLÆ ALIQUOT.

Vita cum conceſſiſſet Leo Papa X. de dando ei ſucceſſore poſtquam diu diſceptatum, nec conclave eſſet ſatis concors, electus tandem unanimiter civis Ultrajectinus, Caroli V. præceptor, & Hiſpaniæ Gubernator Hadrianus Papa VI. Allato nuncio Ultrajectum ingens lætitia, quam & clerus ſignificavit, datis nuncio, quod rarum tum, decem florenis annuis, & urbs ſonitu campanarum, delinquentium dimiſſione, & accenſis paſſim per urbem ignibus, decreto etiam ei præmio, qui accendiſſet clariores. Nequid dicam non probans in promtu ſunt documenta. Ex Archivis eccleſiæ:

Wy Doemdeken, Deken, ende Capittelen ten Dom, t'Oude munſter, t' Sint Peters, t'Sinte Johans, ende t'Sinte Marien t'Utrecht doen kont allen luyden. Alſo Willem Hermans *op Sint Agnieten dach leſt voirleden ons die vrolycke ende blyde tydinge gebracht heeft, hoe dat die Eerwerdighe Vader in Gode ende Heere Meyſter* Adriaan van Utrecht *Cardinaal ende Biſſcop vân Derthuyſen gekoſen is geweeſt eendrachteliken by der goedertierentheyt Goets Paeus van Romen, ſo hebben wy mit rypen Rade, ende voirgehouden Capittelen den ſelven* Willem *uyt goeder gratien gegont, gegeven, ende geaſſigneert, gonnen, ende aſſigneren mits deſen, tien Hollantſche gulden current lyfrenten, veertich groot Vlaems voor elken gulden gerekent,*

kent, die wy hem betalen ſullen alle jaer op Sint Agnieten dach, oft binnen veerthien dagen daer naeſt volgende, dair die yerſte termyn van betalinge off weſen ſal Sinte Agnieten dach naeſtcomende in den jare van drie ende twyntich, ende alſo voert van jare tot jare, alſo lange als Willem voergenoemt in levenden lyve weſen ſal, ende niet langher, te weten elcke kerke twee Rynſche gulden s'jaers op ten termynen voerſz, ſonder arch ende liſt. In kentniſſe der waerheyt ſo hebben wy onſer Capittelen ſegelen hier onder aen gehangen, in 't jaer ons Heeren CIↃ. IↃ. XXII. *opten* XXVIII. *dach in Januario.*

Ex Actis magiſtratus Ann. 1522. *des Donderdachs na Agnetis: Die Raet out ende nye heeft bevolen den Overſten out ende nye te congratuleren, eer te bewyſen, ende triumphe te doen ter eeren ende lieften, dat Meyſter* Adriaan Florisſen *geboren Borger t'Utrecht Cardinael des tytels der heyliger martelaren Johannis & Pauli, Biſſcop van* Derthuſen *nu Paus der heyliger Chriſten kercken van Romen geworden is.* Eod. anno des Manendags na Pauli conversionis: *Scepene, Raide, ende Oudermans geneyget weſende tot gratie ende genade te doen ter eeren ende weerdicheyt van onſen Heilichſten Vader Meyſter* Aryaen *van* Utrecht *nu nye gecoren Paus van Romen heeft* Aernt Ottenſſen *gevangen weſende, om dat hy ſyn vader ende moeder groot overlaſt aengedaen, die geſlagen, ende door die glasvenſteren geworpen heeft, daer by ſyn lyf an verboert had, van der misdaet gratie gedaen. Dan hy ſel beboorlicke vervede doen in brieven, hieremme niemant te misdoen, noch miſdoen, noch ock geen onſtantaftighe ſaecken meer te doen op ſyn lyf. Ende ſal voort te Romen reyſen tot onſen Heylichſten Vader den Paus voirſz, ende dancken ſyn Pauſelyke Heylicheyt, van dat die Stat van Utrecht ſynre Heylicheyt ter eeren hem ſyn lyf gegeven heeft, ende bethoen daer of brengen, ende dat binnen drie maenden naeſtcomende, oft hy ſal daer en tenden uter Stat ende uter Stat vryheit weſen, ter tyt toe hy gedaen ſal hebben als voerſz ſtaet. Ende hy ſal ock ſyn vader ende moeder in preſentie van de Vive voor ſyns Vader doer op ſyn knien om vergiffeniſſe bidden.*

Eod. anno des Woensdachs na Sunte Pauwels dach conversionis: *Die Raet heeft gekent, dat die Backerbrugs den hoochſten prys ſullen hebben van dat triumfelicke vuere ter eeren van onſen Heylichſten Vader Meyſter Aryaen van Utrecht nu nye gecoren Paus van Romen. Des ſellenſe hebben noch een vat biers. Ende desgelycx Sunt Jacobs brug, die Volrebrug, Sunte Geertruden brug, ende die Garen-*

Digitized by Google

Garenbrug ſellen eick elcx noch een vat biers hebben voir heur excellenſte vueren in der triumfe voerſz.

Acceptaſſe eum electionem ait Blaſius Ortizius, qui iter ejus ſcripſit, quod ex Hiſpania fecit Romam, apud Baluz. 2. *miſcell.* XIV. Kal. Mart. Ann. 1522. Sed jam ante ei Ordines miſſis literis gratulati, Clerus, urbs ipſa, & cujus erat Præpoſitus, collegium S. Salvatoris. Clerus v. Februar. Extant literæ in Chartulario eccleſiæ Trajectenſis.

I.

Sanctiſſimo & clementiſſimo Dno noſtro

PAPÆ.

Poſt devotiſſima pedum oſcula beatorum. Sanctiſſime Pater, clementiſſime Domine, quoniam ſcrutator cordium Deus ad Chriſtianæ religionis dignitatem & gloriam veſtram beatitudinem virtute, ſapientia, doctrina, & pietate inſignem, ob tantam doctrinarum & virtutum ubertatem, ac vitæ integritatem, quibus inprimis præſtat, & quarum fama Reverendiſſimorum Dominorum Cardinalium aures oppleverat, ſummum Pontificem deſignavit, tanquam vas novum electionis, congratulamur & applaudimus veſtræ Sanctitati, ac univerſali eccleſiæ & Reipubl. Chriſtianæ, & præſertim eccleſiis & civitati Trajectenſibus, quibus ex hac promotione bene eveniſſe putamus. Commune eſt bonum, communis hic omnibus lætitia. Nunquam fuit huic civitati tantus animorum conſenſus in idem gaudium. Divinitus hæc omnia facta credimus. Quia itaque ſicut Domino placuit ita factum eſt, ipſum humiliter deprecamur, & die noctuque ſumma devotione exorare non deſiſtemus, ut veſtræ Sanctitati manum ſuæ pietatis porrigat, qua injunctum ſervitutis Apoſtolicæ officium valeat ad laudem & gloriam nominis Domini noſtri Ieſu Chriſti ac exaltationem fidei, pacemque, ſalutem & tranquillitatem populi Chriſtiani exercere, orantes humillime quod ſtatum, decorem, privilegia, & promotionem eccleſiarum noſtrarum veſtra ſibi Sanctitas ſuſcipiat commendata, quem Altiſſimus conſervet ad conſolationem eccleſiæ ſuæ ſacroſanctæ. Ex Trajecto die quinta Fe-

Digitized by Google

bruarii anno M. D. XXII. Veſtræ Sanctitatis humillimi & devotiſſimi Capellani Prælati & Capitula quinque eccleſiarum Trajectenſium.

Ipſe ſingulis reſpondit I. Maji ejuſdem anni. Clero nimirum ita.

II.

ADRIANUS PAPA VI.

Dilecti filii Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Dilectus filius Antonius de Ameronghen reddidit nobis nuper literas veſtras congratulatorias ſuper aſſumptione noſtri ad ſummi Apoſtolatus apicem, vivaque voce nobis retulit varia exuberantis lætitiæ ſigna, quæ ea de cauſa publice privatimque demonſtraſtis. Quibus de rebus vehementer exhilarati fuimus, non quidem quia dignitas ipſa Pontificatus, quam nobis gratulabamini, nobis grata eſſet, Quippe quam, ſicut nunquam concupivimus, ita ultro delatam propter oneris annexi immenſitatem vehementer reformidavimus acceptare, ſed quod valde nobis placeret in clero civitatis noſtræ natalis tantam erga Deum pietatem devotionemque & tantam erga nos benevolentiam cernere. Itaque cum omnium undique amicorum noſtrorum gratulationes nobis acceptæ fuerint, veſtræ certe nos peculiariter delectarunt. Nimirum ſicut patriæ communio & prioris converſationis neceſſitudo arctior nobis inter nos quam inter alios intercedere noſcitur, inde fit ut omnem honoris acceſſionem nobis hac promotione factam veſtram quoque reputare merito poſſitis. Verum ne inutilis neve damnoſa nobis & Reipubl. Chriſtianæ fiat hujus dignitatis acceſſio, veſtri officii erit ſedulas ad Deum fundere preces, ut ipſe qui nos de pulvere ad hanc ſummam in terris dignitatem ſublimavit, vires quoque & robur animæ pariter & corporis ad illam ſalubriter adminiſtrandam ſuppeditare dignetur. Experiemini viciſſim in nobis eam erga vos & eccleſias veſtras indulgentiam, quam optimus quiſque pater erga chariſſimos filios præſtare debet. Datum Cæſarauguſtæ ſub annulo piſcatoris die prima Maji M. D. XXII. ſuſcepti à nobis Apoſtolatus officii anno primo. In plica erat: *C. Hezius.* Inſcriptio erat *Dilectis filiis Decanis & Capitulis quinque eccleſiarum Trajectenſium.*

III.

Digitized by Google

III.

COLLEGIO S. SALVATORIS

ADRIANUS PAPA VI.

Dilecti filii Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Quod de noſtri in ſummum Pontificem aſſumptione & ipſi adeo ex corde gaviſi & nobis tam amice congratulati fueritis, omnino quidem gratiſſimum nobis fuit, ſed nequaquam mirati ſumus, fieri enim non potuit, quin quem in minoribus conſtitutum ſemper unice dilexiſtis, confratremque & concivem habuiſtis veſtri amantiſſimum, eum geſtiretis ad dignitatem, quæ inter mortales maxima reputatur, & eſt, exaltatum cernere. Itaque officio quidem veſtro vehementer delectati ſumus, ſed dignitate ipſa propter annexi oneris immenſitatem potius animo gravati. Quis enim imbecillitatis ſuæ conſcius non horreat tam immenſum pondus curarum humeris ſuis impoſitum cernere. Itaque ſine omni comparatione maluiſſemus vobiſcum privatam in Præpoſitura noſtra vitam agere, quam uſque adeo ſupra humilitatem noſtram extolli. Sed Dei ſumus. Ejus voluntati reſiſtere nequaquam poſſumus, & quum maximum onus maximam quoque ad ferendum virium ſufficientiam expoſcit, veſtrum erit Deum omnium bonorum largitorem ſedulis precibus pulſare, ut ipſe nos Pontificatum hunc taliter adminiſtrare faciat, ut inde & gloria ſancti nominis ſui amplietur, & nobis gregique fidelium nobis commiſſo ſalutis occaſio acquiratur. Cæterum in his, quæ eccleſiæ veſtræ & uniuſcujuſque veſtrum commodum & honorem concernunt, eundem in nobis affectum experiemini, quem in minoribus conſtitutis ſemper experti eſtis, ſperamuſque futurum, ut non videamur de illis eſſe, qui cum honore mores mutare, & veterum amicorum oblivisci conſueverunt. Datum Cæſarauguſtæ ſub annulo piſcatoris die prima Maji M. D. XXII. ſuſcepti à nobis officii Apoſtolatus anno primo. In plica erat: *C. Hezius*: Inſcriptio erat: *Decano & Capitulo eccleſiæ Trajectenſis.*

Urbi autem ita:

Digitized by Google

DILECTIS FILIIS

BURGIMAGISTRIS & MAGISTRATIBUS

Civitatis Trajectenſis

ADRIANUS PAPA VI.

IV.

Dilecti filii Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Ex literis veſtris & relatione dilecti filii Anthonii de Amerongen familiaris & continui commenſalis noſtri intelleximus incredibilem lætitiam & exultationem, quam de noſtri in ſummum Pontificem electione concepiſtis, quemadmodum ſupplicationes propter hoc ad Deum per vos factæ & largæ eleemoſynæ in pauperes erogatæ & aliæ exuberantis gaudii ſigna probe declararunt. Gratiſſima ſane habuimus officia hæc veſtra, quod dubitandum non ſit ea ex ſincera veſtra erga Deum pietate, & ſingulari erga nos benivolentia profecta eſſe. Nec mirum eſt, ſi ſumme vos exhilaraverit concivis veſtri ad ſummi Apoſtolatus apicem aſſumptio, quem in minoribus conſtitutum tanta eſtis à teneris annis caritate proſecuti, maxime cum quicquid nobis honoris ac facultatis hac promotione acceſſit, commodis veſtris accreviſſe reputare debeatis. Nos dignitatem hanc nunquam ambivimus, nec ultro delata gaviſi ſumus propter immenſitatem oneris, cui vires noſtras longe impares eſſe novimus. Sed poſtquam Deo placuit illam humeris noſtris imponere, formidavimus ejus indignationem incurrere.

Siquietis & commoditatis gratia illud acceptare recuſaſſem, eccleſiam ſciſmatis diſcrimini expoſuiſſem. Veſtrum erit frequentibus veſtris ad Deum precibus ſatagere, ut ipſe nobis vires ad ſarcinam hanc, alias importabilem, ad ejus honorem ferendam ſupportare dignetur. Nobis viciſſim curæ erit tales nos erga vos ac inſignem civitatem veſtram ad rerum occaſionem exhibere, ut cunctis palam fiat nos eam quam debemus patriæ & concivium noſtrorum rationem habere. Datum Cæſarauguſtæ ſub annulo piſcatoris die prima Maji M D. XXII. *ſuſcepti à nobis officii Apoſtolatus anno primo.* C. Hezius.

Obiit Ann. 1523. ipſo die exaltationis S. Crucis, poſtquam conſanguineum Joannem Antonii Boyenſſen curaſſet clero adſcribi,

Digitized by Google

ſcribi, & quidem non diu ante, eccleſiæ Trajectenſis. Ex libro memoriarum ejuſdem eccleſiæ: *Anno Domini* 1523. *ipſo die exaltationis S. Crucis obiit Sanctiſſimus Dn. noſter Adrianus Papa* VI. *Cujus memoria ſervabitur proximo die ante magnam memoriam nativitatis B. Mariæ Virginis, vel alio die convenientiori, vel ante vel poſt. Inde miniſtrabuntur* V. *ſcudata antiqua ſecundum ſtatuta eccleſiæ Trajectenſis corporaliter præſentibus. Inde dabuntur ſociis quinque præſentiæ, hoc eſt*, XX. *ſs. & celebrantibus* V. *ſs. Campanario, ut cum magna pulſet, quia erat ſummus Pontifex* II. *libr.* X. *ſs. Etiam Sacriſtæ pro ornamentis* X. *libr. Requieſcat in pace Amen.* Habes vitam Adriani ſcriptore Onuphrio Panuinio Platinæ adjunctam & excuſam Coloniæ Agrippinæ Ann. 1626. Patrem ait Florentium aulæorum textorem, aut miniſtrum ut alii, ait, addunt coctoris cereviſiæ. Verum Ultrajectini navicularii ajunt famulum & Florentium vocant Boyenſſen. Quod Caroli V. præceptor Carolus teſtatur ipſe in charta Ann. 1511. ubi Dominum de Gaesbeeck & eum in quadam cauſa Procuratores conſtituit. *So eeſt dat wy volcomelyk betrouwende der wysheit, getrouwicheyt, ende goede eernſticheyt van onſen lieven ende getrouwen neve, Heere Maximiliaen van Hoirne, Heere van Gaesbeeck, ende Meeſter Adriaen Florentii Deken van Loven, ende Scoelmeeſter van ons Karel, wy hebben den ſelven Heere van Gaesbeke ende Meeſter Adriaen gemaect ende geordineert, maken ende ordineren uit onſer rechter wetentheit ende deſen onſen brieve onſe Procuratoers ende ſonderlinge boden &c.*

N. N.

Vetus inſcriptio ex Zelandia *ad* SCRIVERIUM *miſſa.*

EPISTOLA V.

HActenus Scriveri Ampliſſime te ſeriis detentum occupationibus interpellare non audebam, ne remoram darem bono publico, cui te totum quotidie impendere probe novi. Nunc vero tuam ſapientiam omnis antiquitatis myſteria abditiſſima comprehendentem atque perſpicientem adire cogor amicorum ſeria inſtantia provocatus, qui me aliquid apud te hac

Digitized by Google

in re posse non leviter suspicantur, vel potius affirmant. Rem ex adjuncta scheda intelliges, quæ hanc habet Inscriptionem, tuo doctissimo calamo explicandam.

M. AUREL.
MACEDO.
VET. NAT. DELM.
EX SUOPT. SIBI. ET.
AUREL. VICTORIÆ.
LIBERTÆ VIVUS.
POSUIT.
SI QUIS. HANC. ARC.
PE. EX. C. P. SS. A. D. F. C.

Expectabo, vir Clarissime, quid placeat vobis in re obscura interpretationis reddere. Sed jam à me forte expectas, quid ego in rebus Musicis præstiterim. Bellum mihi est cum Gallis Musicorum mysteriorum non satis gnaris, quippe qui scommata rationum loco reposuere, licet nunc sero sapientes ab iisdem abstineant, posticæ studentes occurrere sannæ. Curabo ut brevi exemplar habeas epistolæ ad AN. MAR. SCHURMANNAM mense Sextili anno elapso datæ. Ubi videbis quomodo rem Musicam ex ratione atque demonstratione tractem, ut vel eodem argumento flexanimam modulationem ostendam. Hactenus per valetudinem te videre non licuit, quod meliori omine nobis contingere posse Deum animitus rogo, meque tibi calide commendo. Vale Harlemi IX. Februar. CIↃ. IↃC. XLVI. Tuus servus Io. Alb. Bannius. Scheda hujusmodi: Missa Inscriptio hæc ad me à primario quodam in Germania nunc degente. Qui repertam ait nuper in Flaminiæ opido rogans eruditorum Belgarum judicium exquiram. Clariss. itaque & Excell. Dnm Scriverium perhonorifice salutans obnixe peto, ut aperire dignetur tum notarum expositionem, si certa dari potest (Inscriptio ipsa, sed paulo aliter distincta, habetur etiam apud Gruterum, ut video) tum explicationem historicam, si tanti tamen veteranus ille miles nationis Dalmaticæ cum sua liberta fuere scriptoribus antiquis, ut hi mentionem eorum faciendam censuerint. Libentissime gratificabor vicissim.

N.

Digitized by Google

N. S. N.

De Dea NAHALENNIA.

EPIST. VI.

Geſchreven uyt Domburch in Zeelant den 14. *Januar.* 1647.

MYn vrient kan niet nalaten U. E. bekent te maken, dat hier onlancks is gevonden een ſeer oude antiquiteyt. Ontrent 14. *dagen geleden hebben ſich aen de Zee op 't ſtrant vertoont eenige groote ſteenen van witten arduyn, die de voorleden weke ſyn uytgedolven, den eenen een grooten vierkanten ſteen, weſende een outaer drie voeten hooge, ende derdehalf voet breet, waer op van voren met groote Romeynſche letteren gehouwen ſtaen de woorden,* Deo Neptuno Octavius Ammius V. S. L. M. *Eenige ſteenen ſyn het bovenſte deel uytgehouwen, in welcke uytgehouwen concaviteyt ofte holligheyt, ſit een Godinne, by haer hebbende een mandeken met fruyt, appelen gelyck. In een ander ſteen ſtaet een Godinne recht op, in een grooter forme dan d'andere. Op een anderen ſtaet een* Neptunus *gehouwen, welcke* Neptunus *oock ſtaet op de ſyde van eenige andere ſteenen, op welck de gemelde ſittende Godinne van voren ſtaet. Op een van de ſteenen aen de ſyde ſtaet een Mercurius. Op een ander ſteen ſtaen deſe woorden,* Deæ Nehalenniæ Summaronius Primanus V. S. L. M. *Op een ander ſtaet,* L. Juſtius Satto & Secundus Moderatus Fratres V. S. L. M. *Op een anderen,* Deæ Nehalenniæ Sext. Nertomarius Nertonus V. S. L. M. *Op enen anderen,* Nehalenniæ Fletus Annalonis pro ſe & ſuis V. S. L. M. *Daer ontrent op deſelve plaetſe, daer de ſteenen uytgedolven ſyn, ſyn in ſant gevonden eenige penningxkens, op d'een zyde hebbende hoofden van d'oude Roomſche Keyſers, op een van dewelke ſtaet een Burght, welke is het wapen van Domburgh. De letteren welcke op eenige van deſe ſteenen ſtaen, ſyn meeſt gave en ongeſchent. Daer ſyn ter ſelver plaetſe gevonden de fondamenten van een kleyn huyskeu, groot een roede of wat meer in 't viercant. Eenige voeten onder het ſant, rontom de gemelde plaetſe is 't op het ſtrant vol ſtroncken van bomen en wortelen, ſo dat daer ſchynt voor deſen een boſſchagie geweeſt te ſyn.*

PETRO

Digitized by Google

PETRO SCRIVERIO

Poly-hiſtori V. CL.

S. D. HENRICUS BRUNO.

De eadem

EPIST. VII.

DEdit mihi hodie in mandatis heros noſter ἀνιβδηλέκτῳ Zulichemius, Clariſſime Scriptor, ut ſuo nomine peterem diligenter, atque adeo urgerem ſedulo reſponſum tuum ad nuperas tuas de Dea Nehalennia, quæ non ita pridem, ut lapides & ſaxa loquuntur, ad inſtar Veneris ἀναδυομένης orta mari ſacrum caput extulit. Delineationes & figuræ, quas ad te per literas miſit Zulichemius, ad Celſiſſimum Principem miſſæ ex Zelandia fuere; eas remitti deſiderat cum obſervationibus & explicationibus exquiſitiſſimis, evidentiſſimis, atque clariſſimis, uno verbo dicam, tuis. Nam operum hoc, mihi crede, tuorum eſt; dignus te vindice nodus incidit; & te Poëtam ad eam rem unicum lubentes meritoque jam pridem omnes ſcimus, ſuſpicimus, ac veneramur. Nemo, hercule, nemo hodie antiquitatis omnis, præſertim Belgicæ, tam promus condus vivit: adeo, ut omnem veterem orbem, omnia priſci ævi arcana, abſtruſa, abdita, in ſcrinio pectoris circumferens noſtro ſeculo, tanquam in ſpeculo, repræſentare videare. Cave putes me plus dare auribus tuis per adulationem, quam veritati per ingenium ac Batavam tui admirationem. Tu modo hoc age, quæſo, humaniſſime Scriveri, καὶ θέαν θεάων, ſi Divis placet, ſiqua Dea eſt, Nehalenniam, incognitam hactenus, mihi certe nondum in Inſcriptionibus Gruteri, aut ullibi apud Authores agnitam, tanquam θεὸς ἀπὸ μηχανῆς, in numerum Dearum refer, neque ſine nomine certo atque etymo nominis indubitato diutius ſine oberrare. Noli nos, obſecro, macerare longa exſpectatione, neve iterum te, ut olim Martialis editorem Lentulum maximus olim Grotius incuſavit, ita Nehalenniani Novantiqui numinis tardum aſſertorem ac vindicem accuſari patere, quin potius quod dabis da cito, ut

bis

Digitized by Google

bis dediſſe videaris. Ita vale vir ſumme. Hagæ Comitis XXIII. Febr. CIↃ. IↃC. XLVII.

EIDEM

CONSTANTIN. HUYGENS.

De eadem

EPIST. VIII.

Amplissime ac Doctissime Vir,

ARas haſce Neptuno & Nehalenniæ ſacras Domburgi nuper, Principis mei territorio, effoſſas mitto ad te, animo partim meo, partim Celſitudinis ſuæ mandato morem gerens. Dum enim de Nehalennia hactenus nobis inaudita varie fabulamur aut conjicimus, viſus tu Poëta es plane ad eam rem unicus, qui nodum ſolvas, & quam reverentiam novo Numini debeamus pro autoritate ſtatuas & injungas. Alluſimus nonnulli ad Belgicum idioma, ac de NET HAEL INNE ſive NIEW HAEL INNE neſcio quid auſi fuimus ſomniare. Mihi vero τὸ νεαλὲς ſuccurrit, & ſive id recenter captum ſive ſalitum indicare velis ad originem hujus nomenclaturæ manuducere viſum eſt. Ἐπίχω tamen, donec tu docte Trebati vel potiora monueris, vel hiſce mecum uti voles. Vale vir Clariſſime, ac tui gregis ſcribe tuum Huygens. Hagæ Comitis XV. Febr. CIↃ. IↃC. XLVII.

Νεαλὴς, ος, ή. *novus in omni officio.*

Νεαλὶς, ίδος, ὁ, *piſcis proprie nuper captus, vel qui ad aliquod opus nuper appoſitus, novus nuntius.*

Ita vetus ſub infantiam typographiæ editum Lexicon Græco-Latinum ſub Theodoro Gaza & Conſtantino Laſcari collectum à fratre Johanne Groslotio Placentino Carmelita. Impreſſum Vincentiæ Ann. 1483.

Etymologicum Magnum: Νεαλὴς, ὁ νεωστὶ ἁλωκὼς ἰχθὺς ἢ ὁ νεωστὶ ὀπτὸν πεπωκὼς ἢ πεπνιθώς.

Νεαλὴς proprie *recens captus piſcis.* Dicitur autem & recens ſalitus, & recens captus. Add. & Suid.

Digitized by Google

Jo. a Wouwer

Cornelio van Dale S. D.

EPIST. IX.

QUam primo affectu amorem in me tuum foveam, mi Cornelii, capere non potes. Novi enim me illum esse, qui & accipere beneficia & aestimare didicit. Utinam occasionem mihi ostenderes, ut hunc affectum in te meum officio digno probarem. Literas Scriverii & earum comitem Arnobium accepi. Excusabis me illi, quod non rescripserim, uti etiam D. Baudio & Heinsio, quibus responsum debeo. Oppressus enim mole tanta negotiorum ne respirare quidem possum, & ecce dum haec ad te scribo, evocatorie mihi afferuntur, Hollstenium parum ad componendas lites ortas inter nobilissimos viros. Quare te, mi vetus, obsidem affectus mei illic relinquam, donec literae meae te liberent. Minucium à me editum quam prima occasione potero ad te mittam. Nunc te rogo quaesoque, ut à Scaligero ad haec inclusa responsum mihi impetres, & summa diligentia ad me festines: neque enim credere potes, quantum interfit citius illud mihi reddi, quod spero, si animum in me tuum recte novi. Vale & me ama. Hamburgi XI. April. CIↃ. IↃC. III.

Illustrissimo viro Josepho Scaligero

Jo. a Wouwer S. D.

De locis aliquot Minutii Felicis.

EPIST. X.

FIrmicum meum accepi, quem tamen ea lege repetii, ut mihi remitteres, si ita videretur; nihil enim meum, quod potiori jure non possideas. Quantum tibi debeam, quod promta humanitate me docueris difficillima Minucii verba non exprimo. Ejus editionem jam absolvimus; exemplar proxima occasione ad te mittam. Firmicum, quem secutorem

Digitized by Google

rem ei dare constitui, jam excudendum tradidi. In eo sane innumera menda, quæ tamen facili emendatione corrigere licebit; quanquam vereor residua fore non pauca, quibus me expedire non potero, quale est illud: *Virum vero abactorem boum colentes sacra ejus ad ignis transferunt potestatem, sicut propheta ejus nobis tradidit dicens*, Μικταβω μυςάκυ &c. Et; *Mars, ut sibi primas partes in amore Veneris vindicaret, incaute contra serentem percutit juvenem.* Et alibi: *Nec venenis tuis cruor defuit, nec se injuste crematorum corporum partes, humanarum etiam victimarum frequenter sanguine cruentasti.* Nihil moratur finem hujus editionis, nisi quod ad hæc à te doceri exspecto. Quare te rogo quæsoque literas tuas ad me properes. Dabis hoc amori in me tuo & publicæ utilitati, cui nihil negare potes. Absoluto libro de Polymathia in cujus etiam editione sumus, fortassis Apulejo me accingam, uti otii mei ratio constet. Columnæ editionem nemo juvabit præter te unum. Ego, ut verum fatear, Augustæ, Noribergæ, & apud nos, ubi omnis generis artifices, sculptores serio quæsivi, sed nullos invenio, & tamen valde è re mea futurum video, si ejus editionem festino. Nam si diutius premo, Itali, qui ægerrime ferunt, me insigne hoc antiquitatis κειμήλιον habere, prævenient, & ita fraudabor sumptu, quem in ea depingenda impendi, & aliquam multa exemplaria. Adjiciam notas fortasse, & siqua ex ejus editione expectanda gratia, eam mihi deberi velim, cujus auspiciis prodit. Rogo serio de toto hoc negotio cogites. Interest profecto, ne Italis ejus editionem debeamus, qui plerique omnes Romæ peregrinantur. Vale illustrissime Domine & me ama. Hamburgi 1. Kal. April. CIↃ. IↃC. III.

Corruptissima hæc tria loca & alia insuper correxit Dns Scaliger, misitque ad Wouwerium extremo mense Aprili, cum quibusdam notis de Abari Scytha, de Palladio, & Pausania, de Mithra ex eodem & Statio Papinio.

PETRUS SCRIVERIUS

JOHANNI A WOUWER S. D.

Minutius Felix & Apulejus correcti. De columna Antoniniana, Tertulliano, Arnobio.

EPIST. XI.

SAlve optime, eruditiſſime, ampliſſime Dne Wouweri. Literæ tuæ, quas 1. Kal April, ad Cornelium van Dalen dediſti, nudius ſextus ad me delatæ ſunt, nam amicus ille noſter ante ſex præter propter hebdomadas in Brabantiam profectus eſt. Quod Minutium editum eſſe ſcribis ingenti nos gaudio effeciſti. Utinam exemplar addidiſſes, ſed hoc prima occaſione miſſurum te ſignificas. Hoc age itaque. Nos hic omnes aviſſime editionem illam tuam exſpectamus. Quod in literis ad Dn. Scaligerum ſcribis, te ſecutorem Minucio *Firmicum* daturum, rurſus me novo gaudio affeciſti. Sed iſte eſtne plenus & integer. Audio eſſe in bibliotheca Illuſtriſſ. Electoris Palatini Friderici III. ſed an integer ibi ſit neſcio. Dolendum ſane exordium elegantiſſimo libello deeſſe. Corruptiſſima illa loca, de quibus oraculum publicum adibas, feliciſſime reſtituit incomparabilis heros, atque alia inſuper adjecit, divina prorſus, & quæ me in ſtuporem dederunt. Conſcientiam tuam interrogo, mi Wouweri, iſtud de Mithra, de Abari Scytha, nonne divinum eſt? denique omnia illa, quæ ibidem annotat, nonne divina ſunt? Nobis curioſa ejus viri felicitas nihil reliquum facit, quicquid ad oram annotaveramus jam vir illuſtris occupavit. Emendatio ejus prima eſt *Nepthune* ἀντὶ *Nepthuni*. Monuit Ludovic. Carrio ex Plutarchi libello de *Iſ. & Oſir.* legendum *Nepthym* (νέφθιν) quod propius accedit ad id quod vulgatum. *Contra ferentem* corrigit Scaliger *contra ſe ruentem*, quod in mentem quoque venit Guil. Fornerio ICto. Quod ſequitur *aſſe manum* mutandum *in aſſem unum*. Monuit etiam Carrio, qui cum in meditullio fere libri legat *proſtibuli corpore* ubi editum *pro conſtituto torpore* applauſum meum auferre non poteſt. Siquid mutandum cur non potius *proſtituto corpore*? P. 249. *verſ* 11. *edit. Commelinianæ*,

id

id est aerem tanquam putidum glossema ejiciendum, & *pag.* 295. *vers.* 22. legendum videtur *commodat parientiam*, de qua voce disseruit olim summus Jurisconsultus *Obs. lib.* 1. *cap.* 5. aut 6. non satis memini & post eum alii. Certe hanc vocem restitui velim Apulejo *Milet.* 8. circa *fin.* *vides quam grandem tibi demonstret parientiam*, quomodo *lib.* 11. *emparientiam* restituit Colvius. Sed hæc nugatoria sunt, & eruditis tuis auribus indigna. Quin omitto has sententias & abrumpo, ne dum tu nugas meas legis ego in publica commoda peccem. Sed heus antequam ultimam manum scriptioni meæ impono, dic sodes quid sibi vult arrogans iste Thraso, seu Suffenus, qui Minucii editionem aliam molitur. Hui! Felicem ille infelix, quem auctorem dum hic esset ne quidem per somnium vidisse mihi compertissimum est. Scribit se in cœnobio quodam antiquissimum exemplar reperisse; hoc an verum sit à te doceri cupio. Num tu usus eo codice, an vero barbarus illi tibi invidit? Quid audio? Idem ille ardelio tibi offensus est, & candidissimæ famæ tuæ latrocinatur, meditaturque nescio quas ignominiæ notas? Heu cadit in quemquam tantum scelus? Dii melius. Profecto nescio quæ hominem intemperiæ an Furiæ agitent. Atrox ille & in civem suum? Angue pejor est, legimus enim in Syria angues in indigenas venenum non habere, nec eos petere, sed exteros miseris modis excipere. Si in me incurreret vix ab humano more discederet, nam ita à natura comparati sumus, ut in insularios nostros satis humani, in alienigenas atrociſſime plerumque simus ad instar anguium quos modo dixi. Vale mi Domine, vale alterum seculi decus, & me ama.

Heus mi Wouweri, nam denuo compellandus es, de columna *Antoniniana* serio delibera. Sed quid fit notis tuis in *Tertullianum*? de iis in postremis tuis altum silentium. De *Polymathia* aliquid mones, eam esse sub prælo. De quo libro nos mira nobis pollicemur. Quando videbimus? quando item reducem Arnobium nostrum? Hoc age. Siquid vicissim opus fuerit, scis non rogandum esse, fidenter impera. Lugd. Bat. VI. Kal Maj. CIↃ. IↃC. III.

De ea scripsit ad Commelinum Dn. Scaliger. Rescripsit Commelinus se omnino velle, & quidem iis quas tu proponis legibus, ut scilicet sumptum, quem in depingenda ea impendisti refundat &c. Sed exemplaris sibi prius copiam fieri cupit.

pit. Meretur hoc insigne antiquitatis monumentum sine notis non edendum, mittasque ad Heroa nostrum Columnam una cum notis tuis. Curabimus hic primo tempore excudendam. Iterum vale mi Wouweri.

PETRUS SCRIVERIUS

JOHANNI ISACIO PONTANO SUO S. P.

De Martialis Vienna. Quis Romulus apud eum. De Epona; Dea campestri. Aliquot Inscriptiones.

EPIST. XII.

Binas tuas accepi, sed non Patricium illum, qui ultimas tulit, excepi, aut in familiaritatem meam, quod volebas, admisi. Domi non eram, cum me quæreret, & serio irascor fortunæ, ejusve horæ, quæ invidit mihi tantum bonum. Sed dabitur alias cum eo colloquendi occasio. Sane me quando volet appellabit imo interpellabit nunquam repellendus. Norit & ille meam indolem factam benignitati & comitati. Sed hæc hactenus. De itinerario tuo securus esto. Nominis mei oblivio me potius capiet quam ullam prætermittam tibi inserviendi & mandata tua exequendi occasionem. Quin id tam sedulo egi, & quæsivi, sed non inveni tibi typographum, qui suis sumptibus id excuderet. Raphelengius non abhorret, imo cupide cupit, sed operas & præla sua occupatissima dicit. Bassonium itaque conveni, is pro charta & impressione in singula folia septem florenos exigit, quod pretium tolerabile est, nec minoris alios hoc quicquid est suscepturos quovis pignore contenderim. Ego in *Martiale* meo sex florenos dedi, & charta mihi seorsim persolvenda fuit. Quid fieri velis semel statue, & simul exemplar mitte, si descriptum fuerit. Curabuntur omnia haud aliter ac si ipse præsens esses quam diligentissime. Martialis illud mei de *Vienna lib.* VII. omnino accipiendum de *Vienna Galliæ Allobrogica* in Narbonensi provincia, neque ullum interpretem vidi, qui de Austriaca Germaniæ acciperet. Notandum vitiferam etiam ab eodem vate meo vocari in xeniis disticho c. VII. cujus lemma, *Picatum vinum.*

Hæc

Digitized by Google

Hæc de victrice veniſſe picata Vienna
Ne dubites, miſit Romulus ipſe mihi.

Quis ibi *Romulus* ſit, non ſatis enucleant interpretes, ego conjicio *M. Antonium Primum* intelligi, quem tanquam ſuæ patriæ Romulum laudat Poeta. De hoc Tacitus aliique & ipſe Martialis non ſemel. Qui melius conjecerit, vatem hunc perhibebo optimum. Inſcriptiones iſtæ deſcriptæ ex arce Meudon apud Gruterum extant, qui habuit à Scaligero IULIUS AUG. L. EROS. & IULIA GLAPHYRA p. 874. legitur. Inſcriptionem *de Epona*, quæ Saloduri in Helvetia oſtenditur habet Gruterus p. 87. ubi & habet alias de eadem Dea, quarum unam & alteram hic adſcribam:

In Carinthia valle Laventina

HERCULI ET EPONÆ
AUG.
PRO SALUTE IMP. CÆS.
M. AUR. ANTONINI PII. FELICIS
INVICTI
. . . . . .

In arce Pinoberg prope Danubium

CAMPES. ET. EPONÆ.
ALA. ICT. NG. HP. CR. QUI ET
AL. BASSIANUS PRÆ.
V. S. L. M.

Hujus Deæ meminit Juvenalis *Sat.* 8.

——— ——— ——— ——— *jurat*
Solam Eponam & facies ſolida ad præſepia pictas.

Prudentius in Apotheoſi:

Nemo Cluacinæ aut Eponæ ſuper aſtra Deabus.

Apulej. *Miles.* 3. Tertullian. *Apologet.* Minutius in *Octav.* Fulgent. *de priſco ſermone* in voce *Sermones.* Plutarch. denique in *Parallelis* ubi de Fulvio Stella. Ex quibus omnibus liquet fuiſſe Deam jumentorum, mulorum ſcilicet, aſinorum, & equorum.

Scri-

Digitized by Google

Scribendum autem *Epona* aut ut Plutarchus *Ἵππα*, non Hippona, quomodo vulgo editur in pleriſque auctoribus. Sed quid ago? finem tecum garriendi facere jubet nauta jam profecturus. Deſino igitur & uberiores literas, cum tuas accepero, promitto. Reſtabat aliquid de *Campeſtri Deo*, qui *Epona* conjungitur in lapide arcis Pinobergenſis. Libros quos per me dato ſyllabo curari volebas hic habes. De ſingulorum pretio conſtabit tibi ex addito Raphelengi chirographo. Vale noſter amor, vale. Scripſi ſumma cum feſtinatione. Lugd. Batav. die XIV. Maji. CIↃ. IↃC. V.

IDEM

HERIBERTO ROSWEYDO S. D.

De Wouwerio, Baronio, Arnobio, Marcilio, Notis Tironis & Senecæ, Inſcriptionibus Gruteri &c.

EPIST. XIII.

TRes præter propter hebdomadæ ſunt, Heriberte amiciſſime, ex quo Cornelius van Dalen, juvenis mihi propter mores & eruditionem cariſſimus, literas meas ad te deferendas ſuſcepit, ſed tanta cum feſtinatione ſcriptas, ut nunc mihi venia deprecanda ſit. Cur ita feſtinaverim quæris? dicam. Amicus ille noſter ipſa qua profecturus eram hora nos de literis monuit, voluitque ad te ſimul & Clariſſ. Lipſium darem. Quod voluit feci, ſed negligentius quam apud tales oportebat. At tu mi Herberte ignoſce præcipitantiæ pariter & oſcitantiæ meæ. Nam profecto eo tempore tam nubilo animo eram, ut neſciam jam quæ ſcripſi, aut quæ non ſcripſi. Puto tamen de eruditiſſimi noſtri Wouwerii Minutio mentionem feciſſe. Diſertiſſimus is Auctor, ut rem integre ſcias, jam editus eſt, ut ad nos ſcripſit 1. *Kal. April.* Indies exſpectamus exemplar, quod ſe prima occaſione miſſurum promiſit. De notis in *Tertullianum* altum ſilentium. Nundinis iſtis vernalibus, ut ſperaveram, non habebimus. Secutorem *Minutio* dabit *Iul. Firmicum* de errore *Gentilium*. Sed in elegantiſſimo illo libello loca quædam prodigioſe corrupta ſunt. De iis nuper oraculum, non Deum,

Digitized by Google

Deum, Scaligerum consului. Is promto ingenio difficillima quæque dissolvit. Mitto ea nunc ad Wouwerium, & libentissime communico, quæ mihi in thesauris fuerunt. Quid ni? Apertas Musarum fores semper esse decet, nec claudi hic benignitas, ubi maxime stare debet. Cæterum amicus ille noster, qui Hamburgi, nunc est in Holsatiam evocatus ad componendas lites ortas inter nobilissimos viros. Nuper ad me scripsit se esse in editione libri sui de *Polymathia*, daturumque se post illam alia, sed quæ illa ignoramus. Ipsum in Apulejo non inutiliter laborasse jam pridem didici. Didici etiam penes ipsum esse pulcherrimam illam Antonini columnam elegantissime depictam. Hanc, si peritus aliquis artifex ad manum sit, fortassis dabit, & in eam quasdam notas. Particulam præstantissimi istius monumenti repræsentavit clarissimus ecclesiasticorum Annalium scriptor Dn. Cæsar *Baronius*, ubi agit de legione Fulminatrice. Cujus vigilantissimi hominis amor cogit me sermonem de Wouwerio abrumpere. Iane vale, et tu plurimum salve Reverendissime Baroni, ut Annalibus tuis supremam manum aliquando imponas. Hoc meum votum est. Et quidem

Serus ut historicis Baronius incubet Actis
Tu puer huc summo da pia thura Iovi.

Ignosce Pater Heriberte affectui meo, & si me amas, optimi senis effigiem mihi ne invideas. Vidi eam hic apud amicum augusta forma sculptam. Vidi etiam aliorum illustrium virorum εἰκόνας apud vos excusas, Cominæi, Grudii &c. quarum Auctorem esse puto D. Aubertum *Miræum*, cujus elogia nuper vidi, ἔγνων, καὶ ἀνέγνων. Absit ut tertium addam κατέγνων. Juliani illud scitum est. Sed è diverticulo tandem in viam. Commemoravi supra *Minucium* esse editum, & *Firmicum* edi. Reliquum nobis, ut Arnobium quoque edamus. Certe ego paratissimus sum arripere illum serio absoluto Martiale, & hoc antea puto me ad te perscripsisse, nec auctoritatem etiamnum defugio. Tu me egregie juvare posses partim tuis partim Stewechianis notis. Eja age, communica, quicquid miseris, tuo nomini, si modo pateris, inscribendum scito, & siqua ex editione Stewechii gratia exspectanda eam tibi deberi, cujus auspiciis prodit, publice testatum faciam. Si tanti erit, me de quibusdam

Digitized by Google

locis tibi dubiis consule, non gravabor respondere. Quæ so consilii tui me certiorem facias. Item ad hæc Martialis loca, quæ seorsim hic in scheda habes respondeas etiam te rogo. Vix credideris, quanto desiderio literas tuas una cum iconibus exspectem. Literas dico, sed uberes, nam ego jam ter ad te scripsi, & tu nullius adhuc responsi honore me affecisti. Lentum te valde dicerem, nisi occupatissimum scirem. Vale ornatissime Domine & me ama.

Catalogum librorum Francofurto nondum accepimus, nec vos acceptastis, ut puto. Bonarum rerum sterilis non erit, certo scio. Videbis *Artemidorum*, *Achmetem*, *Astrampsychum*, & *Nicephorum* Oneirocriticos scriptores à *Rigaltio* Græce Latineque junctim editos. Videbis historiæ Augustæ scriptores, Ælium Spartianum, Iul. Capitolinum, & ceteros, diligentissime ab Isaaco *Casaubono* emendatos, atque uberibus notis illustratos. Videbis Iulii Cæsaris *Bulengeri* de theatro ludisque scenicis libros duos. Videbis Iustiniani Imper. Instituta cum notis M. Antonii *Mureti*. Leges *Salicas* ex bibliotheca Fr. *Pithei* editas credo te vidisse. Videbis etiam Titi Vespasiani Imperatoris vitam à Suetonio descriptam cum nova interpretatione & emendatione Theod. *Marcilii*, eloquentiæ Professoris. Post Casaubonum ille Suetonium? Nimirum

Terquatus nitidas vario de marmore thermas
Extruxit. Cucumam fecit Otacilius.

Nollem hic informis illi fœtus excidisset, præsertim quum misere statim acceptus sit à Casaubono. in extremis ad Imperatorum vitas notis. Audio *Marcilium* moliri aliquid in *Casaubonum*, & jam opus Apologeticum sub prælo esse. Hoc etiam volebam Heriberte nescius ne esses. Sed quod oblitus pene eram videbis augustissimum Inscriptionum volumen à *Grutero* publicatum cum absolutissimis Indicibus. Nos exemplar accepimus, non tamen perfectum, reliquas è nundinis exspectamus. Addidit vir præstantissimus notas *Tironis* & *Senecæ*, sed eorum esse ne ipsa Suada mihi persuadeat. Christiani hominis sunt aut saltem auctæ à Christiano. Nescio ubi legerim D. Cyprianum ejusmodi notas reliquisse. Ipse edidit, ex membranis, nisi fallor, illustris Electoris Palatini, quas superioribus diebus *is πόδας ἐκ κεφαλῆς*,

Digitized by Google

κεφαλῆς, ut Homerus ait, perlegi. Scin quales eæ sint? Vidisti, opinor, Commentariolum Anonymum in Gothorum Alphabetum & notas Lombardicas. Edidit *Vulcanius* noster anno CIↃ. IↃ. XCVII. Tales sunt. Imo illa omnia, quæ ibi citantur, deprompta sunt de eodem vel simili Codice. Nam similes extare in Italorum Gallorumque bibliothecis scio. Laudat antiquissimum notarum librum Cujacius, 12. *obs. ult.* ubi formulas quasdam & verba juris per notas exarata adducit. Quæ in excusis jam à Grutero omnia reperi, diverso tamen nonnihil charactere, uti brevi videbis. Notas has arbitrantur viri docti multum adjumenti allaturas ad veterem ταχυγεγραφικὴν τέχνην in lucem atque usum cum fructu publice revocandam. Profecto nescio, prodigiosa oportet memoria sit, qui implexas illas & concatenatas omnes noscat. Nam plus quam X. millia sunt. Nunquam ego Notarius sim, &

Nulla notis brevibus comprendere verba peritus.

Videbis etiam Inscriptionibus adjecta Christianorum epigrammata, quæ in D. Petri & Pauli aliisque Basilicis circa parietes & pavimenta Romæ leguntur. Descripsit ea è MSto Codice bibliothecæ Palatinæ Ianus Gruterus. Edita jam spero, quanquam vix digna videbantur, quæ cum reliquis Inscriptionibus ederentur, nec tanti esse, quanti ea charta, in qua excuderentur. Tot maculis & barbarismis inquinata sunt. Sed quia multa historica in se habent, quæ nuspiam extare putamus (certe major pars nobis ignoratur) censuimus cum aliis edenda, propter argumentum potius quam characterem sermonis. Vin specimen? en tibi.

In Paradisum B. Petri

. . . . . .

. . . . . .

Est tamen hic pulchris specialis gratia rebus,
Spectantumque oculos ars pretiosa capit.
Joannes hoc compsit opus quem rite coronat
Urbis Romanæ Pontificalis apex.

In frontem ejusdem ecclesiæ

Digitized by Google

Credite victuras anima remeante favillas
Rursus ad amissam posse redire diem.
Nam vaga bis quinos jam luna resumpserat orbes,
Nutabat dubia cum mihi morte salus.
Insita lethiferos auxit medicina dolores,
Crevit & humana morbus ab arte meus.
Pro quantum Petro largitur Christus honorem!
Ille dedit vitam, reddidit iste mihi.

Hæc & quædam alia Poëticis auribus prorsus indigna non sunt. Quæ sequuntur non nisi gemente & indignante lege Pedia leguntur.

In porta ejusdem ecclesiæ dextra:

Lumine sed magno vibrari janua cerno,
Astriferumque polum indicat ipse nitor.
Terra oret vultus servantum limina sacra,
In geminis portis ora jucunda nitent.
Simonis adspectus fulgens præcluditur una,
Altera sed Pauli radiat orbe decens
Aditus interior gazarum æstuat opes,
Et depicta nitent cumulis ipsa suis,
Aureis in petalis gemmarum clauditur ordo,
Et superba tegit blattea palla fanum.
Sic quoque conjunctim servatur gloria rebus,
Et variata semel nexa natura manet.
Inclito cum opere surrexit fama perennis,
Indubitante fide reddite cuncti vota.

Aliud:

Siricius pia nunc persolvit munera sanctis
Gratia quo major sit bona martyribus.

Omni-

Digitized by Google

Omnipotens Deus hunc conſervet tempore multo
Moenia ſanctorum qui nova reſtituit.

Hoc carmen reciprocum eſt, quod non per ſingulos verſus redit, ſed per totam elegiam. Qualia illa ſunt, quæ ocia curioſe inveniſſe ait Diomedes Grammaticus *lib.* 3. qui cujuſdam neoterici diſtichon adducit tale,

Icarium notas ut confidens flamine, tranant
Cærula verrentem ſic freta Nereidos.

Detrahe priori verſui *n tranant*, & adde alteri, facies de Pentametro hexametrum, & de Hexametro pentametrum hoc modo:

Nereidos freta ſic verrentes cærula tranant,
Flamine confidens ut Notus Icarium.

Græci etiam in hoc genere ſe exercuerunt. Vid. Anthrolog. Elegans inprimis Philelphi diſtichon retrogradum:

Laus tua, non tua fraus, virtus, non copia rerum,
Scandere te fecit hoc decus eximium.

Hoc ſi verſo ordine legas verſam etiam ſententiam deprehendes. Hoc artis eſt.

IDEM
Viro Clariſſimo
JUSTO LIPSIO,
EPIST. XL
Qua conſulit Lipſium.

SAlve Muſarum Hercules. Salve. Averrunce monſtrorum. Nuper ad te literas meas, frigidas illas & jejunas detuli, nunc defero ad te loca quædam Martialis mei prodigioſe, ut

Digitized by Google

mihi quidam videntur, corrupta. Opem tuam imploro. Me vide. Seorsim hic in scheda habes. Ad hæc, vir Clarissime, velim mihi primo otio respondeas. Vix enim credas quantum interfit quamprimum certiorem reddi. Profecto jam nugas meas typographo commisissem, nisi eas prius electissimis tuis insertis exornari cuperem. Rogo quæsoque me per epistolam doce. Dabis hoc amori in me tuo, dabis publicæ utilitati, cui nihil negare potes. Tantum erat. Vale Musarum Hercules. Vale Averrunce monstrorum. Vale antiquitatis anima Juste Lipsi. Lugd. Batav.

Iterum te rogo & obtestor literas tuas ad me properes: nihil enim finem editionis meæ remoratur, nisi quod ad hæc à te doceri exspectem.

IDEM

CORNELIO VAN DALE, S. D.

De morbo Lipsii. De typho Elmenhorstii.

EPIST. XV.

AMicorum te desideria ad unum omnia fideliter adimplesse, mi Corneli, ut vehementer gaudeo, ita me hercules literas meas non vidisse te vehementer doleo. Ain vero? quas VII. Kal. Junii per tabellarium Ultrajectensem ad te dedi non accepisti? Ut Di Deæque illos homines perdant, qui aut clanculum supprimunt, aut palam intercipiunt innocentes has amicorum salutationes. Mearum sane literarum levis jactura est, at iis annexæ fuerunt Scaligeranæ, quas hortatu potissimum meo vir illustrissimus exaravit. Has non accepisti? Ergo aliquis lucifuga, ut ait Lucilius, nebulo suppressit, an strangulavit miles? Di melius! & jam spero accepisti. Spissigradus fortasse tabularius fuit. Quod an ita sit tuis doceri cupio, si diutius isthic tibi morandum esse existimabis, quanquam optarem venire te ipsum & præsentem præsenti indicare, participemque eorum omnium facere, quæ in amœna illa tua patria vidisti, audisti, atque emisti denique. De Novellis Imper. Justiniani summas gratias tibi agit Dominus Scaliger. Eum librum

Digitized by Google

librum hactenus in Bibliotheca ſua deſideravit. Nummi, quos meo nomine expendiſti, ſtatim atque redieris tibi reddentur. Magnam à me gratiam iniviſti, quod Baronii & ceterorum doctrina illuſtrium virorum icones mihi comparaſti. Non minorem iniveris gratiam, ſi tecum attuleris aliorum etiam Cardinalium Epiſcoporumque effigies, quas in officina Plantiniana proſtare intelligo. Item ſi attuleris Juſti Lipſii *libr. de Recta pronuntiat. in 4.* ex ultima recognitione ibidem excuſum. Item, ſed præſtat hic abrumpere. Nimium enim tua humanitate abutor amiciſſime Corneli. Alia per nuncios mihi adferri jubebo. Pudet me tantas tibi creaſſe moleſtias, & vide adhuc moleſtus ſum. Pater *Heribertus* à *Roswey* voto meo ſatisfecit. Ei has trade, & reſponſum ad has ſimul & ad alteras meas ab eo pete, Clariſſimo quoque Lipſio de reſponſo aurem velle, Martialis maxime cauſa, quem præſtantiſſimi viri opem indeſinenter implorare ſignificabis, ſed & id ipſum lumen columenque literarum perofficioſe meis verbis ſalutabis. Vivere illum & meliuſcule valere ſumma cum animi voluptate ex literis tuis intelleximus. Scripſerat ad me Heribertus languere illum, atque ægre animam trahere, adeo ut verendum eſſet, ne hic annus illi fatalis. Quo nuncio valde hic omnes turbati ſumus, ac moriente illo viro mori paulatim cœpimus, donec tu nos melius ſperare juſſiſſes. Profecto verbis eloqui non poſſum quantum nos exhilaraveris, quamque lætos lubenteſque ſcriptione iſta tua reddideris. Veni, vide. Certe ego, *Scaliger*, *Baudius*, atque *Heinſius*, videre te deſideramus. Si nos amas veni cito, & hic amicorum deſideria exple. De Baudio ſcire debes eum nuper in numerum Profeſſorum eſſe cooptatum, atque Eloquentiam ei demandatam eſſe. Die Lunæ proximo, qui erit menſis hujus XVI. cathedram aſcenſurus eſt prælecturus. Heinſius noſter utramque Poëticen profitetur. Vale & nos ama Lugd. Bat. 10. Jul. Ann. CIↃ. IↃC. III.

Nudius ſextus eram Amſtelodami, ubi literas à Wouwerio noſtro accepi. In his pluribus ſuper inſolenti typho magnanimi Herois Elmenhorſtii conqueritur, quem etiam mihi, ſi Dis placet, nimium quantum detrahere ſcribit, & quidem contumelioſiſſime. Quod ſi verum eſſe ſcivero, væ illi, quanquam ne tralatitio quidem aſpectu ejuſmodi intertrimentum generis hu-

Digitized by Google

humani dignum judico. Non patiar enim indonatum hinc abire ad Orcum ſuum.

Non hoc, non tibi cappa ſic abibit;
Nam ſiquid ſequius maligniusque
In me dixeris, ad librariorum
Curram ſcrinia, flammeosque verſus,
Et Sueſſæ omnia colligam venena,
Ac te his ſuppliciis remunerabor.

Lues & λοιμόνη illa lues non equidem hic graſſatur ad ſuperioris exemplum. Funera ſunt, ſed rariora quam pro veſtra illic fama. Crede mihi Amſterodami vix ultra XL. mortales per ſeptimanam vita decedunt, qua peſte, qua morbis aliis. Quid hæc ad nuperam illam ſtragem?

PETRUS SCRIVERIUS

P. Heriberto a Rosweyd. Antverpiam.

De eodem Elmenhorſtio. De locis aliquot Martialis. De loco Tertulliani. Venantius Fortunatus locis aliquot correctus.

EPIST. XII.

EGo vero tertias miſi, quas negas tibi eſſe redditas. Ain vero? Doleo utriuſque cauſa. Periiſſe mihi ſcriptiones, tibi eas legendi uſum. Suſpicari libet eas aut inter militum manus ſtrangulatas, aut improborum hominum perfidia ſuppreſſas. Quos ego homines in maximam malam crucem abire nimis quam velim. Utinam tandem ire & redire amicorum iſtæ ſalutationes poſſint? An ad meas reſponderit Clariſſimus *Lipſius* ignoro, ego certe ab ejus manu anno proximo nullas accepi, quem virum, mi Heriberte languere, atque ægre animam trahere, adeo ut verendum, ne annus hic illi fatalis ſit, ingenti

Digitized by Google

ingenti cum animi plaga ex literis tuis intellexímus. Indicium inquam iſtud de valetudine ſummi viri nos hic omnes valde exanimavit, neque iſtis finibus conſtitiſſet noſter dolor, niſi *Cor.* van *Dalen* melius nos ſperare juſſiſſet amiciſſimis ſuis optatiſſimiſque literis, quas 13. *Cal. Junii.* Antverpia ad me miſit. Ei & maxime bono Deo debemus, ut lugere deſinamus. Quid de diuturniori fructu amicitiæ ejus viri nobis promittamus, quid de aliis ejus ſcriptis ex te ſcire avemus. Quid tu etiam egregio publico mugineris, niſi moleſtum eſt, proxime nunciabis. De Arnobio nuper ſcripſi, eum Auctorem mihi decretiſſimum eſt edere. Oro te ne mihi Stewechianas emendationes invideas. Hamburgi quidam inſulſus homo eſt *Gevardus Elmenhorſtius*, is molitur editionem *Arnobii* & *Minucii*, ut ſcilicet mihi Wouwerioque meo ægre faciat. Hujus ſtulti hominis conatus aut te aut me antevertere omnino expedit. Optimos ſcriptores foriis ſuis conſpurcabit. Novi olidum tenebrionis ingenium, quod vel ipſas ineptias ineptiores reddere poſſit. Sed de eo alius erit forte diſſerendi locus. Nunc ad literas tuas redeo. Tertulliani Apologeticum inſpexi *cap.* XII. *Cervices ponimus ante plumbum & glutinum & gomphos, ſine capite ſunt Dii veſtri*; ſanum eſſe & Scaligeri emendationem minime neceſſariam eſſe dicis. Addis inſuper eam tanquam ab immiti manu profectam eſſe. Bona verba. Eho. non verum, non etiam veroſimile. Ubi ſic loquitur vir illuſtris? Oro te, vulgatam ſcripturam mihi expone, & virum putabo. Echoici verſus, quos Sidonio *lib.* 8. *epiſt.* XI. reſtituere vis, qui ſint, juxta cum ignariſſimis ſcio. Nec Græca eſt vox, nec Latina eſt, quantum commemini. In Martiale *ſcriptus* tibi *decantatus* eſt, & carmen illud refers ad ludos Capitolinos. Ego totum epigramma diligenter examinavi, ſed quod ad ludos Capitolinos referrem non inveni. Utinam ſchedæ tuæ me expedirent! Quippe ſine his miſer æſtuo

——— ——— *veluti minuta magno*
Deprenſa navis in mari
Veſaniente vento.

Siquid tamen judico puto *carmen votivum* eſſe pro ſalute Nervæ, quem aurea ſecula induxiſſe ait, cum ſub aliis Imperato-

ribus ferrea fuissent. Hoc enim est, quod invocet Jovem nunc primum auro circumscriptum. Hoc age mi Heriberte. Si sententiam tuam præpollere existimaveris, schedas excute, & quæ huc faciunt transmitte. Ad alia item Martialis loca, quæ evolvenda tibi nuper proposui, respondе. Vix credas quam me istorum locorum evolutione tibi adstricturus sis. Desinerem hic, nisi in fine literarum quærere te viderem, quid sentirem de illo versu *Traducta est Gyaris* vel *Tradita Getulis*. Vix aliud possum quam variantes lectiones adscribere. *Tradita Getulis* scriptura est optimi Palatini, & eam in nostra editione secuti sumus, quam etiam pro virili in Animadversionibus exponimus. *Traducta est Getulis* MS. Florentinus, quo usus olim Angelus Politianus, ita etiam Cambdeni membranæ & vetustima editio. *Traducta est Gyaris* notatur ad oram Codicis Juniani habere editionem Aldinam. Quam lectionem si antiqui libri comprobarent sunt qui retinendam censent. Gruterus noster Merulæ Alexandrini commentum esse dicit. Ab Agretio tamen Grammatico ad eum modum citari non diu est quod didici. In aliis libris est, *Traducta est Geticis* & *Traducta est Cybaris*. Non me latet Clariss. Lipsium emendasse *Traducta est titulis*. Minus bene. Habes variantes omnes scripturas. Plausibilis tua ex historia conjectura nunc ubi est? Val. Lugd. Batav.

Oro te si in Dn. Aubertum Miræum incideris, ut eum meis verbis salutes. Faveo viro docto tam insigniter doctorum Manibus faventi. Prodiit his nundinis vernalibus Venantius Fortunatus auctior & emendatior opera ac studio cujusdam hominis docti è Societate vestra. Quem ut nuper inspexi quædam menda adhuc emendanda illum reliquisse animadverti. Quod reprehendendi animo non dico. Nemo enim, ut togatorum doctissimus Varro dicebat, reprehensus est, qui è segete ad Spicilegium reliquit stipulam. Sane si auctor tanti esset in XI. Carminum libris innumera loca restituere possem ope Codicis antiqui notæ, ut ita dicam, Opimianæ. In libris de *vita B. Martini* non pœnitendam operam navavit R. P. Christophorus Brouwerus. In iis ego præter hæc bina loca parum possum. *Pag.* 320. *lib.* 3. ubi Martinum templum Domini & cetera vidisse scribit:

Vidisti,

Digitized by Google

Vidisti, inquit, *templum Domini diademate fulcum,*
Vidisti thalamum sponsi super omnia pulchri
Compositum geminis auroque ostroque decorum.
Qualis jaspis erat pedibus laterique topasus.
Qui digitis anuli viridi fulgore venusti?
Quales armillæ, dextra ardescente jacintho?
Quanto zona die lapidem radiabat honore?
Cycladis aut qualis catacliftis effora rasis?

P. Brouwerus hic Lamias turres & solis pectines loquitur, dum *catacliftam* vestem undique clausam exponit, & Auctorem *cycladem* describere ait efforatam, ex qua conspicui catacliſti certis locis eminerent, quod cultus specimen apud nobiles hodieque in deliciis. Nugæ. Lege me auctore

Cycladis aut qualis cataclyftis etfora rasis.

Quanta, inquit *catacliſta* (seu *cataclyſta*) cycladis. Niveam fuisse cycladem dicit Apulej. *Misel.* XI. *p.* 200. *veste nivea & cataclyſta præniteris sequebatur chorus.* Quo loco perperam *Catacliſta* ex Tertulliano reponit Colvius. Stragulæ vestis genus *Catacliton* est, ut ad Afrum illum jam pridem viri docti annotarunt. *Catacliſta* vestis nivea & lota. ἔκφορα autem propria apud Architectos projectum mutulorum. Mutulos architecti corvos vocant. Vid. M. Vitruvium *lib.* 4. *cap.* 2. *& lib.* 6. *cap.* 2. Abusus eo vocabulo Poeta barbarus, cujus scripta qui ad Prisciani libellam examinat, næ is Venantio multo barbarior. *Lib* 4. *p.* 334.

——— ——— *oritur violentia venti,*
Exiliunt fluctus, feriunt cava vela rudentes;
Nutat pontus iners, rapiuntur fœna chirusis.

Pro *chirusis* parum notis reponere amat P. Brouwerus *chirothis*, ut sit conti genus, quod *manus* appellavit Lucanus, ea

Digitized by Google

ſcilicet componendi forma qua dicimus *ophiuchis*, etſi quoque *chamulcis* reſtitui poſſe eidem videatur quod etiam in inſtrumento nautico ponitur inter machinas tractorias. Nugæ. fidenter dico & legendum edico *rapiuntur ſigna ceruchis*, quomodo editum. *Ceruchi* navium funes, κεράχοι. Κεράχοι proprie rudentes. *Opiferas* vocari monet Iſidorus

——— ——— *hic quum mihi ſemper in altum*
Surget, & inſtabit ſemper minor Urſa ceruchis.

Lib. eod. *p.* 341.

Hic tibi Brima fluens, iter eſt Retenone ſecundo,
Ingrediens Atheſim Padus excipit.

Hoc loco P. Brouwerus nos ad *Marchiam Tarviſinam* remittit à Leandro depictam, in qua uno excepto *Retenone* cetera diligenter loca ſubjiciat. Credo equidem *Retenonem* apud ipſum locum non habere, nec hic locum habet, ſi paulo penſiculatius Fortunatum examines. *Retenone* igitur monſtrum verbi in *rumore* mutandum cenſeo, totumque locum ita reſcribendum

Hic tibi Brima fluens iter eſt, rumore ſecundo
Ingrediens &c.

Ad calcem notarum ſuarum adjecit inter alia Papæ Damaſi verſus in Sanctum Paulum Apoſtolum. Quos cur tam mutilos lacuniſque tot obſitos ederet cauſam non video, cum integri extent in volumine Chriſtianorum Poetarum à Georg. Fabricio publicato Ann. 1650.

EPIST. XIII.

Joh. Frederici Gronovii.

De Statii Papinii Sylvis.

ILluſtriſſime Domine. Pluſculi menſes elapſi ſunt, cum literis ad te unis allegatis memoriam mei, ſi tamen, in animo tuo renovare ſtudui. Eas recte curatas dubitare juſſit ſilentium tuum,

Digitized by Google

tuum, vetuit affirmatio Clariſſimi & optimi viri fratris tui. Evenit itaque ſine controverſia, quod verebar olim, & graviſſimæ occupationes tuæ, quibus moleſtus interſtrepebam, malæ tractationis me condemnarunt, & exoptatum reſponſum mihi inviderunt. Cæterum quum acerbiſſima mihi hujus errati cogitatio ſit, uno tamen me conſolor & fraudo diſſidentem animum, quod licet intempeſtivus & gravis obſervantiæ tamen meæ teſtimonium perhibuerim. Atque hæc res nunc quoque ad eundem lapidem offendere me adigit. Quaſi enim non ſimplex inſania ſufficeret promittere Diatribam in P. Papinii Statii ſylvas, ecce, præſtiti. Quam cum ὀξυδερκεστάτους oculos tuos ſubire minime deceret, quia tamen publicata ſubtrahi vix poſſet, ipſa ultro ſe accuſatum ad te venit, vir maxime, aut ſupplicatum potius, ne propter vilitatem operis ſpernas autorem, ipſique ignoſcas, quod ſplendorem interdum appellatione illuſtriſſimi nominis tui quæſiverit. Et quoniam non ea tua de nobis ſpes fuit, ut communicatis doctiſſimis animadverſionibus tuis eam augeri dignam putares, nunc, rogo, ſi tamen ullam horam tam indigne perdere poteris, ut hæc legas, quæ tamen rectius à te diſcere potueramus, ea notes obelis tuis, ac noſtram imperitiam corrigas. Scio enim quoties falli me oporteat, antequam ad veritatem perveniam. Sunt autem non pauca ibi, quæ à Salmaſio tuo didicimus. Ea forte tanti erunt, ut reliqua etiam fugitivo oculo perluſtres, multaque in iis ruditatis noſtræ veſtigia deprehendas. Quæ hactenus à te condonari peto, ut in tuorum me cenſu retineas, non ut notatione cenſoria iſta plectere, meque de iis comiter monere dedigneris. Si non ſemper extra ſcopum jaculatus ſum, ſi non una litura hoc opus indiget, expectabo judicium tuum animadverſionemque, & quod hujus opuſculi editione peccavi, hoc Caſauboni epiſtolis mea cura publicandis propediem σὺν δαίμονι excuſabo. Vale vir incomparabilis & ama Excell. veſtræ devotiſſ. Joh. Frid. Gronovium.

Digitized by Google

JO. ISACIUS PONTANUS

V. Cl. Petro Scriverio

Cutio idem quod porcus. Vetus vox Gallica.

EPIST. XIV.

QUod humaniſſimis tuis æque ac doctiſſimis literis, ſive reſponſo potius, quod à me præterito autumno ſuper voce *Cutio* inter cetera didiceras hucuſque nihil repoſuerim, haud alia cauſa fecit, quam amicitiæ, quæ inter nos feliciter eſt cœpta, fiducia, tum & ipſa res, quæ agitabatur, reſpondendi celeritatem haud magnopere efflagitans. Tamen veniente hoc tempore Lugdunum Batavorum harum gerulo, amico noſtro, haudquaquam negligendam occaſionem exiſtimavi. Etenim locus, quem indicas, Marcelli Empirici ſuper ea voce *Cutionis* à me continuo inſpectus fuit, repperique prout memineras: tantum quod Gallica lingua ita appellari additum non reppererim, niſi alius fortaſſe in promptu tibi locus ſit præter utrumque, quem Index commonſtrat. Interim ſufficit ad id evincendum, quod ſubjicit epiſtola tua. Unde collegi haud aliter Gallorum vetuſtiſſimos id vocis intellexiſſe; quia hodieque vos Galli *Cutionem* porcellum vocatis. Nec alio etiam eunt Belgæ noſtrates, quibus *Sœge* dicitur. Eſt autem vox *Soege* ſuem indicans. Habet quippe Lexicon Teutonico-Latinum Kiliani *Soegh*, *Seughe*, *ſus*, *porca*, item *Soegh*, *aſellus*, *cutio*, *multipeda*, *porcellio*. Quin & apud eundem Kilianum reperies *Knaken*, *porcellus*, ut conſtet etiam hinc haud aliter noſtrates Theutoneſque, quam Galli olim vetuſtiſſimi, ut plurimum locutos. *Knaeken* enim diminutivum eſt à *Cutio*. Eſt & mentio *Cutionis* in Junii Nomenclatore, qui haud protrita commemorat. Sed jam quem diximus haſce poſcit. Te igitur vir Clariſſime & Præſtantiſſime quam feliciter valere ac ſalvere jubeo. Raptim Hardervici Gelrorum x. Martii ſtilo noſtrate 1635.

EPIST.

Digitized by Google

EPIST. XV.

IDEM

V. CL. STEPHANO STEPHANIO Eloquentiæ Professori in Academia Regia Sorana.

Celsus explicatur.

MI Stephani post longum tuum meumque silentium tuæ me prævenere, tristia lætaque nunciantes, sed ita ut hæc prævaluisse, postque nubila serenitatem reluxisse tibi intelligam. Ita scilicet, ut ille ait, Dîs complacitum, voluptati ut mœror comes consequatur. Gaudeo nunc igitur, mi optime Stephani, comparem novam, novamque nuptam, filiam Clarissimi viri in Samo Danica Præpositi meritissimi M. Eliæ Eisenbergii filiam Thaliam Eisenbergiam, à summo numine destinatam tibi redonatamque. Cum hac ut diu felicisterque vivas, & illa tecum, Deum Opt. Max. precor. Poëmata mea quod visa tibi, non missa sint, facit sæpenumero penuria eorum, per quos mitti hæc talia commode queunt. Nunc epistolam hancce vel inter primos habe, extortam, ut videbis, mihi à Jesuitastro quopiam, cujus nec nunc quidem nomen scio. Et habeas eam, ut ἀνάθωμα aliquod Colloquiorum tuorum, quæ sane me haud simplice vice, legentem ea relegentemque affecere. Thesaurum quendam ac panopliam omnis doctrinæ teneris adhuc mentibus instillare per hæc crepundia, egregia ac felici via instituisti. Nec alia mihi paratior videtur ratio, qua non linguam modo, sed sapere etiam juventus discat, & omnium simul scientiarum gustum percipere vel aliud agendo: Quod adfertur ex Celso p. 282. *venæ vehementer agitantur, venarum exigui & imbecilli pulsus &c.* addendum his, ita vulgum loqui, & ejus more locutum accuratissimum alias authorem Celsum. Non enim venas sed arterias agitari, earumque pulsus in explorandis febribus solere pertentari, cum arteriæ solæ, non venæ pulsum habeant, nihil sit certius. Disputat hac de re prolixe atque erudite Aul. Gellius *cap.* 10. *lib.* 18. arguens Medicos hic pervulgate magis quam recte loquentes, quamvis

&

Digitized by Google

& Senecam haud aliter locutum reperias *epist.* 22. Quod reliquum est, mi Stephani, te Deus Opt. Max una cum tua quam feliciter servet & sospitet. Harderv. 2. Novemb. 1634.

EPIST. XVI.

IDEM

V. CL. MATTHÆO VOSSIO S.

Quæ insula Brittia apud Procopium. Quinam Varni, Arborichi.

ORnatissime, Matthæe Vossi, insulam Brittiam Procopii, quæ secundum Grotium nostrum Britanniam dicitur contra aspicere, ipse Procopius, ut verba ejus habent, sitam memorat in Oceano, ex adverso maxime ostiorum Rheni, inter Britanniam & Thulen insulam. Græca enim ita habent, ut edidit Hœschelius: Βρεττανίας ἡ μὲν Θούλης τὴν νήσου μεταξὺ ἔστιν. At quam aloga ista, quamque sani in istis nihil, quis non videt, qui modo aliquam Boreæ & tractus hujus notitiam habet. Si Brittia erit, aut fuerit, aliqua insula præter eam, quæ hodie appellatur magna Britannia, ea & hodie esset, præsertim cum tantæ fuerit magnitudinis, ut tres diversas ac numerosas nationes, Anglos, Frisios, & Britones continuerit, ut idem addit continuo Procopius, & solos in his Anglos centum armatorum millia ad bellum suffeciisse referat. At hodie nulla est alia, præter hanc, quæ magna Britannia vulgo Anglia vocatur, igitur nec aliam esse dicendum. Errare interim, & fando quæ accepit Procopius, vel ad Bataviam traxisse videtur, Brittiamque vocasse, aut confudisse, quæ distinguenda erant, Britanniam, quæ est ex adverso in Galliis, cum eadem hac insula. Si vero *Brittiam*, Bataviam, illam vero (Britanniam dico) eam insulam, quæ hodieque vocatur magna Britannia, putaverit, quam iterum hic lato modo est hallucinatus, eam, Bataviam inquam, inter Thulen & Britanniam ponendo mediam, tum & populos eos eidem adscribendo, quæ ad solam pertinere scimus insulam Britanniam. Sed quid in Procopio hæc talia miramur, qui passim & solens à vero hic deviat? Sic idem Thulen

insulam

Digitized by Google

insulam pro Boreæ totius ampliſſimo illo tractu Suediæ, Daniæ, Norvegiæ, non hic modo ſed & alibi accipit, ut monſtravimus in chorographica Regni Daniæ deſcriptione *p.* 682. & *Varnos*, qui ſunt circa mare Balthicum Saxoniæ populus, ubi nunc eſt Roſtochium incipere ait à Danubio. Et *lib.* 1. *bell. Gotthic.* Armoricos, qui habentur in maritimis Galliæ, Arborichos nominat. Torſerat me, fateor, haud leviter is Procopii de Arborichis locus, in Originibus olim meis Francicis, ſed poſtea evolviſſe feliciter me in eadem Daniæ chorographia exiſtimo pro Arborichis Armoricos reponendo, ut videbis *p.* 714. Quod & poſtea ſtatuiſſe quoque repperi gaviſusque ſum eruditiſſimum Ægidium Bucherium iis in annotatis, quæ Joh. Chapeavillii Canonici Leodienſis hiſtoriæ de Epiſcop. Leodienſib. ad calcem *to.* 2. ſubjecit. Ea autem quæ relata Procopio *lib.* 4. *bell. Gotthic.* de Anglis deque Varnis, præter quæ ab aliis adducta ſunt, haud leviter illuſtrant verba Eginharti, Procopianis longe ſaniora, in vita Caroli Magni, quorum initium eſt: *Saxonum gens, ſicut tradit antiquitas, ab Anglis Britanniæ incolis egreſſa per Oceanum navigans Germaniæ littoribus, ſtudio & neceſſitate quærendarum ſedium, appulſa eſt in loco, qui vocatur Hadaloha. Eo tempore quo Theodoricus Rex Francorum contra Herminfridum Ducem Thuringorum generum ſuum dimicans terram eorum crudeliter devaſtavit ferro & igne &c.* Ubi *Saxonum gens* ii ſunt, quos *Varnos* vocat Procopius, Germaniæ littora, inſula erit, quæ Procopio dicitur haud procul à littore. Grotius, ut dictum, noſter ad Bataviam ſuam referre viſus eſt. Hæc velut digito intento & obiter, dum alio nos trahunt alia, non potui, quin tibi Ornatiſſime Matthæe, ſubindicarem, momentum, ut putamus allatura aliquod hiſtoriæ, quam paras, Hollandicæ. Etenim plane ad guſtum fuit meum, quod exhibuiſti jam nuper mihi ſpecimen ejus MS. prima gentis initia ac res, aliquot libris ſuccincte complectens. Quo haud dubiam fœnerabis lucem iis, quæ latent adhuc ea hiſtoriæ parte. Tu modo, quod cœpiſti, feliciter facias. Et id ut poſſis Deum oro, qui te exemplo operum laborumque paternorum ad gloriam omniaque præclara graſſantem, diu ſervet ad præſtet incolumem. Dab. Harderv. Gelrorum CIↃ. IↃC. XXXV. ipſis Cal. April. ſtilo noſtrate.

Digitized by Google

EPIST. XVII.

IDEM

CL. & REV. VIRO FESTO HOMMIO S.

De prosapia Eckiorum & quam hæc antiqua. De loco Pauli ad Corinth. XV. ℣. 40.

LIteras tuas adhuc, ut ita dicam, de manu altera calentes vix deposueram, cum altera calamum sumpsi, ut illis responderem, votisque satisfacerem amici tui, quem ex Eckiorum Gelrorum oriundum familia avidum indicas cognoscendi, quæ ad eam spectantia habeant memoriæ Gelricæ. Omnia adducere nec proposui mihi, nec etiam, quod & antea injeci, otii mei sit. Hæc suo tempore lectio ipsa & operis tractatio suggerere oportunius poterit. Nunc illud habe: ante duo & quod excurrit secula celebre fuisse *Eckiorum* inferioris Bataviæ vocabulum ac prosapiam, & anno præsertim 1418. sub Duce Reinoldo IV. *Eckii* cum *Rossemiis* & *Pieckiis*, & in his una cum Francone *Pieckio*, præcipuo veluti duce post cladem, quam Arculejus passus Gorcomii fuerat, impetere de novo Goricomios ausi. Memoratur inter hos *Denckenus* sive *Deenkens*, ut habent chirographa vernacula, *van Eck*, itemque *Ludolphus* sive *Loeff van Eck*. Et ad annum deinde 1456. occurrunt sub Arnoldo Duce *Gerbardus Doens van Maurick*, & *Bartholomei van Eck*, *geerfden*, sive hereditarii in *Eck*. Est denique mentio *Gerardi ab Eck*, sive *Gerrit van Eck*, in eo pacis tractatu, qui est habitus anno 1494. inter Carolum Ducem & Egmundanos. Est & mentio *Bartholomæi* de *Ecke* judicis Bataviæ sub annum 1282. quæ vel inter vetustissimas habenda. Et hic dum sumus, mi Feste, patere stilum alio imo ad te vertam, ad te inquam Theologum, ipse de Historico repente futurus Theologus. Monui nec scio an tanti fuerit monuisse unum alterumve de idiotismis, qui irrepserunt in versionem Belgicam veteris *Fœderis*, occupantque & fœdant non uno in loco Biblia nostratia. Sunt autem ejusmodi hæc, quæ irrepsere profectaque ab iis, qui editionibus Belgicis sacri illius voluminis olim

Digitized by Google

olim præfuere, nati fere in ea Belgii noſtri parte, quæ Galliæ eſt quam proxima. Hi plerumque adſpirationes in communi ſermone admittunt, ubi neceſſum haudquam eſt. Sic *bontfanger* pro *ontfanger* aliaque talia efferunt. Et iidem detruncantes ſæpenumero, quod exprimi quàm maxime debuit, pro *heerlick eerlick* dicunt. Quod ſane magnum momentum rebus adferat, non tam quum effamur, quam tum præcipue, cum typis aliquid deſcriptum publici monumentis legendum exhibetur. Quis enim non fateatur aliud longe eſſe noſtratibus *een heerlyck man*, & aliud *een eerlick man*? Promiſcue vero hæc poni, aut alterum pro altero, in opere præſertim alicujus ponderis, cujuſmodi eſt hic maxime ſacer Bibliorum Codex, exhiberi quis non jure indignetur? At occurrere hujuſmodi in editionibus Belgicis, quæ ſunt in manibus, ſacri hujus Codicis, etiam in editionibus illis, putantur caſtigatiſſimæ, reperies haud ſemel? Et ut exemplum videas, legitur ad Corinthios ** *cap.* 15. ℣. 40. ut verba primo Latina ponam: *Et corpora ſunt cœleſtia & corpora terreſtria, & alia cœleſtium gloria, alia vero terreſtrium: alia gloria Solis, & alia gloria Lunæ, & alia gloria ſtellarum; ſtella enim à ſtella differt gloria.* Sic in vulgatis paſſim editionibus. Valla pro *gloria* reponendum *majeſtas* monuit, quod miror non arripuiſſe interpretes emunctiores. Jam vero eadem Belgica videamus: *Daer ſyn hemelſche lichamen, ende daer ſyn aertſche lichamen, maer een ander eerlicheit hebben de hemelſche, een ander de aertſche. Een ander eerlicheyt heeft de ſonne, een ander eerlicheyt heeft de mane, ende een ander eerlicheyt hebben de ſterren: want de eene ſterre is van de ander verſcheyden in eerlicheyt.* Paſſim ut vides poſitum *eerlicheyt* pro *heerlicheyt*, quaſi de honeſtate corporum ageretur. At ſingulis illis locis ſi *heerlicheyt* reponatur, recte ſe cuncta habebunt, ſtabitque ſenſus, quem res ipſa authorque efflagitat, indicare volens corporum ſingulorum mirabilem in ſuo cujusque genere majeſtatem. Et optime præterea vox ea reſpondebit Græcæ δόξη, quam ut dixi omnium accuratiſſime reddendam Valla voluit per vocem, quam poſui *majeſtatis*. Sed ut alibi fere ita & hic, vix ad illa, quæ optima, attendimus dum noſtra amamus, alienorum incurioſi. Verum ad hoc ædificium alii majoris momenti alia adferent, nos minuta & floccos damus. Quæ tamen ipſa qualiacunque, qui candor eſt tuus, mi Feſte Ornatiſſime,

** Epiſt. 1.

tissime, haud adspernaturum te spes habet. Dab. Harderv. Gelrorum 3. Non. April. stili nostratis 1635.

EPIST. XVIII.

IDEM

Generosiss. Baroni

STANISLAO VITELLIO ZALENSKI, S.

Taciti locus contra Lipsium exponitur.

MItto ad te, Generosissime Stanislae, iteratam editionem Flori mei, quomodo promiseram coram, inscriptum, ut videbis, Illustrissimo conterraneo tuo Bugislao, ac ei destinatam traditamque typographo, antequam in Angliam Galliasque hinc idem Illustrissimus recederet. Quod addo, ut facti occasionem intelligas, ac simul incuses mecum typographi tarditatem, qui aliud in se receperat. Taciti locus, *Proditores ac transfugas arboribus suspendunt. Ignavos, & imbelles, & corpore infames, cœno & palude, injecta insuper crate, mergunt*, qui habetur in Germania, de quo Ultrajecti cum essem, inter nos agitabamus, satis se ipsum explicat, nec ulla egere eum rescriptione, cujusmodi Lipsius tentaverat, ostendunt, quæ proxime sequuntur ista: *Diversitas supplicii illuc respicit, tanquam scelera ostendi oporteat, dum puniuntur, flagitia abscondi.* Priora ecce delicta, *proditiones* inquam & transfugia, *scelera*, at quod sequitur *flagitium* vocat. Et id ut occultum, & genti Germanicæ haud suetum, sed ab exteris vicinisque Galliis atque Italia invectum, non ut priora illa propalam inque exemplum, ac terrorem, sed in abdito & latentius, quam ut intelligeretur, puniviſse Germanos innuit. Atque ita salva manent authorum aliorum & præsertim Quintiliani verba, quibus nihil tale noviſse Germanos asseritur, quæ & Lipsius inter cetera pro sua adducit correctiuncula, Lipsius inquam, qui ut constat *torpore* pro *corpore* legendum volebat. At, Lipsi Clarissime, quis ignaviam & torporem, flagitia Germanis habita te docebit? Quis item similiter desidiam aut imbelliam capitali non tantum sed tam

Digitized by Google

tam atroci ſupplicio affeciſſe dicet? Contrarium ſane author ipſe tuus Tacitus habet, qui *eadem* hac ſua *Germania* de Cattis agens inquit: *ignavis & imbellibus manet ſqualor. Squalorem* ait ejuſmodi ſequi, id eſt, extolli nuſpiam à popularibus aut haberi in pretio, ut omittam deſidiæ alias vitium non ſemel impingere eundem Germanis, ut cum ait, *totos dies juxta focum atque ignem agunt*, & denique de Peucinis Baſtarniſque loquens, quos Germanis mavult quam Sarmatis adſcribere, eos *ſordes* eſſe inquit, (Germanorum) omnium ac *torporem.* Ex quibus & hoc patere nunc puto, non poſſe conſtare Tacito ſuum ſenſum, niſi retenta lectione, quæ eſt Codicum omnium, & ea retenta purgari abunde hic innoxium Germaniæ populum, dum vitium aliis Galliæque ac Græcis aut impunitum aut familiare ab ipſis atrociter adeo punitum, inque abyſſum quaſi ipſam, qui ejus agerentur rei, abditos merſoſque commonſtretur. Sed ohe jam ſatis eſt ohe libelle. Ad te redeo, Generoſiſſime Staniſlae, quem poſtliminio & Ultrajecto domum redux hac compellandum charta ſalutandumque volui, ut oſtenderem, miſſo ſimul, quem dixi, hoc Floro ſuavem mihi ac gratam eſſe, quæ inter nos, ut & ephorum tuum, virum egregium, Andream Reſiſchi, acta eſt, conſuetudinis memoriam, ob illa præſertim erudita colloquia, & addo convivia, quibus non tam corporis quam animi præcipue paſtus quærebatur. Macte hac virtute Staniſlae patriæ aliquando tuæ ac eruditæ nobilitatis, qua patet quam latiſſime Polonia, ornamentum, ut auguror, future. Quod ut fiat, nec vanum ſit augurium, Deum ter Opt. Max. rogo, qui te per oras Europæ cultioris feliciter peregrinantem ducat, ac domum poſtremo, inque lares paternos quam feliciſſime reducat, tum & lætum optatumque tuis omnibus ſiſtat reponatque. Dab. Hardervici Gelrorum VII. April. 1635.

Digitized by Google

EPIST. XIX.

*SMETHIO suo Viro Clariſſ.

JO. ISACIUS PONTANUS

Quæ forma crucis Servatoris noſtri Ieſu Chriſti.

HIems nos premebat, cum tuas acciperem, mi Smethi, nunc æſtas ſe aperit, & una ego poſt altum ſilentium os oculoſque ad te reflectens ſignifico placuiſſe luſus veſtros, tuos inquam tuique collegæ, D. Leonis in cereviſiam veſtratem *Mollam*, aut ejus ut verius dicam vocabulum, luſus inquam & conjecturas. Nam hærere adhuc eam rem, & Delio alio aliquo eſſe opus, qui liquido explanet, puto. De Centurione recte judicas, & ut cætera mittam illud ſufficere exiſtimem demonſtrandum remotiora eſſe *Vetera*, quam ut eſſe Batavorum hoc opidum poſſit, quod dicat Tacitus Civilem, raptis quæ ferri poterant, ex eo in inſulam conceſſiſſe. Quæ celeritas vel ſaltus potius quomodo *Veteribus* applicetur aut quadret? Sed de his alias & alibi, ſi Deus volet. Nunc aveam intelligere, an aſſentiri mihi poſſis, & tui an juvare queant tot nummi totque tumbæ arulæque, & ſiqua cetera, quæ ſervat pinacotheca tua domeſtica, ſive Pandora eſt, antiquitatis mediæ, infimæ, ac ſupremæ ceimeliis fœta, crucem ſcilicet Domini Servatoris noſtri Ieſu ea fuiſſe forma, qua exprimitur in nummis Conſtantini Imperatoris iſta ſcilicet ✠. Ego quemadmodum id adſeverandum putem, paucis tibi aperiam. Exiſtimo enim ſtipitem fuiſſe rectum illud lignum, & id in locis, quæ erant ſuppliciis deſtinata, cujuſmodi erat Hieroſolymis locus Golgota, firmiter terræ infixum perpetuo ſtetiſſe, & crucem quæ hac nota adumbratur ✠. ei, ubi opus eſſet, additam, & eam crucem ſtipiti, ſeu ligno recto nondum adfixam non incommode geſtari ab homine potuiſſe, quomodo de Chriſti cruce memoratur, qui ſuam geſtaverit. Talem crucem, de quibus dictum, vetuſtiſſimos Conſtantini nummos, qui eam adfirmant, depingunt quoque verba illa Hieronymi *cap.* 31. in Ieremiam. *Decuſſare* eſt per medium ſecare, velut

ſi

Digitized by Google

si duæ regulæ concurrant ad speciem literæ ☩. Nec aliud exprimere voluit Eusebius in vita Constantini, ubi explicans crucis formam ait in hac figura ⁋ partem mediam charactere *P* signatam esse stipitem, cui ut dixi adnectebatur ipsa crux, & ei exinde adnectebatur brachiis pedibusque expansis ac divaricatis, qui erat cruci affigendus. Quibus accedit, quod Artemidorus *lib.* 2. *cap.* 18. dicat crucem ex lignis & clavis confectam. Et adde Tertullianum memorare Christum quatuor clavis cruci affixum, & quendam etiam apud *Plautum* servo bis affigendas manus bis pedes imperare. Unde & iterum *Tertullianus* quærens, quæ sit forma Crucis, haud aliam fuisse ait, quam est hominis *natantis*, quasi dicat *natantem*, dum & brachia & pedes sejungit & explicat, describere ac formare crucem, crucem inquam quæ stipiti affigebatur, ut ita facile jam intellectu sit, quod dicitur, suam quisque crucem portasse, si de cruce accipiatur, quæ stipiti affixa Alias immane pondus, nec unius bajuli, quis non agnoscat? Habes, mi *Smetbi*, sententiam quæ de *Cruce* est, meam, brevem ut puto & liquidam, si ad exemplar, quod indicavi, exigas nummi nummorumque Constantini. Alias dari cruces & formas cum ævo mutasse, de quo licet multi multa dixerint, haud tamen dixisse omnia, non me latet. Desinam tamen nec exequar hæc pluribus hoc tempore, ne ego tibi fixisse crucem insimuler. Tu quam feliciter vale, *Smetbi* Ornatissime, ac tui amantem ama. Dab. Hardervici Gelrorum XII. Maji 1635.

HUBERTUS BUCHELIUS

Canonicus Trajectensis,

Capitulo S. Mariæ Trajectensi S.

De insolentia Hispanorum.

EPIST. XX.

OPtime novistis, quod ego longe majora vel ad duplum sive triplum damna & molestias perpessus sum, qui non solum per integrum triennium absque aliqua respiratione & induciis

duciis in domo mea Duces, ſigniferos, decuriones Hiſpanos, ſed iis multos & magno numero admixtos gregarios milites habuerim in tanta quidem copia, ut nonnunquam duodecim lectos ſternere cum ſuis ſtragulis, tricliniis, & requiſitis, ac omnia ad eorum nutum & uſum comparare & adornare coactus fuerim. Et breviter, poſſum liquido demonſtrare me ultra mille daleros imperiales expoſuiſſe pro iis ſuſtinendis ac ſervitiis adminiſtrandis præter ipſorum rapinas, furta, deſtructiones, & ſupellectilium expilationes uſque ad plumbi ex tectis & canalibus ablationem, & clauſtrorum ac ferramentorum ex ciſtis, januis, abacis direptionibus. Sed quid hæc commemoro apud vos? qui optime noviſtis, quod cum gladios Hiſpanorum quotidie in caput meum exertos viderem, ut illorum tandem inſolentiam & truculentiam effugerem, coactus fuerim relictis laribus & focis inde diſcedere. Ex *fol. 60. lib. E.* apud D. Arn. Buchelium, qui Latina & Gallica hujus & prioris ſeculi continet.

JANUS GRUTERUS,

Isaaco Causabono S.

Caſauboni laus.

EPIST. XXI.

TRiennium eſt, ex quo regionum illud cor Galliam peragravi &c. heic unum tantum maximæ calamitatis cumulum fuiſſe, ex itinere deflectentem in amplexus tuos non iviſſe, & famam illam, quam vix orbis capit, tam auguſto corporis limine clauſam vidiſſe.

EPIST. XXII.

Ex literis Madriti ſcriptis xv. *Maji &c.*

De caſu Caroli Hiſpaniarum Principis.

N. N.

PRinceps Carolus 19. *Aprilis lapſus eſt de gradibus, quibus deſcenditur è cubiculo in hortum: eo caſu læſum eſt caput, ſed vulnus*

Digitized by Google

vulnus contemptum est: undecimo post lapsum die incidit in febrem vehementissimam, adeo ut de Principis salute Medici & Chirurgi desperarent, nam 21. à lapsu die amisit usum linguæ & oculorum, gutture & tota facie mirum in modum inflata, in tantum, ut medici negarent eum posse amplius quam tres horas vivere. Hæc acciderunt Principi Compluti. Rex vero gravi filii morbo commotus Compluto discedit Madritum, abditque se in cubiculum in conventu ordinis Divi Hieronymi, *nemine ad colloquium admisso, neque ibi mensam aut lectum sibi sterni patitur, omne tempus consumpsit lachrymis & orationibus. Ipsa nocte qua Rex profectus est, qui substiterunt apud Principem animam jam agentem, divinitus moniti, jubent adferri corpus cujusdam sancti viri, qui in eadem urbe mortem obierat ante annos quadraginta, clarus in vita opinione sanctitatis & post mortem aliquot miraculis. Nomen ei Diegus, hoc est, Jacobus. Hujus cadaver in lecto Principis collocant, & manum Principis super faciem mortui ponunt. Tum statim Princeps aperit oculos, sternutat, & loquitur, effluente per nares multa sanie. Inquirit, quid sibi vellet cadaver in lecto positum, & re cognita promittit se vita comite daturum operam, ut Diegus in numerum Sanctorum referatur. Quo dicto conversus in sinistrum latus obdormit integras septem horas. Excitatus somno cibum postulat, & avide comedit. Tum medici contemplati locum capitis læsum, reperiunt eum plenum sanie, quum ante semper fuerit siccus: nam omnis humor deciderat à capite in ima quæque loca. Ex ea die qua corpus Sancti illius à Principis manu contactum est, cœpit magis ac magis convalescere, ita ut jam sit judicio Medicorum extra periculum. Rex certior factus de meliore filii valetudine mittit Principi imaginem quandam Crucifixi, in quo unus clavorum Christi Domini nostri esse perhibetur. Qua in manus sumpta Princeps tanta devotione, ut præsentibus omnibus lachrymas excusserit, in hæc verba Deum oravit,* Domine, *inquit,* tu nosti omnia, si permansurus sum in ministerio religionis fidelis, redde mihi incolumitatem: Sin minus, jam satius est me mori. Fiat voluntas tua. *Hanc orationem clare pronuntiavit 22. infirmitatis die. Rex vero audita filii meliore valetudine egressus de monasterio &* Madrito *redit Complutum visurus filium, evulgato prius* Madriti *mandato, ut captivi quotquot ob æs alienum in carcere sive regio sive civitatis detinebantur, dimitterentur, persolutis debitis de Camera & fisco Regis.*

Digitized by Google

Et hæ hactenus quidem literæ. Addat Lector quas edidi inter Alciati & aliorum epistolas *Ann.* 1695. *p.* 350. Addat ex libello, qui ritum continet, quo S. Didacus fuit Divis adscriptus, pauca, quæ huc pertinent: *Pridie Idus Novembris* ** 1463. Compluti *ex hac mortali vita æterna fruiturus excessit. Cum* Carolus *Hispaniarum Princeps Ann.* 1562. Compluti *lethali morbo correptus & ad Medicorum desperationem ex vulnere in capite accepto gravissime laborans extremo tentato refugio ad S.* Didaci *corporis præsentiam confugisset, minimo temporis intervallo Divi suffragiis pristinæ sanitati restitutus est.* Relatio etiam potest addi de vita ejusdem & miraculis M. Antonii Columnæ Cardinalis: *Denique*, inquit, *cum* Carolus *Princeps Hispaniarum Ann.* 1562. *Compluti ex gravissimo casu graviter ægrotaret, nec ulla remedia illi profuissent, sed semper in deterius rueret, & omni humano auxilio (sic Medici testantur ac plene probatur) destitutus esset, eadem illa hora, qua medici illum moriturum prædixerant, melius habere cœpit, & intra paucas horas intercessione hujus beati sanatus est. Hæc omnia optime probant Medicorum illum curantium depositiones, nec non Patris* Mantii *ejus Confessoris: multi alii insignes & omni exceptione majores testes præter ipsiusmet Principis & Regis dictum, qui aperte se per intercessionem hujus beati viri à Deo sanitatem recuperasse ait, & verbis & scriptis pluries testati sunt.* Pompejus etiam Arigonius orat. ad Pontific. *Serenissimus Hispaniarum Princeps Carolus olim adolescens, Compluti, cum in regia luderet, è scalis quibusdam supinus cecidit, ac tam graviter offendit, ut ingens in capite vulnus acciperet. Cum & lethale vulnus omnibus videretur, & de salute tanti Principis ageretur, existimandum est humanissimum Regem, ac liberorum amantissimum nihil intentatum reliquisse, quod filio primogenito in tanto discrimine adjumento esse posset. Medicos undique accersit: remedia, quæcunque adhiberi possunt humanitus, adhibentur, omnia tamen vulneri cedunt; itaque desperata filii salute Rex receſſit: sepulturæ locus destinatur: panni lugubres, funeralia, exequiæ tanto Principe dignæ magna cum cura parantur. Postremo tamen astantium quorundam animus ad B.* Didacum *se convertit, postulatumque est, ut ejus corpus in cubiculum Principis deferretur, & prope eum locaretur: postquam id factum est, paucarum horarum spa-*

** In epistola pag. præced. *obierat annos quadraginta.* In epistola inter Alciati & aliorum epist. editâ supra cit. *is* XCII. *jaren doot geweest.* Quomodo hæc conveniunt?

Digitized by Google

ſpatio Princeps meliuſcule ſe habere ac potius reviviſcere cœpit: ut omnibus liquido conſtaret vitam ei non humanitus, ſed B. Didaci merito divinitus reſtitutam.

EPIST. XXIII.

JACOBUS HÆSIUS

Vir. Ampliſſ.

ADRIANO BURCHIO S. P.

De Petro Apollonio poëta judicium. Iacobi utriuſque majoris minoriſque quodnam martyrium. An recte pingatur Moſes cornutus.

AGnoſco ingenueque fateor te Chriſtianæ Reipubl. apprime utilem, honeſtam, & neceſſariam edendo Apollonio operam navaſſe. Nil huic tempeſtati convenientius in manus hominum tradi potuit. Habent hic ſpeculum, quod intuentes clare conſpicere queunt, quam ſimilis præſentium malorum cauſæ, quam ſimilis effectus exſpectandi, & quia ſine diſcrimine propria non licet, appoſite antiqua & aliena in lucem proferuntur. Fertur Æſopus, cum jam non palam vera loqui daretur ſub fabulis & apologis veritatem occuluiſſe & propoſuiſſe &c. Hic Apollonius vir gravis, caſtus, pius, & ſacer eſt, aptis ſimilitudinibus plenus, majeſtateque verendus. Paucula tamen, ut interdum bonus dormitat Homerus, emendatius ab eo edita maluiſſem. Offendit nonnullos quod Chriſtianus & presbyter, qui Deum Patrem, Chriſtum, D. Virginem Mariam, Raphaelem angelum introducit, Apoſtolorumque meminit, Calliopen, Muſas, Apollinem & quidem frequenter, invocat, maleque ſervat decorum. Rectius Juvencus, Sedulius, Prudentius, Proba Falconia, & fere omnes veteres & recentiores Chriſtiani poëtæ, Deum Patrem, Chriſtum & Spiritum Sanctum invocant. Male forſan etiam Latinos habebit, quod Apollonius, *Fol.* 12. ubi *Iacobi* minoris fratris Domini necem narrat, facit eum filium Joſephi nutritii Chriſti, qui ut plerique ſcribunt perpetuo cœlebs manſit, cum hic Ia-

Digitized by Google

cobus fit filius *Alphæi* ut eſt *Matth.* 10. *Marc.* 3. *Luc.* 6. ſed Apollonius authoritate Egeſippi, Euſebii, Chryſoſtomi, aliorumque Græcorum ſe defendere poterit. Diſplicebit & quod eum ſecuri vibrata cæſum dicat, cum *Abdias* Babylonius, *Iſidorus*, & alii omnes hiſtorici, quos vidi, eum fullonis fuſte pulſatum aſſerant, & quia *Apollonius* certo, ut ex circumſtantiis liquet, de Iacobo minore fratre Domini, filio Alphæi & Mariæ Cleophæ, non autem de Iacobo majore filio Zebedæi & Salomes mentionem facit, removenda nota marginalis tanquam alieno loco poſita videtur. Major quidem ab *Herode Agrippa* in foro venalium rerum à Flori Præſidis militibus valde moto truncatus eſt capite, *Actor.* 12. ubi nunc Armeni Iacobitæ inſigne templum erectum habent, atque ſuo more Chriſtum colunt. Minor, de quo hic ſermo, nonaginta ſex annos natus, cum 30. annos Hieroſolymitanæ eccleſiæ ſanctiſſime præfuiſſet, Chriſtum Dei filium conſtantiſſime prædicans lapidibus primum appetitus, mox ex altiſſimi templi loco præcipitatus eſt. Qui confractis cruribus jacens ſemivivus manus tenebat ad cœlum, Deumque pro illorum ſalute deprecabatur his verbis: *Ignoſce eis Domine, quia neſciunt, quid faciant.* Qua in oratione graviter ejus capite fullonis fuſte percuſſo animam Deo reddidit VII. Neronis anno, ut latius Abdias, Egeſippus, Iſidorus, Perionius &c. Ægre ferunt quidam, quod *Moyſen* epitheto cornigeri dehoneſtat, contra D. Pauli 2. *Cor.* 3. ſententiam, ubi aperte dicit faciem Moſis non quidem cornutam, ſed radiantem & glorioſam, ut & *Lucæ* 9. videre eſt &c. Ridiculum plane & Chriſtianis pictoribus indignum & poetis tantum vatem dicere, pingere, ſculpereque cornigerum inſtar hirci aut bovis. Narrabat Lovanii *Buſchius* meus præceptor Sylvæ ducis Moyſen propter cornutum caput eſſe puerorum terriculamentum. Mirandum quod eccleſia hujuſmodi ferat. Nec ſatis placebit Theologaſtris, ut reor, Deum patrem per Luciferum Iudæos ad rebellionem & ſeditionem impellere, inſtigareque, cum Deus ſit non culpæ, quod etiamnum hodie hæretici urgent, ſed pacis author. Pius lector rebellionem & ſeditionem poenam intelliget. Deus etiam nonnunquam peccata peccatis punit. Ingrata erit quibuſdam licentia Poetica in tam exiguo opere, atque obſoletorum, quale *fol.* 19. † *perculſerat*, uſurpatio. Typographi

† *Perculſi* non minus quam *perculi* apud Terentium & Horatium inveniur.

Digitized by Google

graphi quoque errata forsan auctori asscribent, quale fol. 31. *desierunt* pro *desierint* &c. Dat. Ann. 1586. prid. Non. Iunii.

EPIST. XXIV.

N. N.

Literarum apud Lusitanos & artium fastidium.

EX literis Rev. Patr. Antonii Lanbegois 11. Iulii. Conimbricæ; *Laus Deo; provincia nostra Lusitanica evasit edictum fulminatum de abolendis omnibus scholis, præterquam Eborensibus, & Conimbricensibus, duarum scilicet Academiarum. Prætexebatur inopia militum ad expeditiones transmarinas Africæ, Indiæ, Guineæ, Brasiliæ. Jam Rex subscripserat; sed Consilia Procurator noster apud Regem per Confessarium Reginæ per Reginam divertit. In hoc collegio Academæ Conimbricensis anno sequenti docebimus viginti sacerdotes, tot enim sumus. Professores hactenus semper fuerunt, non sacerdotes intermixti. Ædificatio novarum sedium seu classium promovetur in quam Rex é redditibus Academiæ dedit viginti millia aureorum &c.*

De Lusitanis Clenardus in literis Eboræ datis Ann. 1535. 26. Mart. *Omnes hic sumus nobiles: & magni probri instar est aliquam profiteri artem. An tu credis matremfamilias adire forum? emere piscículos? parare olusculum? nihil habet quod usui sit præter linguam, & quo tuetur nuptiarum titulum, mancipiorum plena sunt omnia. Æthiopes & Mauri captivi omnia obeunt munia.*

EPIST. XXV.

LAMBERTUS CANTERUS

Patri Suo. XIV. Iun.

De libro Coornbertii contra Lipsii Politica.

COornhart nescio quis Harlemi habitare dicitur, librum scripsit nostra lingua, qui Goudæ editur adversus libros Politicorum Lipsii, & præcipue adversus *cap.* 3. nisi fallor, li-

Digitized by Google

bri quarti, ubi de una religione agit, hoc titulo: *Het emmerken om Lipſius brant uyt te bluſſchen.*

EPIST. XXVI.

V. CL. GER. JO. VOSSIO

JO. ISACIUS PONTANUS, S.

Catulli locus repetitus. Conſtantini Magni patria.

** CAtulli loci emendationem meam, à te Voſſi optime atque eruditiſſime, preſſius inſpectam gaudeo: quamvis non ea mente, ut ſcis, ſed alia de cauſa, quod literæ illæ ad te meæ priores ſat indicant, eam ad te miſeram. Tamen gratum fuit tuam ſuper ea ſententiam ac cenſuram intellexiſſe, præſertim cum ego vivo adhuc Scaligero, nec ſcio an admodum refragante, eam notis meis Macrobianis inſeruiſſem: incitatus vel maxime ejuſdem viri verbis, qui vulgatam lectionem ut ineptiſſimam proſcribit, tam in Animadverſionibus ad Feſtum, quam in caſtigationibus Catullianis. Ubi nec ullum bonum ſenſum efficere poſſe vocem receptam *mulier* demonſtrat, dicendo, *quum deploraret Atys mutationem fortunæ ſuæ, & inter alia conquereretur, ſe ſimul mulierem fuiſſe, imo nunc eſt, quod conqueratur, ſe eſſe.* Et ſtatim: *Sed quia jam certiſſime conſtat depravatum locum eſſe, non dubium, quin legendum ſit, Ego puber, ego adoleſcens &c.* Quæ verba ecquem veteranum, nedum me, in ſtudiis iſtis tum adhuc tyronem & adoleſcentem non permoverent ad aliquid audendum præter quod adduxit Scaliger, cum ob rationes, quæ in prioribus allatæ, id non ſatisfaceret? Inſolentiori igitur voce ſed ad ſcripturæ veteris *mulier* reliquias quam proxima conjectabam, quod ſuperioribus meis ſignificavi *inuber*. At inquis ab *uber* ſubſtantivo pro *mammâ* non videtur inuber dici, ſed ſolum *ſububer* pro ὑπμαθίω, quod apud Iſidorum, & fortaſſe etiam *exuber*, ut hoc Scaligero demus. Hic Rhodus, hic ſaltus. Quid igitur niſi illud dicam, *ſububer* ut

** Vide Tom. 2. p. 403. & ſeqq. Noſtræ Edit.

Digitized by Google

ut ſupplétive, ita & *inuber* privative haud aliter quam *exuber* accipiendum? Et verbo ut dicam noſti illud vetus:

Felix Grammaticus non eſt ſed nec fuit unquam:
Nec quisquam eſt felix nomine Grammaticus.
At ſiquis felix præter fatum exſtitit unquam,
Is demum exceſſit Grammaticos canones.

Quem verſiculum invenio mea manu præſcriptum ſyntaxi meæ Archaicæ, quam plures ante annos concinnare cœperam, ſed perbrevem & in morem Caucii per Regulas. Cui nunc perplurimum adjumenti acceſſurum video ex libro tuo, qui in ordine eſt ſeptimus de Conſtructione. Sed de hoc volente Numine alias. Gratias vero ingentes tibi pro aſſignatis pagellis. Nunc per otium & libere ipſum volumen cum Deo ingrediar. Et cœpi Præfationem volvere, imo ut illi, qui ἀμυσὶ bibunt, uno quaſi ſpiritu perhauſi. Placet, præter cetera, quod in ea Oroſium laudans ejus *Orobeſtram* non *Ormesdam* nomines. Conſtantinum vero Magnum quod *Britannum* facis fateor favere tuo inſtituto. At maluiſſem cum exceptione, & addito, ut vulgo cenſent, vel tale quid. Nam adeo ne communis quidem de Conſtantino opinio eſt, ut eam apud veterum neminem reperias, qui *Tharſenſem* agnoſcunt. Mediæ & novellæ ætatis eſt ea aſſertio, nec aliunde quam ex uno alterove authoris antiqui, eoque male intellecto loco, hauſta. Quod egregie notavit ac demonſtravit, nec opus magnopere repetere, Juſtus ille noſter felicis memoriæ Lipſius *lib. de Magnitud. Roman. ult. cap. pen.* Hanc palmariam ejus viri obſervationem ſibi adſcribit in notis ad Panegyricos Livinejus, dum carpit Baronium, ſi Dîs placet, cornicum, quod dicitur, oculos confixurus. Vides, mi Voſſi, quam ego hæc libere! & nonne ſic decet? vel potius, nonne ſic debet amicus apud amicum? Faſtidioſuli iſti, & inter eruditos noſtri ſeculi, quos Poëta appellat Celſi Rhamnes, qui ſua tantum mirantur aliorum incurioſi, mihi haud placuerunt, nec placent. Nos invicem ac recta amemus. Quod ad me, ſum, eroque dum ero Tuus &c.

EPIST.

Digitized by Google

EPIST. XXVII.

Viro Clariſſ. Ægidio Gelenio

Canonico Colonienſi,

JO. ISACIUS PONTANUS S.

Othonis Magni Imperatoris & Brunonis Archiepiſcopi Colonienſis avos aviaque maternos.

PErgrata mihi fuit nuperrima tua per literas compellatio, vir Clariſſime, & eo maxime grata, quia literaria. Nec erat, quod te ab ejuſmodi officio retraheret aut ſufflaminaret, quod minus notus compellaturus videbaris, licet nomine notum, ignotum tamen. Etenim doctrinæ cultores omnes inter ſe, ut ille ait, eſſe oportet familiares ac notos, etiamſi ſint parum noti. Aves ex Danorum monumentis ſeu hiſtoria doceri de *Othonis Magni*, primi ejus nominis & *Brunonis* Archiepiſcopi Colonienſis, avo aviaque maternis. Et addis, ex archivo S. Pantaleonis edidiſſe nuper te matrem fuiſſe ipſis *Mathildem*, filiam *Theodorici* Comitis & Reinhildis Danorum Freſonumque de germine, ſed eos, quinam ſint, parum te reperire potuiſſe. Quod ut propius intelligas inſerui his genealogiam utriuſque, id eſt, & Aucupis & conjugis ejus Mechtildæ, ſequutus præcipue Albertum Abbatem Stadenſem. In ea reperies avum *Mechtildis* fuiſſe filium *Vigberti* fratris *Videkindi* junioris, ex *Geva* Danica geniti, *Valpertum* nomine Comitem Ringelhemium. Cujus filius *Didericus*, ſive *Theodoricus* Comes ſimiliter Ringelhemii conjugem habuit *Reinhildem*, Altenburgenſem Comitiſſam, *Mechtildæ* matrem. Quam quod archivum S. Pantaleonis ex germine exſtitiſſe Danorum Freſonumque memoret, de orgine accipiendum, quod ex Friſiis etiam Danisque ſit ſtemma Oldenburgicum. Fuit vero, quem dixi, *Didericus* ſive *Theodoricus*, cui tres inſuper, quemadmodum exhibet jam dicta genealogia noſtra, fratres fuere, *Videkindus*, *Imodus*, & *Ringebertus*. Fuit inquam is *Didericus* pater dictæ *Mechtildis*, non vero filius ejus, ſiquis ejus etiam nominis fuerit, *Theodoricus* ſecundus. Et quod filia præterea *Radbodi* Regis Friſiorum

Digitized by Google

siorum Mechtildæ proavia fuerit, liquido id ostendente quam posui Genealogia, præter aliorum testimonia & in his Alberti præsertim Stadensis, tradit in illo, quod est in manibus, opere Genealogico, *Catholicum* id appellans, Reusnerus. Avus ergo maternus Othonis Magni Imperatoris & Brunonis Archiepiscopi Colonienſis *Valpertus* Ringelhemii Comes, avia vero *Altburga*, sive *Adalburga*, filia Comitis de Lesmona. Habes, ut existimo, quæ sufficiant explendæ petitioni tuoque desiderio super beato Brunone ejusque majoribus. Insignia non attigi, quod eorum nulla inpræsentiarum ad manus sint. Interea si historiam B. *Engelberti*, cujus compendium ac gustum aliquem præbes, pleniorem ad nos data occasione transmiseris, rem facies mihi gratissimam, ut maxime, quia reperiam non omnes, quos vidi, Chronologos idem de morte ejus tradere, quæ haud alia fuit, quam *Margareta* Gelrica, filia *Henrici* Comitis, quomodo & exhibet schema vitæ ipsius compendio comprehensæ, à te jam nuper editum, nobisque transmissum. Quod reliquum est, te Deus Opt. Max. protegat, tuaque studia prosperet. Hardervici Gelrorum XVI. Cal. Maji 1635.

EPIST. XXXII.

IDEM

V. CL. STEPHANO JO. STEPHANIO.

Professori Eloquentiæ in Academia Sorana.

De Papiæ vocabulario.

STephani perdilecte, Venit ad nos XV. Cal. Octobr. cognatus meus, tuas secum adferens, Simon Ertmannus, non tam alto & illis, per quem iter illi erat, Oceani Borealis tempestatibus jactatus, quam rupicosis Norvagiæ Syrtibus, intra quas ob Dunkercanos consistere classis tenebatur, irretitus ac detentus. Quod addo, sive præmitto potius, ut intelligas, quam ad me hæ tuæ tarde pervenerint, quæ ut video & meminisse potes scriptæ fuerunt Soræ a. d. XVI. Iulii. Ex iis

Digitized by Google

comperi meum ad antecedentes tuas responsum, quod & Poemata mea secum adferebat, redditum tibi non fuisse, doluique. Quocirca confestim me ad hospitem tuum *Hinginum* (Amsterodami enim eram) contuli quæsivique de fasciculo illo mearum literarum. Ubi præsente Ertmanno ex hospita cognovi adhuc ibi servari, & multa eam causatam, quamobrem curaturus non esset, & præcipue absentiam mariti sui. Qui nunc una cum *Ertmanno* nostro eadem classe huc reversus promittit se omnia curaturum diligentius. Interim hoc tempore fasciculum eum ab eo sive conjuge ejus receptum tradidi *Ertmanno* jam dicto rectius curandum, & simul has addo, ut respondeam etiam postremis his tuis, & maxime ** quod Papiæ vocabularium spectat. De eo etenim, dum hic essem, scripsi extemplo ad amicum veterem Ioh. Lydium. Qui continuo rescribens mihi significavit esse illud suum exemplum apud Dn. Vossium, statimque interpellatus à me Vossius mihi *inspiciendum* id ipsum dedit. Quod repperi olim fuisse viri doctissimi Petri Danielis atque inde Iosephi Scaligeri, cujus passim ad oram manus atque emendationes occurrunt, subque calcem hæc legi: *Impressum Venetiis, per Philippum de Pineis Mantuanum Ann. Dom.* CIↃ. CCCC. XCVI. die XIX. *April. regnante Serenissimo Augustino Barbadico Venetiarum Duce felicissimo.* Magni hoc suum exemplar facere Lydius, nec eo carere velle videtur, vel ob manum, & annotata, quæ dixi, Scaligeri.

EPIST. XXXIII.

IDEM

Viro Clariss. MARCO ZUERIO BOXHORNIO

Cognato suo S.

Juvenalis emendatus.

COgnate Ornatissime, Occasione Sluskenii nostri, qui has tibi adfert, ex intervallo, vel postliminio, si mavis, id est, longum post silentium utriusque nostrum, scribendum ad te

** Vide Tom. 2. p. 401. Notræ Edit.

Digitized by Google

te aliquid, teque è veterno quasi excitandum putavi. Etenim cum Satyram *Iuvenalis* VII. explicare te publice postremis tuis mihi significares, non possum quin moneam te MS. meum, qui ne adhuc quidem inter segestria, ut videtur, nostra latitans meas in manus venit, insignem eum versum, qui est 215. corruptissimus:

Quis gremio Enceladi doctique Palæmonis adfert
Quantum Grammaticus meruit labor?

ita scriptum prætulisse, quantum memoria teneo, ut facile ex eo verus sensus, ipseque qui hic intelligitur, Grammaticus erui potuerit. Nam pro *Enceladi* videbatur proferre *Enpecadi*, ut dubitandum haud sit fuisse Enpicadi hunc in modum:

Quis gremio Enpicadi doctique Palæmonis &c.

Enpicadus est *Cornelius Enpicadus*. Cujus præter *Arnobium* præclare meminit *Suetonius* de illustribus Grammaticis. Nescio an *Vossium* hujus loci commonefecerim, certe debueram, utpote dignissimi, qui tollatur, nec in eo omno diutius hæreat. Tu id curatum dabis, mi Cognate. Qui me doceas velim proximis tuis, quo in Pathmo, ut sic dicam, huc usque delitueris. Nam te una cum ceteris passivam, quæ Leidæ est grassata, mortalitatem, ut cum Cypriano hoc dicam, vitasse, qui has tradit, mihi narravit. Est etiam, qui te Ultrajecti, sed obiter visum retulit. Quod si sit, convenisse ibi generum meum Professorem *Antonium Matthæum* non dubito. Nisi feceris, in mundo tibi, scis quod sequitur. Sed de his volente Deo alias. Interim cognate mi vive ac vale feliciter. Raptim Hardervici XIX. Novemb. stilo nostrate 1635.

Digitized by Google

EPIST. XXXIV.

IDEM

VIRO CLARISS. JACOBO REVIO S.

De ſtatu Belgii Ann. CIↃ. IↃC. XXXV.

VErſus tres accepi, & legi, legendoſque, prout volebas, ſingulis tradi ſuos curavi. Sed alta & altiori nonnihil voce exclamandum, ſi attentos lectores velimus. Quæ nunc movent arma Sueci, parum his promovetur. Satis erit, imo magnum aliquid fecerint, ſi oram Balthici maris tutam præſtiterint. Noſtræ quoque res quam vacillant! Qui pedi nuper ſive veſtigio Leonis noſtri injectus eſt uncus, quis eum *Androdus*, ſive, ut eum appellat Ælianus, *Androclus*, eximet? Horreſco referens etiam nuperrime novas circa eundem tractum ab hoſte inſtitutas inſidias. Hæ ſi ſucceſſiſſent, vulnus jugulum petiiſſet. Multi nunc re infeliciter ſeu improvide geſta deduci in portum navem exoptant, portum inquam induciarum, quas hoſtis offert. At eas niſi hoſti utiles quis peti ab hoſte ſibi perſuadeat? Hærent igitur alii Danaoſque metuunt, hoc præſertim adeo difficili noſtro tempore, dona ferentes. Noſtra in eum ſpes omnis, qui toties Belgio ſuo Belgisque adfuit, idque quod dicitur χοὶ μηχανῆς. Ab *Iſendornio* veſtro noſtroque illa tandem tranſmiſſa toties tamque diu exſpectata clamataque interpretatio. Liber vero ipſe, quem proxime ſubſecuturum ſignificat nondum comparuit. Iterum iterumque hortatore te opus erit, ut excuſſo veterno promiſſum compleat. Vale mi *Revi* ſalutatus quam diligentiſſime. Hardervici Gelrorum XVI. Cal. Januar. anni, quem priori hoc auſpicatiorem cum Deo expectamus. CIↃ. IↃC. XXXVI.

Vid. Aul. Gell. *lib.* 5. *cap.* 14.

EPIST.

Digitized by Google

EPIST. XXXV.

IDEM

V. CL. DN. MATTHÆO VOSSIO S.

De Juvenalis loco, qui supra. Nominandi casu etiam dici lampada, cassida.

INjeceram postremis meis, quas ad parentem tuum Clarissimum virum, accinctum me ad opus ejus Grammaticum propius percurrendum. Nunc significo ter quaterve interveniſſe alia, quæ alio traxerunt, huncque mihi cursum impetumque ſtitere. Interea aliud velut agens, & obiter pagellas volutando deprehendi duo. Prius, occurrit *p.* 16. *de Art. Grammat.* Locus eſt Juvenalis, qui ita ibidem exprimitur:

Quis gremio Enceladi doctique Palæmonis adfert
Quantum Grammaticus meruit labor.

Et ſane melius quam quod vulgo edunt *Celadi.* Nam Enceladi proxime accedit ad verum Grammatici nomen, quod eſt *Enpicadi.* Intelligi enim Poeta vult *Cornelium Enpicadum.* Cujus propter Arnobium prælare meminit Suetonius libello de illuſtribus Grammaticis, qui ſtatim ſub initium eum nominat. Arnobio inter Niſos, Scauros, Verrios, & Cæſellios celebratur *libr. adverſ. Gentes* 1. Et memini, ni fallor, hujus quoque, qui Satyram eam Juvenalis, in qua locus hic, publice erat explicaturus cognatum, meum Zuerium Boxhornium commonuiſſe, addito, nec multum ab ejus lectionis veſtigiis recedere MS. quem olim inſpexi. Hoc primum. Alterum eſt de *Analogia p.* 109. Ubi felicius quam Auſonio olim Popmæ demonſtratum *caſſida* & *lampada* prolata veteribus caſu nominandi, idque ex Manilii Codice MS. Gemblacenſi, qui *lampada* eo caſu in verſu, qui modo non occurrit, liquido præfert. At Popma, vir alias, cui literæ humaniores plurimum debent, adducto verſu ** Lucretii hunc in modum,

Aut etiam nona reddebant lampada vitam,

docere ex eo etiam velle viſus eſt *lampada* dici in nominativo,

** Lib. 6. vers. 1196.

Digitized by Google

ut hebdomada & talia, non animadvertens refragari ei ſententiæ verſum heroicum, qui dactylum ea ſede requirit, non Creticum. Eſſet enim hoc pacto ultima in *lampada* producta, quæ brevis eſſe debet, quomodo etiam Lucretius expreſſit. Non enim *lampada*, ut Popma citat, ſed *lampade*, ut eſt in ** Lucretio,

Aut etiam vona reddebant lampade vitam.

Popmam ſi libet vide *lib.* 1. *cap.* 8. *de uſu antiq.* Liber, quem miſiſti, probe mihi eſt redditus, remittamque, ſi Deus volet, proxime. Raptim Hardervici ipſis Cal. Decembr. 1635.

EPIST. XXXVI.

IDEM

V. CL. FREDERICO ANDREÆ

Ephoro Nobiliſſimi juvenis Chriſtiani Friſii.

De Belgio ejusque ſtatu ſcriptores aliquot ſelectiores.

REverſus iſtis diebus Ultrajecto ad nos Capitaneus noſtras Mullerus me quam diligentiſſime veſtro nomine & ſalutavit, & literas quoque tradidit tuas, Ornatiſſime Frederice, quæ mihi haud ſimplice vice fuere quam gratiſſimæ. Docebant etenim inter cetera, quod oppido volupe erat intelligere, recte vos agere ac valere. Et iis præſertim ſtudiis in iſta peregrinatione duci nobiliſſimum Chriſtianum Friſium, quæ gentium, ditionumque ac ſtatus cujuſque rationem ac hiſtoriam propius explicarent. Et modo dum in Belgica eſtis, eaque federata, expiſcari ipſum ac ſcire avere, quinam præcipue authores eam, non externis quidem lineamentis, quæ tabulis ſuis adumbrant Geographi, ſed qui internam ejus faciem ac formam, nec longis ambagibus, ſed ſuccincte & velut compen-

** *Lampada* in caſu primo recte dici ex alio Lucretii loco manifeſtum eſt; ſic ille lib. 2. v. 25.

. . . . . *Simulacra per ædes*
Lampadas igniferas manibus retinentia dextris.

Cui adde Plautum in Caſinâ act. IV. Sc. IV. v. 26.

- - - - - - Ol. *Tene hanc lampadam.* Ct. *Imo ego illam tenebo.*

Digitized by Google

pendio ob oculos proponant. Et eo quoque cum & me adferre aliquid momenti & opis existimares, eruditissime *Frederice*, nolui deesse flagitationi tuæ, licet oneri & rei pro dignitate fortassis exequendæ parum idoneus aut par. Interim quos ego has partes tractasse atque impleviſſe non minus eleganter quam accurate repperi, inprimis occurrit homo Italus Ludovicus *Guicciardinus*, qui ut exterus sæpissime notat, quæ indigena oculis male lippus inunctis, ut ille ait, prætereat. Describit is non partem aliquam Belgii, sed universas ejus provincias septendecim, idque ea methodo ac modo, ut quod ad situm non modo regionum, ditionum, opidorum, fluminum, sed ad Principum quoque, dynastarum, urbiumque magistratus, instituta, leges, consuetudines, ac eorum postremo in subditos regimen ac politiam pertinere queat, nihil usquequaquam desideres. Huic proxime subjungam, qui nuperrime Belgii Fœderati, cujusmodi hodieque est, Rempublicam ex authoribus probatissimis non solum egregie sed succincte explicatam nobis dedit *Johannes* de *Laet*. Explicuit etiam ille non oppidorum modo singulorum statum politicum ac civilem, sed etiam quo pacto unaquæque provincia à suis Ordinibus seorsim habeatur ac regatur. Quibus porro conditionibus Provinciæ omnes in unam Rempublicam coiverint, & quo pacto ita junctæ ab Illustrissimis Ordinibus Generalibus gubernentur dicet docebitque præcipue *Joannes Petitus*. Neque id modo, sed idem præterea Fœderatum Belgium contendit comparatque cum Helvetiorum Republica, quatenus etiam illi Ordines suos, seu ditiones, seorsim habent, quos *Cantones* vocant, tredecim numero. Sed ille inquam Petitus non Latine quod sciam, sed Belgice & Gallice tantum editus habetur. Et denique historiam Belgii, illudque quod hactenus adversus Hispanum geritur gestumque bellum magna cum cura ac prudentiæ laude vernacule conscripsit *Everhardus Reidanus* Comiti olim Gulielmo Nassovio, dum viveret præfecto, à consiliis. Eum Latine nuper reddidit haud minore studio ὁ μανιάκης *Dionysius Vossius* Ger. Fil. Plures sint, sed modus hic optimus & præstat uni aut paucis adsuescere quam vagari. Nuspiam est, qui ubique est. Sed ne philosophari velle videar, desino, & te una cum nobilissimo Dn. Frisio salvere ac valere quam feliciter jubeo optoque. Hardervici XII. Martii 1636.

EPIST.

Digitized by Google

EPIST. XXXVII.

Nobiliſſ. & Ampliſſ. Viro Dn. CHRISTIANO FRYS,

Toparchæ in Crägerup, Regis Daniæ Cancellario

JO. ISACIUS PONTANUS.

Boreum mare juris Danici. De mari clauſo Seldeni.

MAgnifice Dn. Cancellarie, Ultrajecti ad Rhenum iſtis diebus cum eſſem, mihi inprimis volupe fuit filium tuæ Magnificentiæ Chriſtianum, incolumem ibi ac recte agentem, nec minus heroica illa corporis eminentia, quam animo quoque patrem, quod deinceps ac porro auguramur, egregie referentem, videre coram ac ſalutare. Quem & iis præſertim ſtudiis ea in peregrinatione duci, præter cetera, perplacuit, quæ gentium ditionumque ac ſtatus cujuſque rationem hiſtoriamque propius explicarent. Ego, quod unum potui, ut eum ad tam præclara vadentem, & ſua licet ſponte currentem magis magiſque incitarem, mea qualiacunque officia ſtudiaque obtuli, nec defutura uſpiam ſignificavi, ſicubi ea uſui ſibi fore putarit. Incidit inter hæc ſermo nobis de *Jo. Seldeno* Anglo, qui commentarium nuper edidit, quem *Clauſum Mare* inſcripſit. Hic cum ejus judicium, utpote qui à lectione ea recens erat, ſuper iis præcipue, quæ Boreum Oceanum, Daniamque ac Norvegiam, eiſque junctas inſulas ſpectarent, admodum æquum rectumque accepiſſem, & ipſum *Seldenum* ex *Seldeno*, quod ad iſta, poſſe redargui diceret, illud tantum oſtendi, quam ei multa vel ignorata vel ſtudio præterita eſſent, quæ ex libris hiſtoriæ noſtræ Danicæ, ubi Regum diplomata, aut eorum contentum inſeruimus, luculenter deduci monſtrarique poſſent, jus ſcilicet Borei iſtius maris in poteſtate ſemper Daniæ Norvagiæque Regum fuiſſe: Ac queſtos perpetuo, præſertim Norvagos, quod Angli ſuis navibus commerciiſque frequentarent Norvagiæ inſulas, Iſlandiam, Groenlandiam, Feroam, Hetlandiam, Orcades, aliaſque ipſis omnibuſque exteris adiri ſemper vetitas, exceptis Bergis, publico Regni Norvagici emporio, ac rerum earum omnium, quas Boreas producit, communi

Digitized by Google

muni foro ac ſtapula. Quæ cum allatis Regibus, ac æra annorum, quibus contigiſſent, facile & ad vivum, quod dicitur, poni ob oculos poſſe memorarem, placeretque deductio, in me recepi promiſique, ſive coram ſive per literas, dato otio, ac retextis ex hiſtoria Danica, quæ huc pertinent, ordine id monſtraturum. Sed ne, quod ille ait, in publica peccare videar commoda, ſi longiore ſermone tuæ Magnificentiæ morer tempora, hic ſiſtam, Deum Opt. Max. orans roganſque, ut filium tuæ Magnificentiæ per oras Europæ cultiores feliciter peregrinantem ducat reducatque, ac lætum poſtremo optatumque ſuis omnibus ſiſtat reponatque. Qui & tuam Magnificentiam diu nobis totique Regno ac Regiæ Majeſtati incolumem ſervet fortunetque. Hardervici XXI. April. 1636.

EPIST. XXXVIII.

IDEM.

V. CL. MARCO ZUERIO BOXHORNIO Cognato Suo S.

Mendum tollitur è Catullo in primore epigrammate ad Cornel. Nepotem. Narbo paterna.

ORnatiſſime Cognate plurimumque dilecte, Ornandis augendiſque Quæſtionibus tuis Romanis, non deeſſet fortaſſis mihi materia, ſed locum & occaſionem te propius compellandi, deque ſtudiis hiſce invicem conferendi, ea vero deeſſe mihi video. Nunc quod iſtis diebus dum aliud ago, in mentem mihi venit, hoc eſt. Legitur apud *Catullum* primore ſtatim epigrammate ad Corn. Nepotem, *Quod o patrona virgo.* Ubi Scaliger noſter reponi fecit, *Quod o patrima virgo.* Sed vocem eo loci *patrima* cum alii controverſi juris faciant, & ſecundam non longam, ſed brevem, velint, & alii viciſſim *patrona*, quod ea ſit manuſcripti lectio, tutari mordicus videantur, mihi fere rem omnem ſuſpectam reddit, quamvis ſententiæ & emendationi Scaligerianæ hucuſque ſemper acceſſerim, eaque præcipue acquieverim. Nam prior illa *patrona*, licet manuſcripti, ut ajunt, ſit lectio, quid ea inficetius, ſi interpretationes, quæ adferuntur, videamus? Sane mihi adeo eæ frigidæ videntur,

Digitized by Google

ut ipsas frigefacere *Neronianas thermas* possint. Quid enim certius quam Minervam intelligi, quæ matre nulla solo patre nata memoratur? Hoc autem quo modo retenta voce *patrona* obtinebis? Quapropter si & tibi minus sufficiat Scaligeri *patrima*, meo periculo leges, *quod e paterna virgo*, præsertim cum vox hæc *paterna* propius aut saltem æque prope accedat ad lectionem, quæ dicitur esse ms. *patrona*. Sed vel ideo quoque maxime mihi hæc placet emendatio, quia epithetum illud *paterna* optime convenit Minervæ, quæ ἀμήτωρ patrem tantum, ut jam indicatum, habuit, & deinde quia imitatus hic Catullum Martialis illo, quod legitur *lib.* 8. *epigr.* 27. ubi Narbo ei *paterna* dicitur ob Julium Cæsarem ejus conditorem, qui Cæsar pater est dictus, quemadmodum alibi memini, addita hac insuper de eadem Narbone veteri epigrapha COL. JULIA PATERNA. Scriverium nostrum miror in accuratissima sua editione non expressisse MS. hanc Martialis sui lectionem, cum tamen eam egregie asseruerit in suis ad eundem Animadversionibus. Sed ohe jam satis est ohe libelle. Tu mi Cognate perdilecte valebis quam feliciter. Ipsis Cal. Maji 1636.

EPIST. XXXIX.

IDEM

Ornatiss. Doctiss. D. WILHELMO WILLICHIO S. D. Camerarii Suecorum apud Ordines Belgii fœderatos Legati Secretario.

Mare Boreum fuisse semper juris Danici contra Seldenum ostenditur.

NUnc mihi vir es, mi Willichi, qui post aliquod silentium egregie illud compensans copiæ cornu apportas, communicando tam varia, tamque opipara ac multa, quæ geruntur nunc passim per Europæ propemodum universæ tractum, Angliam, Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Suediam, Hungariam, & addo quæ Constantinopoli adfers, deque Venetorum Republica maximaque Roma, ubi Pontifex illeque Capitolinus Jupiter haud desinit genuinum in eandem Rempublicam odium distringere. Sed appositum est & ei sedi debitum,

Digitized by Google

tum, quod adjunxisti Grotii nostri Epigrammata. Habeo quoque gratias maximas pro effigie heri tui, quam ego inter magnorum virorum imagines intra Museum collocabo colamque. De Seldeno autem quod injicis, optarem, quod nondum mihi contigit, videre exemplar, cujusmodi ab ipso est editum. Hæc quæ in manibus nunc ex secunda & peregrina editione sunt, non per omnia satis emaculata. Interim quod rem spectat possit non uno loco Seldenus ex Seldeno confutari, & maxime si Regum Danis Norvagiæque jus in Boreum id mare videamus: nec tum tantum cum universam sibi Britanniam, eique circumfluum Oceanum armis ac classibus suis subjecissent: sed & ante ea tempora ævo Theodosii & Stiliconis, præter extremum illud, septentrionem versus, agnovit ** Claudianus etiam totum id mare, quod nunc Germanicum & Britannicum australem versus nominamus, in quod se Rheni effundunt ostia, Cimbrorum, id est, Danorum Norvagiæque fuisse

——— ——— *te Cimbrica Tethys*
Divisum bifido consumit Rhene meatu.

Sed hæc absolvi paucis nolunt, alibi & suo loco vel memorata nobis, vel in posterum oportunius memoranda. Tu vero, mi *Willichi*, ita pergito, sæpeque nos compelles semper gratus. Salutat resalutatque consul noster Amplissimus D. Ernestus Brinckius. Hardervici v. Iunii 1636.

EPIST. XL.

IDEM.

V. CL MARCO ZUERIO BOXHORNIO

Cognato Suo S.

De eadem re. De eodem Catulli loco, qui supra.

COgnate Ornatissime, Acceptis hodie literulis tuis, quæ mihi fuerunt post longum silentium oppido gratæ, putavi ea re esse, ut tibi quam primum respondeam. Primo quia video aliquid

** De bello Get. vers. 335.

Digitized by Google

aliquid ſerium & magnum expectare te à me, quo clauſum illud Seldeni mare reſeretur. Qui nihil adhuc in eum concepi, niſi quod paſſim in hiſtoria mea Danica, quæ eſt edita, tomi prioris, & porro in ea, quæ proxime eſt ſequutura, excerpi hanc ad rem poſſit, demonſtrans illud liquidiſſime, quod ad ſe & ſuos Seldenus trahit, Borei maris jus Daniæ ac Norvegiæ ſemper Regum fuiſſe. Hujus autem maris latiſſimos fuiſſe fines, non tum tantum, cum univerſam ſibi Britanniam, eique circumfluum Oceanum armis ſuis ac claſſibus Daniæ iidem Reges ſubjeciſſent, ſed & ante ea tempora ævo *Theodoſii* & *Stiliconis* agnovit, & docere nos Claudianus poteſt, qui omne id mare, quod nunc Germanicum & Britannicum, in quod Helius & Flevus ſe effundunt, Cimbricum, id eſt, Danicum Norvagicumque nuncupavit, Cimbricam Tethym vocans, ubi canit:

——— ——— *te Cimbrica Tethys*
Diviſum bifido conſumit Rhene meatu.

Sed alias & otio meliori, ſi volet Deus, reſumemus iſta, ſuo nobis loco vel memorata, vel ubi occurrent oportunius deinceps memoranda. Alterum, quod accelerare reſponſum fecit erat vexatiſſimus ille *Catulli* locus. Nam quod obſtare nihil putas, quo minus Poëta *Minervam* appellet *patronam* & præſidem ſuarum Muſarum, nihil obſtare & ego dicam, ſi antea nominata Minerva, aut ad eam oratio inſtituta fuiſſet. At in verſu *Catulli* nullibi nominatur *Minerva*; virgo per apoſtrophen tantum hic invocatur, at eam dicere *Minervam* niſi epitheton conveniens addatur, quis concedat? Et hoc erat, quod ſcripſeram in literis ſuperioribus, quod præcipue erat attendendum, retenta voce *patrona* non demonſtrari poſſe Minervam à Poëta compellari. Nam ita Muſæ omnes nonne & virgines & patronæ ſint? Itaque *paterna* virgo, aut quod Scaliger poſuit *patrima* virgo, omnino hic requiritur. Græcis πατρῳα dicitur. Sed hoc præter jam dicta ſatis quoque evincat loci hujus Catulliani imitatio *Martialis*, cujus etiam mentionem in literis prioribus feceram,

Docti Narbo paterna Votieni,

Ubi Narbo *paterna* dicitur ob Iulium Cæſarem urbis conditorem,

Digitized by Google

rem, qui *pater* est appellatus. Sed iterum iterumque hic exclamabo, *Obe jam satis est, obe libelle.* Raptim Hardervici ipsis Calendis Julii 1636.

EPIST. XLI.

IDEM

REV. AC. CL. JOH. SMETIO S.

Ibi esse Cattos, ubi flumen Adrana est, illud autem apud Hassos esse.

DUm hic sum, hocque quod nosti agitur, non potui, quin illud te obiter monerem, authorem Notarum, quæ subjectæ sive insertæ sunt libello, qui inscribitur, *Respublica Hollandiæ & Urbes*, toto cœlo aberrare in definiendo asserendoque Cattos esse **Badenses**, & ad eum **Marchionatum** referendos. Ibi etenim sunt Catti, ubi flumen est *Adrana.* At *Adrana* flumen non est in Marchionatu *Badensi*, sed in *Hassis*, & ubi *Marpurgum* est situm, Eder hodieque dictum, teste etiam *Hadriano Junio* in sua *Batavia.* Sed ante omnes & omnia illustris est locus Taciti 1. Annalium, ** qui ad oculum & extra controversiam hoc tibi ponet proponetque, ista scilicet: *Cattis adeo improvisus advenit ut quod imbecillum ætate ac sexu statim captum ac trucidatum sit, juventus flumen Adranam nando transmiserit.* Quid clarius dici scribive potuit ad demonstrandum ibi esse Catttos ubi flumen est *Adrana*, ut omittam *Catz* & *Catzemelibocum* Cattici nominis apud Hassos manifesta haberi vestigia, quæ apud Badenses nulla sunt. Itaque verba ibidem illa ejusdem Notatoris: *Hoc modo Catti non fuerint Hassenses, neque Mattium, Marpurgum opidum, quod creditum pluribus & persuasum hactenus, sed Badenses*; Et illa paulo ante: *Aquæ istæ Mattiacæ procul dubio sunt Badenses*, Et iterum iterumque *Respublica Aquensis est Tacito & Ptolemæo Geographo Mattium, Cattorum gentis caput;* quam non ferulam mereantur, præsertim quum Tacitum laudet, ex quo discere debuerat ibi esse gentis Cattorum caput *Mattium*, ubi ipsi essent Catti, circa Adranam scilicet, quod jam dictum est, nec procul inde *Aquas* Mattiacas, quod alibi memoravimus. Plura vellem, sed reprimit char-

** Cap. 56.

Digitized by Google

[illegible] modulus, qui [illegible] haud [illegible]. Quod [illegible] [illegible] est, [illegible] qui [illegible], [illegible], [illegible] itaque [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible].

EPIST. XLII.

AD JO. ISACIUM PONTANUM.

Vetus Inscriptio. Nummi argentei Noviomagi inventi. Noviomagi vetustas.

SEdulo, neque id per [illegible], neque cum uno tantum Gochensium egi de Inscriptionibus, quæ C. TACITI & SEX. PILATI nomen præferunt, sed nullum istarum vestigium usquam, nulla memoria. Ita hæc, quæ apud me est, post frustra expectatos Comites, sera nunc & incomitata ad te venit,

IMP. CAE. NER
VA. TRAIAN
AVG. GER. PONT.
MAX. TRIB. POT.
PP. COS.

Fragmen est columellæ, ut variis indiciis persuasum habeo, milliario supra urbem in via Regia, quæ Coloniam Trajanam ducit effossum. Quantam illa Itinerariis lucem daret, si pars inferior superesset. His ipsis diebus nummi in manus meas pervenere argentei, Tiberiani & asperi, quos cæmentarius, cum non ita pridem in ædicula muris arcis nostræ contigua cisternam ad pedem muri foderet, in vase fictili defossos invenit. Non levia, ut ego quidem judico, antiqui splendoris nostri argumenta, ut nulla causa sit, cur ad Carolum M. scriptores aliqui prima arcis fundamenta referant. Sed de his alias. Tu vir Clarissime cum RR. Collegis bene vale, historiæ patriæ

triæ bono. Scrib. Noviomagi XI. Cal. Nov. Ann. 1631. Cl. T. Obſervantiſſimus.

L. SMITH.

JOANNES MEURSIUS

JOANNI ISACIO MEO S. D.

De Mellario apud Macrobium.

EPIST. XLIII.

AIn vero? egone domi non eram, cum venires viſum ad me, ut ſuſpicionem injecerit tibi ea res de nigra mente? non ſic oportuit; fuit enim talis in te mihi animus, qualem merebaris. Cæterum quod de loco illo profers in notis ad Macrobium, livoris ſignum inibi nullus reliqui: ſaltem offendebat me tua in errore hoc iſto tanta pertinacitas, quam ut retunderem aliquantulum, plenius illum de mellario ſermonem detractandum cenſui, ita tamen ut modeſtiæ tenorem quam poſſem maxime ſervarem. Et tua fide, numquid factum à me? omnino putem. Nihil itaque cauſæ fuit, quod animum tuum à me alieniorem faceret. Sed hæc talia nimis tœdioſa omitto. Ego te, mi Iſaci, amo, ſi quisquam, quod ipſum etiam de te, quoniam ita ſpondes, confido. *Criticum* Arnobianum nunc edo cum *Hypercritico Minutiano*, ſed, quia ſub prælo adhuc, non poſſum mittere. Fiet commodius, ubi alteras tuas accepero. Vale amiciſſime Iſaci & amare me perge. Lugd. Batavor. poſtridie Quinquatrus majores, Ann. CIↃ. IↃ. XCVIII.

CASPARO BARLÆO S. P.

Jo. ISACIUS PONTANUS,

De genero Pontani.

EPIST. XLIV.

QUas his adjunctas vides de Elementis theſes, Ornatiſſime atque Amiciſſime Barlæe, tibi jam dudum ex promiſſo deſti-

Digitized by Google

deſtinatas, nunc demum mitto. Ex promiſſo dico, quod factum, cum una eſſemus ſuperiori autumno, deque hoc argumento per occaſionem ſermones Amſtelodami tuis in ædibus cæderemus. Et vero libens id modo facio, quod ſit, cujus haberi te hoc tempore participem cupiam. Etenim, Deo ita diſponente, filia mea natu maxima, cui *Anna* nomen, in matrimonium cedet, ſive, ut clarius dicam, petenti eam ſolenni ritu addicta eſt honeſto ac erudito juveni *Antonio Matthæo*, juris utriuſque Doctori, inque illuſtri hoc noſtro Gymnaſio Profeſſori, ut vocant, Ordinario, quod ille hic munus quinquennium propemodum ſuſtinuit. Hoc quid ad me fortaſſis inquies? illud ſcilicet, ut qui ejus cognato Doctori *Reifenbergio* amicus & familiaris, dum viveret, fueris, etiam hujus ex intervallo amicitia, & ille viciſſim tua, me nunc medio, ſive auſpice potius, potiri queas. Unde & ea me invaſit audentia, ut Carmen in eas utriuſque nuptias, quæ celebrabuntur hic Hardervici favente numine XIII. Febr. ſtilo veteri anni hujus, *Epithalamium* te poſcam. Quod nec te, vir Clariſſime, vel mihi vel ſponſo negaturum ſpero. Imo confido iturum huc ſua ſponte genium tuum, præſertim ſi ſponſum reſpicias egregia illa ac erudita *Matthæorum* apud Marpurgenſes oriundum familia. Cui nec ille ulla ſui parte accedit, ut ille loquitur, indecorus. Ego, ut paucis abſolvam, omni viciſſim officio, & ubi ſe cunque dabit occaſio, ſum eroque tuus Joh. Iacius Pontanus. Dab. Hardervici Januar. 22. Ann. CIↃ. IↃC. XXXIII.

Viro Ampliſſimo & Incomparabili

HUGONI GROTIO,

SAMUEL PETITUS S. P.

Mittuntur Grotio leges Atticæ.

EPIST. XLV.

QUod ſæpius ad te non ſcribam, vir ſummè, in cauſa occupationes tuæ, neque enim æquum eſt, tua tempora morari, ſed identidem animus ad te excurrit, quem in exemplum eſſe

Digitized by Google

esse voluit Deus omnis virtutis atque eruditionis. Accipies curante R. V. Cordesio nostro exemplar Synagoges nostræ Legum Atticarum, quod mitto, non tam ut illi locus in bibliotheca tua, quam ut amice me moneas, neque te id defugiturum puto, cum te à me coli passus, meque à te amari non semel professus sis. Lutetiæ Parisiorum a. d. VI. Eid. Jan. Ann. CIↃ. IↃC. XXXV.

V. CL. PETRO SCRIVERIO

Historico & Poetæ eximio

UBBO EMMIUS

De titulo inscripto portæ Neomagensi. De nece Florentii Comitis V. De Batavia illustrata Scriverii. Ejusdem icones.

EPIST. XLVI.

S. P. Clarissime eruditissimeque vir, plurimum mihi colende. Dedi communi amico nostro clarissimo & consultissimo Domino *Castricomio* chartas quasdam paucas & dissolutas manu *Gerardi Noviomagi* scriptas, ut eas ad vos iter habens tibi traderet. Sunt quidem pertenues, ac minimi momenti, sed tamen quia ab eo viro scriptæ, qui nomen ex literis habet, & Batavica scripsit, quæ eadem tu nunc quoque illustri ingenio & stilo tuo tractas, non peccaturum me putavi, si has ipsas qualescunque ad te mitterem. Mihi sane hoc accidit, ut hujusmodi in rebus, in quas studium meum converti, ne minima quoque quæque asperner, aut lectione mea indigna arbitrer. Ex meo vero ingenio de tuo etiam conjecturam facio. In quo si erro peccoque hoc facto meo, spero tamen facilem te veniam mihi concessurum, potissimum quod tui studio hoc peccatum committam. Scriptores tuos Batavicos insigni auctario à te locupletatos adhuc à typis calentes tradidit mihi tuo jussu is, quem antea nominavi, & denuo honoris causa libens nomino, D. Syndicus noster *Castricomius*. Id sane donum, cum propter argumentum à Scriptoribus illis & te expositum,

Digitized by Google

quod ad palatum meum inprimis faciet, tum quia à te tam insigni viro profectum, est mihi longe gratissimum. Itaque ut par est maximas tibi gratias ago, & agnosco libens eo me nomine plurimum præstantiæ tuæ devinctum esse. Liber vero erit mihi inter eos, quos non vulgariter caros habeo, utpote jucundissimum μνημόσυνον amicitiæ tuæ.

Furmerius immerito & sine causa mecum litigat de titulo inscripto portæ Neomagensi. Nam unum & idem cum eo dico, quanquam easdem syllabas saxo impressas, uti ab eo recitantur, non annumerem. Regnum enim Radbodi erat Regnum Stauriense, cum ea in urbe Radbodus sedem aulæ suæ haberet. Interim dubitare me de Inscriptione, aut sensu ejus, ut & de ipsa narratione ostendo. *Stauriam* autem tributum interpretari tecum, quanquam vox alludere, aut proxime ad Germanicam illam accedere videatur, ego vix ausim, præsertim cum Germanica dictio scribatur & pronuncietur *steur* aut *steur*, non *staur*. Pedem vero Imperii in altera Inscriptione puto significare non terminum sed sedem Imperii. Sed nequaquam contendo. Quod siquid certius illic scribendum, forsan fieri id poterit hoc modo, si deleatur in opere meo, *Id ego in medio relinquo*, & rescribatur, quod tamen ego ex ipsis syllabis Inscriptionis, quæ recitantur, confici certo posse haud existimo.

De *Brabantia* pro *Britannia* à me scripta in casu graviſſimo *Florentii* ejus nominis V. Comitis, quod mones, id ex manuscripto exemplari aut *Snoji*, aut *Henrici Taboritæ*, nec enim recte memini, hausi, quanquam in aliis *Britanniam* invenirem. Nam videbatur mihi hoc verisimilius ob vicinitatem, cum & Brabantiæ Dux tunc etiam in partibus iisdem fuerit, & Britanniæ Rex quanquam irritatus à Florentio, tamen filii Florentii, & ejusdem successoris futurus fuerit socer, ideoque facillime Florentio potuerit reconciliari, quod futurum cum summo conjuratorum periculo. Existimavi igitur secutos esse hoc conjuratos in re tanta, quod & facilius & tutius nescire non poterant, aut saltem non potuisse mihi videntur. Sed libens hic cedo autoritati plurium, & judicio inprimis tuo, cui merito plurimum tribuo, cupioque pro *Brabantia* scribi *Britanniam*. De quo forte alias quoque plura. De stupro cur omittendum mihi fuerit, quod multorum consentiens narratio habet, non

pos-

Digitized by Google

possum videre. Nec tamen ipse vehementer id affirmo. Sic enim scribo? *Ferunt Gerardo Velsio &c.* Qua forma verborum significo narrare me id periculo fidei aliorum. Nec negari potest, quin causis conjurandi aliis hæc quoque potuerit accessisse, uti ipse tu in disputatione tua hac de re fateris. Interim interpretatio illa tua verborum Chronici Rhythmici vehementer mihi arridet. Nec jam amplius dubito, quin ea scribentis mens fuerit, præsertim si vocabulum *loech* accipiatur pro *ridebat*, quod alioqui Frisiis nostratibus & Saxonibus significat *mentiebatur*. Sed ad fidem scriptoris illius hac ipsa de re quod attinet, existimo idem de eo dici hic posse, quod tu eodem loco non male de Meyero dixisti amore scilicet Florentii commotum, qui abunde ex stilo ejus elucescit, totum hoc de stupro dissimulasse, & conjurationem contulisse in causas illas alias. Hic sensus meus. Ignosce, rogo, libertati meæ, si ea peccare videar. Diligenter legi locum illum in Batavia tua sermone vernaculo edita, haudquaquam ut tu in epistola tua eam notas nugatoria, imo legi eam totam, & lectione ejus valde sum delectatus. At legi etiam ea, quæ ad icones Comitum Hollandiæ scripsisti magno judicio ex variis auctoribus selecta, ubi ad imaginem Florentii hujus hæc habentur verba: *Extrema vitæ tempora magis contumeliæ causa, quam impulsu libidinis corrupit, uxorem Gerardi cujusdam Velseni, quem ipse &c.* Quæ verba me in sententia mea multum confirmant. Plinii locum descripsi tum, cum primum commentarios rerum nostratium ordirer, ex exemplari meo valde vetusto, Venetiis centum ante annos excuso, cui ob ipsam vetustatem multum tribui. Sed quia editiones posteriores, quarum exemplaria varia contuli, magis sibi constare in constructione, & sensum gignere pleniorem video, placet nunc ad earum formam locum excudi. Non possum igitur non tibi gratias hoc quoque nomine agere, quod me monitum volueris, & locum ex melioribus editionibus emendaveris. De *Batavia* tua *illustrata* rursum tibi gratias ago. Lego libenter, lectioneque delector. Legi quoque Batavium C. G. Omnia magna nescio cum lege historiæ ubique congrua. Quod restat, obsecro te, vir maxime, ut verbosæ huic epistolæ meæ non minus quam liberæ pro humanitate tua singulari rursum ignoscas. Vale cum omni domo tua, & cunctis, qui

Digitized by Google

tibi cari sunt. Raptim Groningæ die VIII. Junii Juliani. Ingenii & doctrinæ tuæ admirator Ubbo Emmius.

EPISTOLARUM

ELENCHUS.

I. *Cleri Ultrajectini ad Adrianum Papam* VI. *gratulatoria.* Pag. 689

II. *Adriani Papæ responsio.* 690

III. *Ad Collegium S. Salvatoris Adriani Papæ rescriptum.* 691

IV. *Ejusdem ad urbem & magistratum Ultrajectinum.* 692

V. *Inscriptio ex Zelandia ad Scriverium missa.* 693

VI. *De Dea Nehalennia.* 695

VII. *Henrici Brunonis de eadem.* 696

VIII *Constantini Huygens de eadem.* 697

IX. *Joanni. à Wouweren ad Cornelium van Dale.* 698

X. *Joannis à Wouweren de locis aliquot Minutii Felicis.* Ead.

XI. *Minutius Felix & Apulejus correcti. De columna Antoniniana, Tertulliano, Arnobio.* Petri Scriverii. 700

XII. Petri Scriverii, *de Martialis Vienna. Quis Romulus apud eum. De Epona, Deo Campestri. Aliquot Inscriptiones.* 702

XIII. Ejusdem, *de Wouwerio, Baronio, Arnobio, Marcilio, Notis Tironis & Senecæ, Inscriptionibus Gruteri &c.* 704

XIV. Ejusdem, *qua consulit Lipsium.* 709

XV. Ejusdem *de morbo Lipsii, de typho Elmenhorstii.* 710

XVI. *De eodem Elmenhorstio. De locis aliquot Martialis. De loco Ter-*

** Scias mi Lector, numerum Epistolarum in editione Clarissimi Matthæi quibusdam locis turbatum fuisse. Secutus sum errantem Matthæum. Ignosce, sodes, crimini, quod mihi cum tanto viro commune est. Sed tu sequére hujus Elenchi ordinem.

Digitized by Google

Tertulliani. Venantius Fortunatus locis aliquot correctus. Petri Scriverii. 712

XVII. *De Statii Papinii sylvis.* Joannis Frederici Gronovii. 716

XVIII. *Cutio idem quod porcus. Ketus von Gallica.* Jo. Isacii Pontani. 718

XIX. *Celsus explicatur.* Ejusdem. 719

XX. *Quæ insula Britiæ apud Procopium. Quinam Varni, Arborichi.* Ejusdem. 720

XXI. *De prosapia Eckiorum, & quam hæc antiqua. De loco Pauli ad Corinthios* XV. *vers.* 49. Jo. Isacii Pontani. 722

XXII. *Taciti locus contra Lipsium exponitur.* Ejusdem. 724

XXIII. *De forma crucis Servatoris nostri Jesu Christi.* Ejusdem. 726

XXIV. *De insolentia Hispanorum.* Huberti Buchelii Canonici Trajectensis. 727

XXV. *Casauboni laus.* Jani Gruteri. 728

XXVI. *De casu Caroli Hispaniarum Principis.* N. N. Ead.

XXVII. *De Petro Apollonio poeta judicium, Jacobi utriusque majoris minorisque quodnam martyrium. An recte pingatur Moses cornutus.* Jacobi Iæsii. 731

XXVIII. *Literarum apud Lusitanos & artium fastidium.* N. N. 733

XXIX. *De libro Coornhertii contra Lipsii Politica.* Lamberti Canteri. Ead.

XXX. *Catulli locus repetitus. Constantini Magni patria.* Jo. Isacii Pontani. 734

XXXI. *Othonis Magni Imperatoris, & Brunonis Archiepiscopi Coloniensis avus aviaque materni,* Jo. Isacii Pontani. 736

XXXII. *De Papiæ vocabulario.* Ejusdem. 737

XXXIII. *Juvenalis emendatus.* Ejusdem. 738

XXXIV. *De statu Belgii fœderati Ann.* CIↃ. ↃC. XXXV. Ejusdem. 740

XXXV. *De Juvenalis loco, qui supra. Nominandi casu dici etiam lampada, cassida.* Ejusdem. 741

XXXVI. *De Belgio ejusque statu scriptores aliquot selectiores.* Ejusdem. 742

Digitized by Google

XXXVII. *Boreum mare juris Danici. De mari clauſo Seldeni.* Ejuſdem. 744
XXXVIII. *Mendum tollitur è Catullo in primore epigrammate ad Cornel. Nepotem. Narbo paterna.* Ejuſdem. 745
XXXIX. *Mare Boreum ſemper fuiſſe juris Danici contra Seldenum oſtenditur.* Ejuſdem. 746
XL. *De eadem re. De eodem Catulli loco qui ſupra.* Ejuſdem. 747
XLI. *Ibi eſſe Cattos, ubi flumen Adrana eſt, illud autem apud Haſſos eſſe.* Ejuſdem. 749
XLII. *Vetus Inſcriptio. Nummi argentei Noviomagi inventi. Noviomagi vetuſtas.* Jo. Smith. 750
XLIII. *De mellario apud Macrobium.* Jo. Meurſii. 751
XLIV. *De genero Pontani.* Jo. Iſacii Pontani. Ead.
XLV. *Mittuntur Grotio leges Atticæ.* Samuelis Petiti. 752
XLVI. *De titulo inſcripto portæ Neomagenſi. De nece Florentii Comitis V. De Batavia illuſtrata Scriverii.* Ejuſdem *icones.* Ubbonis Emmii. 753

VETUS

Digitized by Google

VETUS JUS TRANSISALANICUM SEU LEGES TRANSISÁLANIS DATÆ

A JOHANNE DE VERNENBURCH

Episcopo Trajectensi.

Digitized by Google

Digitized by Google

VETUS JUS TRANSISALANICUM SEU LEGES TRANSISALANIS DATÆ,

A JOHANNE DE VERNENBURCH

Episcopo Trajectensi.

CUM pagellæ aliquot restarent leges visum adjecere hic Transisalanis olim datas à *Johanne* de *Vernenburch* Episcopo Trajectensi. Jam ante sesquiseculum Melchior Winhof Transisalanus cum Davidis Burgundi placitis & paraphrasi Teutonica Deventriæ olim edidit Anno 1559. Editio ab eo tempore, quod sciam, nuspiam repetita. Id me movit, ut rursum ederem, quæ Johannis van Vernenburch. Quæ Davidis Burgendi ut in præsentia jam addam, nec ratio instituti, nec moles libri permittit. Quæ Joannis experiamur, cujus olim momenti. Articulos sic expressi, ut occurrunt apud Winhof quos & obiter illustravi.

PARS. I. ART. I.

Van den Lantfreden, und van hulpe tegen uthheymisch gewalt.

Wan men uns und unsen Stichte gewalt doet, dat syn sculdich tho keren onse (1) manne, und denstmanne (2) op onse cost, op onse gewin, und op unse verlus. Des sollen wy hem eyn gut hovet her wesen.

(1) *Manne und denstmanne.* Vasalli, ministeriales sunt. Ministerialis pro subjecta materia aut nobilis est, aut vasallus, aut officio

Digitized by Google

officio præpositus. Vasallus, ut apud Winhof ad *part.* 1. *art.* 2. *Verder is uth dessen artikel tho finthen, dat eyn Leenher synen man ofte denstman verplichtet, wo wal sunder ghedanen eede, als die man ofte denstman synen Leenheren vermiddes synen eede.* Nobilis, ut apud eund. ad *d. part.* 1. *art.* 11. *pr. Nu volgen etliche privilegien und fryheyden der Ridderscap effte Adels, want under den name der Denstluden werden in dessen valle verstaen und begrepen den ganssen Adel und Ridderschap.* Officio præpositus ut apud eund. ad. *art.* 20. *part.* 2. ubi *mannen und Denstmannen*, *Amptluyden* interpretatur. Alberic. ad Ann. 1104. *Sigebardus Comes à familia Principum, qui ministeriales dicuntur, occisus est.* Albert. Argentinens. ad Ann. 1356. *Fueruntque ibi Principes Electores, & Officiales seu ministrales Imperii, quorum quilibet ministrabat Imperatori sedenti in mensa, in officio, seu ministerio suo proprio. Quilibet autem veniebat super equo usque ad mensam.*

(2) *Op onse cost.* Expeditio cum decreta nobiles Principi adesse jussi, adesse etiam vasalli, sed sumptu Principis non suo. Ex rationibus redditis ab Alberti Ducis Quæstore Ann. 1379. *Van myn Heer den Hertoge ontfangen, omme met te betalen de goede luyden van wapenen die mynen Heere dienen souden met den Hertoge van Brabant voor de Stadt van Loeven int jaer* CIↃ. CCC. LXXXII. *&c.*

Item uytgegeven ende betaelt by Jan *van* Amerongen *als Rentmeester van Zuytbollant om alderhande provanche te copen tot* Tordrecht, *ende dis te senden te St. Geertdenberghe om te leveren myns Heeren Ridderen ende goede luden, die met hem riden souden, metten Hertoge van Brabant voer Loeven omtrent St. Michiels dach Ann.* CIↃ. CCC. LXXXII.

Item uytgegeven ende betaelt by s' Prooften hant des Woensdachs voor St. Victors dach int jaer LXXXII. *den Heere van Heurne, die bi minen Heere quam in wapen, daer men reysen soude metten Hertoge van Brabant voor Loven in twee dagben, van* 136. *peerden, daer slouehmen af, dat hi bi minen Heere bliven soude met* VIII. *glavien, ende aldus blyft* C. *ende* XII. *peerde, daer voor hem betaelt in twee dagben voers.* LXXXVIII. *oude schilden, ende* XCVII. *gul. gl. t' stic* XLI. *grooten.*

Item betaelt den Heer van Bredenrode, Heer Willem van Brederode, den Heer van Heuckelom, ende Heer Gysbrecht van Lan-

ghe-

Digitized by Google

gherake, die by myn Heere quamen in wagen op den dach voersz met LXVI. *glavien, ende tot elcke glavie drie peerden, hun betaelt van twee daghen* C. XXXII. *oude schilden. Item betaelt den selven van haren inriden, dat si bi minen Heere den Hertoge quamen, mitsgaders van* III. *wagenen,* XLII. *oude schilden,* &c.

Verlore hi syn leen. * Gunther. *lib.* 8. *vers.* 608.

Publica militiæ vasallus munera justæ
Non renuat, Dominique libens in castra vocatus
Aut eat, aut alium pro se submittat iturum,
Arbitrio Domini, vel quam laudaverit ille
Compenset, redimatque suum mercede laborem.

* *c.* 1. *de form. fidel.* §. *Dominus quoque.* Gloss. ibid.

ART. II.

Wert oock sake, dat men unsen mannen ofte denstmannen unrecht ofte gewalt dede, und wy hem nicht met recht helpen konden binnen ses weken van den dage, dat idt uns geklaget were, den weren wy und unse Amptlude sculdich tho helpen und tho bescudden met den Lande, und to holden in onsen sloten, waer wy die hadden.

Mutuis invicem officiis & ad mutuam defensionem obstricti Dominus & vasallus, ministerialis & Princeps, ut & Princeps & subditus. Etiam juramento. Caroli V. rescriptum ad Clementem Papam VII. apud Goldast. *to.* 1. *const. imper. part.* 2. *Eodem ordine quo tenetur vasallus pro feudo Domino servire, eodem ordine tenetur Dominus vasallum in feudo tueri. Et ex quibus causis vasallus feudum amittit, ex iisdem causis Dominus directe proprietate feudi illiusque directo dominio privatur. Est enim ipsius feudi natura, ut ultro citroque obligationem pariat.* Ammian. Marcellin. *lib.* 29. *hist. Nihil aliud est imperium quam cura salutis alienæ.* Ottonis Magni constitutio apud Goldast. *to.* 3. *const. imp. art.* 6. *Vasallus si interficit Dominum suum in vita, honore, & bonis, cum quibus ab ipso fuerit infeudatus, condemnetur. Idem etiam de Domino censendum est, si occidat vasallum.* Ammian. *lib.* 14. *hist. Imperator dum æquus omnibus alienæ custos salutis nihil non ad sui spectare tutelam rationes populorum cognoscit, & remedia*

dia cuncta, quæ ſtatus negotiorum admittit, arripere debet alacriter &c.

Art. III.

Van hulpe tegen inheymiſch gewelt.

Wert ock dat wy hulpe hebben wolden van mannen und denſtmannen up enen man, die boer huysgenote were, die geen recht nemen oft geven wolde, daer ſullen ſie ons op helpen na harer macht, op unſe koſt, op unſe gewin, und op unſe verluyſs, mer weren ſie ſyner mechtich tho rechte, unde wolden wy des nicht nemen, ſo weren ſie uns op die tyt nicht ſculdich to helpen.

Graſſari legibus quam armis præſtat, *l.* 14. *C. de Judæ. l.* 13. *ff. qu. met. cau. l. pen. ff. ad l. Jul. de vi priv.* Si quæſtio inter vaſallos, ſi inter Dominum & vaſallum, judicio diſceptandum apud Pares ejuſdem Curiæ. Spretis legibus contumacem bello perſequi demum licet *h. art.* Gunther. *lib.* 8. *verſ.* 633.

Inter vaſallos unius forte patroni
Quæſtio de feudo quoties agitatur, eodem,
Quo feudi Domini gaudent, hoc judice certent.
Si tibi pro feudo, quod te tribuente fatetur
Acceptum, tu vero negas, vaſallus agendam
Forte movet litem, non tu, ſed curia judex
Audiat, & certo determinet ordine litem.

Art. IV.

Wo und waer die hulpe tho eyſchen.

Wanneer wy hulpe hebben willen van mannen und denſtmannen, daer ſyn wy ſculdich umme tho riden tho Markeberge, und kundigen mannen und denſtmannen, und den Lande unſe noet. Und ſo ſollen ſie uns unvertagen helpen up unſe viande, up unſe gewin, und up unſe verlues. Unde weert dat ſie gebreck hadden

an

an uns, ofte an den unſen, dat ſien wy hem ſculdich up tho richten.

Vaſallo, miniſteriali, neceſſe eſt, ſiſtat ſe evocatus, & præſertim ſi neceſſitas, ſi belli ratio id expoſcat,

Aut eat, aut alium pro ſe ſubmittat iturum,

ut ſupra apud Guntherum eſt. Ex rationibus MS. Quæſtoris Ducis Alberti ad Ann. 1384. *Item des maendachs na Paſchen enen bode geſant met myns Heeren brieven aen den Heere van Arckel, aen den Bailliu van Zuytholland, ende aen den Bailliu van Delfland ende van Scielant, dat ſi onder hun drien* c. *man gewapent ſouden ſenden tot Sevenberghen, dat is te verſtaen, die Heere van Arckel* XXV. *man, die Bailju van Delfland* XXV. *man, ende die Bailju van Zuytholland, vyftich man, om den Heere van Sevenberghe ſyn lant te helpen ſcudden, tegens den Heere van der Lecke, want die Heere van der Lecke den vrede die uytginc te beloken Paſchen tuſſchen hem ende den Heere van Sevenberghe niet verlengen en woude om myns Heeren wille, doe myn Heere geſant hadde Willem van Cronenburch aen den Heere van der Lecke om hem dat te vermanen.* Add. §. *licet ſi de feud. def. content. & c.* 1. §. *ad hoc. & ib. Gloſſ. Hic finitur lex c.* 1. §. *fin. An ille qui interſic. fratr.*

ART. VI.

Art. v. eſt Philippi Burgundi.

Van Huldinge des Heeren und beleninge der Mannen.

Wanner ein Biſchop cumpt int Sticht van Utrecht, ſo is he ſculdich to riden (1) *to Marckeberge* (*dat wi gedaen hebben*) *dar ſal hem man und denſtman, und dat Lant van Twente hulden, und dar is hie dan ſchuldich, malck to belenen hoer gued, ſonder horen ſchaden. Und dewile hi dat nicht en doet, ſo mogen ſy ſick nicht verſumen in den lene, dat weer dat hem van welcken mannen ein hergewade verſchenen were, Und die ſal den Biſſcop volgen binnen Stichtes und ontfangen* (2) *op ſyn rechte tidt.*

Facta Epiſcopi inauguratio in ſingulis urbibus in diœceſi & cis & trans Iſalam, ut latius dixi & oſtendi *lib.* 2. *de Nobil. cap.* 47. Rev. *lib.* 2. *hiſt. Daventr.* Ruri inſuper etiam facta.

Digitized by Google

Sesti cis Isalam, trans Isalam Marckbergæ, h. §. Hortenf. *lib. 1. hist. Veteres cæremoniæ novorum Episcoporum tenuerant, postquam in sedem Episcopatus collocati essent, quia in urbibus nullum imperium nullumque jus habebant, præter jus dicendi Prætorem, ut jurisdictioni suburbanæ inaugurarentur. Sesti motu campanæ ejus imperium inire consueverunt. Unde ad bella iturorum Principum dato per agros signo plebs rustica sequi cogebatur.* Sed Marckbergæ speciatim inaugurabant Tubantes h. §. Reliqui, alibi, ut puto, ubi visum Antistiti. Tubantes simul, si vasalli, investiti de feudis. Gratis autem investiti. Nam laudemium non præstat nisi feudi successor §. 2. h. t. Quo exceptio hæc imprimis pertinet, *dat weer dat hem van welchen manne ein hergewade verschenen were.* Servandum autem hac in parte, quicquid moris recepti, ut quid si placuit sic expresse, ut ei etiam præstetur, qui feudi Domino decedente in ejus locum successit?

(1) *to Marckberge.* Sermo hic de casu, quo Antistes inaugurandus: Extra eum casum Comitia Ordinum Ultrajecti. Soli laici si convocandi, eorum si cis Isalam, conventus Aldvici, si trans Isalam, Spolderbergæ. Ex veteri jure Transisalanico. *Die Bischop alse hi maken wil ene samenroepinge der leke luden, so sal syn openbaer bode dat in de Prochiekercke condigen by enen gebode, mer den Ridderen ende Knapen sel hy bidden totten huysen hoerer woeninge, ende so syn si schuldich alle te samen te comen, die gene die op dese syde der Yselen tot Oudwyc, ende die gene, die op ghene syde der Yselen syn tot ene stede geheten Spolderberch.*

(2) *Op syn rechte tidt.* Intra annum & diem, §. *præterea. de prob. feud. ad per Fred.* Roland. à Valle *cons.* 3. *n.* 151. *secundo quod infra annum lib.* 1. Jul. Clar. *lib.* 4. *sent.* §. *emphyteusis qu.* 43. *n.* 2. *sub fin. vers. quinimo etiamsi,* Berlich. *decis.* 61. *n.* 3. Neostad. *de feud. cap. ult.* Bort *de feud. part.* 6. *tit.* 4. *cap.* 1. *art.* 4. *pr.* Nisi justa scilicet causa vasallum impediat. Ant. Mincucc. ad *lib.* 4. *de feud. tit.* 16. §. *ult.* Dies hic accipitur pro sex septimanis *ein jore und sechs wuchen,* ut in veteri Codice feudali Alemannico *cap.* 50. & feudali Saxonico *cap.* 25. *Alse manig schilt als ist von dem Konig niderwerts; alse manig jar zal ist auch zu folgen einem jeglichen an seinem gut binnen sechs wuchen und ein jar.* Schilter. *ad jus feud. Alemann. cap.* 15. §. *ult.*

ART.

Digitized by Google

ART. VII.

Wanneer ein Denſtman ſtervet, die guet holde van uns, dat guedt ſal ſyn rechte Leben volget verſoeken an uns binnen jaer und dach, ſo wy ſyn binnen Stichtes, und ſul (1) uns geven ſyn beſte peert dat die man achter leet, doe hy ſtarff, und hadde hie geen peert, ſo ſalmen uns geven drye punt tho heergewade, daer mede ſollen wy hem belenen.

Amittit feudum, qui non petit id intra annum & diem. Gunther. *lib.* 8. *verſ.* 605.

Succeſſor feudi totum ſi forte per annum
Atque diem tacto primæ jam tempore pubis,
Sive dolo, ſeu deſidia, ſeu mente ſuperba
Spreverit à Domino feudalia poſcere jura,
Perdat, & hæc Dominus proprios aſſumat in uſus.

Radevic. *lib.* 2. *de geſt. Frid. Barbaroſſ. cap.* 7. Bugnyon. 6. *leg. abr.* 20. & 51. Hodie tamen tam rigide cum vaſallo non agitur. Acquieſcit vulgo Dominus ſoluto duplo laudemio & petentem reſtituit, excepto quod deſidis, ſi & idem prorſus contumax, non eadem ſemper ratio. Neoſtad. *de feud. cap. ult. n.* 6. & *ſeq.* Grot. 2. *Man.* 41. §. *Manſchap.* Bort *de feud. part.* 6. *tit.* 4. *cap.* 1. *art.* 4. *n.* 15. & *part.* 2. *tit.* 1. *cap.* 8. *n.* 23. & *ſeqq.* Quod ſi primus ſucceſſor neglexit inveſtituram, admitti poteſt ſecundus, ſi, ut oportet, eam petat intra annum & diem, & pro ſe ſolvat ſimplex, pro primo duplex laudemium. Quadruplex alioquin neceſſe eſt, ut ſolvat. Grot. 2. *Man.* 47. §. *Heergewaden.* Waſſen. *pract. notar. cap.* 14. §. 45.

(1) *Und ſal ons geven ſyn beſte peert.* Laudemium pro conſuetudine & varietate regionum non unum idemque eſt. Alibi canis venaticus, ſalmo, gladius, accipiter, par caponum, cuniculorum, chirothecarum, falco, equus defuncti optimus. Quæ & certo quodam pretio, ſi id mavult quis, poſſunt redimi, ut in veteri quodam Indice, in quo cenſus & reditus eccleſiæ Trajectenſis Ann. 1530.

Item een leen, dat houdt te verheergewaden als een Stichts leen ſalmen daer voor betalen drie goude Vranryckſche ſcilden, elcke ſchilt

Digitized by Google

ſchilt gerekent voor 13. *Andries gulden, noch een ſchilt voort ſegel, een ſchilt voor de Camer, een halve ſchilt voor ſchryven, ende twee kannen wyns die portiers, oft die Deurwaerders. Facit in als* XII. *Caroli Keyſers gulden, vyf ſtuyvers,* 1. *oort.*

Item een leen dat hout ſimpelick niet exprimerende waer mede men dat verſoecken ſal betaelt men voor alſo veel als voor een Stichts leen.

Item een leen dat hout te verheergewaden met een roden ſperwer, ſalmen betalen met eenen goeden Vrancrycſchen ſchilt, een ſchilt voor 't ſegel, een ſchilt voor die Camer, ende een halve ſchilt van ſchryven.

Item een leen dat hout te verheergewaden met een ſperwer, ſalmen betalen met een ſtuck gouts.

Item een leen dat hout te verſoecken met een paer witte hantſchoen, daer ſalmen voor geven een oort gouts te weten VII. *ſtuyvers.*

Item vyff marck ſalmen betalen mit tien Vrancrycſche ſchilden, dat is te verſtaen, datmen voor een ygelick goet marck ſal betalen twee oude Vrancrycſche ſchilden.

Nec laudemium tamen quicquam ad ſubſtantiam ipſius feudi. Valet pactio ne ſolvatur id ut in charta Ann. 1255. *contulit in feudum curtim in Colhorſt &c. ſine exactione, quæ vulgariter Heergewade appellatur, obtinendam.* Sic pactus cum Epiſcopo & Capitulo Leodienſi Flandriæ Comes Ludovicus, ne in clientelam accepta ab ipſis Mechlinia aut ipſe aut ſucceſſor ejus eo nomine præſtaret quicquam. Collectio Actorum veterum ad Papas Avenionenſes apud Baluzium *cap.* 81. *Nec etiam eſt intentionis noſtræ, quod ab ipſo Comite vel ejus ſucceſſoribus pro relevio vel ratione relevii quicquam exigatur vel ſolvatur.*

Davidis eſt VIII.

ART. IX.

Oft leen beſpraket worde, wo men ſich verweren ſolde.

Item beſpreken wy enen man ſyn leen, dat hie dat verſumet hadde, unde tho rechten tiden nit untfangen, (1) *ſo were hie ons narer* (2) *met tween denſtmannen ſyne beleninge an tho brengen, dan wy hem aff tho winnen.*

(1) *So were hi ons narer.* Ad liberandum quam ad obligandum, ad abſolvendum quam puniendum leges proniores ſunt,

l.

Digitized by Google

l. Arrianus 49. ff. de obl. & act. l. 125. ff. de reg. jur. l. 5. ff. de pœn. l. ult. C. de prob.

(2) *Met tween denſtmannen.* Magni teſtes momenti ſunt. Pares in cauſa Parium, nobiles, miniſteriales, in cauſa nobilis, miniſterialis. Nec alii interdum quam nobiles in cauſa nobilis admittuntur, ut ſi quæſtio de feudo inter eum & Dominum, *b.* §. ut & caſu quo quæſtio, an quis nobilis necne. Ex Actis Ordinum Trajectenſium: Jovis den XVI. Decemb. 1630.

Gehoort de lecture van Atteſtatien roerende de gepretendeerde Adelycke afkomſte van den Lieutenant der Compagnie van den Heere van Langerak &c. houdende garniſoen opt huys te Loeveſteyn, genoemt de Bie, *Is goetgevonden ende gereſolveert, dat den Heere van* Braeckel *&c. den ſelven Lieutenant de* Bie *int particulier ſal overſchryven, te procureren behoorlycke Atteſtatie van twee oft drie bekende Edelluyden, alſo de voorſz Atteſtatien gegeven ſyn by huysluyden, ende niet by Edelluyden ſulx incumberende.* Ex Actis Equitum Trajectenſium: Veneris 1. April 1636. *Den Heere van Hardenbrouck, als neffens den Heere van Braeckel hebbende de derde tour van eene Prebende in den Convente van Vrouwen Clooſter, verclaerde deſelve ſyn Wel. Ed. derde tour te confereren op een van de dochters van Jor.* Willem Til *Droſt van Dalen ende Valckenburch, Capiteyn van een Compagnie Infanterye ten dienſte deſer landen by den ſelven te nomineren. T'welck de Heeren Edelen ende Ridderſchappe verclaerden te conſenteren, mits dat den gemelten Heere van Hardenbrouck ſal bethonen den voornoemden Droſt te weſen een goet gequalificeert Edelman, by atteſtatie van twee of drie Edelluyden uyt den lande daer den voornoemden Droſt Jor.* Willem Til *van daen is. Geextraheert uyt de voorſz Reſolutien, ende accordeert,* A. van Hilten.

ART. X.

Oft wy beſpraken enen denſtman, oft denſtwyff hor denſtrecht, dat ſolden ſie tho brengen met twen denſtmannen, ofte met unſen openen brieve. Beſpreke hem ein ander man hor (1) *denſtrecht, dat mochten ſi thó brengen met ener eyner hant.*

(1) *Denſtrecht.* Miniſterium. *Miniſterium* utrumque eſt, & feudi ſpecies, & ſervitium ſeu officium, datum aut conceſſum

Digitized by Google

ceſſum ſub ſervitii conditione. Servitii non tam militaris, quam alterius cujuſvis, ut curruum præſtandorum, hoſpitii, annonæ. Datum in miniſterium, quicquid datum in feudum. In feudum pecunia, in feudum nundinæ etiam datæ. Etiam datæ in miniſterium, ut in charta apud Hedam. *hiſt. Ultraj. p.* 224. Duo autem diſtincta hæc. Aliud in feudum dare, aliud in miniſterium. Otto III. Imp. apud Hed. *hiſt. Ultraj. p.* 95. *Inſuper ſibi donavimus, quicquid Poppo filius Walgeri habuit in miniſterium in eodem Comitatu.* Unde & *miniſterialia* ab *homagiis* diſtincta in charta Ann. 1282. Chartam jam edidi *lib.* 4. *de nobilit. cap.* 22. Sed quæ huc pertinent hæc ſunt: *Quæ omnia bona nos dictus Trajectenſis Electus diximus eſſe bona homagia, & idem Henricus dictus Rovere dixit ea eſſe bona miniſterialia. Tandem de conſenſu noſtro nec non Prælatorum & Miniſterialium prædictæ eccleſiæ Trajectenſis à nobis ambobus concordatum extitit in hunc modum, quod prædictus Henricus Rovere tenuit dicta bona cum duobus miniſterialibus eccleſiæ Trajectenſis, ſcilicet cum Domino Suedero de Boſinchem, & Gerardo de Reno militibus, quod eadem bona eſſent ſua bona miniſterialia, & eſſent ad ipſum Henricum dictum Rovere ex ſucceſſione hereditaria & ſuorum progenitorum pleno jure devoluta. Quo facto præfatus Henricus Rovere petivit & requiſivit à nobis dicta bona miniſterialia ſibi conferri & porrigi loco miniſterialis, & nos præfatus Trajectenſis Electus juſtæ petitioni ſuæ annuentes &c.* Et quia tamen *miniſterium* non multum à *feudo* differt, interdum dicitur etiam *feudum*, & qui quid habet in miniſterium etiam dicitur vaſallus. Charta Guidonis Epiſcopi Trajectenſis Ann. 1313. *Item unum manſum terræ ſitum prope Bunnic ultra Renum, quem dictus Swederus à nobis & eccleſia noſtra jure miniſteriali tenuit. Et quia nos & eccleſia noſtra per aſſignationem & traditionem hujuſmodi manſi vaſallo carebit, nos in recompenſam hujuſmodi reſervamus nobis & eccleſiæ noſtræ &c.* Et hinc eſt quod apud Hedam *d. p.* 224. *conceſſimus eidem Swedero &c. ad juſtum feudum in loco & jure miniſterialis.* Et mox: *in feudum concedimus in loco & jure miniſterialis.* Belgice eſt, *in dienſtmans ſtat.* Charta Ann. 1316. *Wy* Ghie *by der genaden Gods Biſſchop tot Utrecht maken condt allen den ghenen, die deſen brieff ſien ſullen oft horen leſen, dat voer ons ende voer onſe mannen quam Eliſabeth wilneer Heer Egbrechts dochter van den Buſſche Ridders, ende ſochte an ons met horen herwade dat huys ten Buſſche, ende*

Digitized by Google

vier en twintich mergen lants, die by den huyse leggen, die Haer Egbrecht haer vader ende Egbrecht haer broeder van ons ende van onsen Gestichte hilden te leene in dienstmans stat. Welcke voorgenoemde huys ende goet wy haer verleent hebben, ende verleenen met desen brieve alse dienstmans goet ende in dienstmans stat sonder alrehande arcbeyt &c. Nec nobiles tamen semper, qui prædia hæc obtinebant. Etiam plebeji. Etiam adscriptitios manumissos reperi ea lege, ut prædiis, quibus usi, deinceps etiam uterentur, tanquam ministeriales, *in dienstmans stat, en tot allen dienstmans rechte.* Charta Ann. 1327.

Wie Deken ende Capetel der kercken van Sinte Marien t'Utrecht, doen cont alle den ghenen, de desen brieff sellen sien of hoeren lesen, dat wi Boerchard *van* Eenscoten *Haer* Heynen *sone*, Nannekyn *syn wyf, ende hore kindre, de onse eyghen lude waren, ende de up onsen eyghenen goede saten ende sitten, dat geheten is Haren* Heynen *goet van* Eenscoten *geleghen in den kerspel van den* Aenstoet, *ende horen erfnamen quyt hebben gegheven ende gheven mit desen tegenwoerdighen brieve van der eygenscappe, de wi aen hem hadden, in manieren alse hier nae geschreven staet, dat is te verstaen, dat si ende hore erfnamen voert meer dienstlude bliven sellen ons ende ons Godshuus voerseyt, ende dat voersz goet also groot ende also cleyne, alst des voerseyden Boerchards ouders besseten hebben, ende deselve* Boerchart *nu tot deser tyt besit mit eghen ende mit enden alst gheleghen is, voert te houden ende te besitten van ons in dienstmans stat, ende tot allen dienstmans rechte, om onsen ouden pacht, alse om drie mudde roghen s'jaers Aernemsche mate up Sinte Peters dach ad cathedram, ende om twee groote Coninex tornoyse jaerlix te tinse, oft payement daer voor op Sinte Lambrechts dach alle jare te betalen ende te leveren binnen onsen Hoof te* Zeelhorst, *also alse men heer toe gedaen heeft. Voert so syn dat voerwarden, dat Borchard voerseyt noch syn erfnamen dit voersz goet niet versetten, noch versellen, noch scheiden en sullen noch en moghen in enen dele noch altemale buten onser hant, ende dat dat selve goet na des* Borchards *doet ghehele ende altemale comen sal up enen van synen gherechten erfnamen, ende de sal binnen jaers naest comende na des selfs* Borchards *doet dat voerseide goet aen ons in onsen Capetel tot Utrecht versoecken, mit twaelf groeten Coninex tornoysen ghereeds ghelds oft payement daer voer, ende dat van ons entfaen in dienstmans stat in alre manieren alst voersz is, ende also voert van erf-*

name tot erfname, Ende ware oec dat ſake, dat die voerſeyde Borchard *of ſyn erfname, of die ghene daer dat goet mit recht op quame, in eneghen van deſen voerſz punten verbraken, ſo velle hi ende ſine nacomelinghe van allen rechte ende aentale, die ſi hadden ofte hebben aen deſen voerſcrevenen goede, ende dat ſelve goet quame dan vri ende ledich weder aen ons ende aen onſe Goedshuus onſen vrien wille daer mede te done ſonder ymants wederſeggben. Ende op dat dit vaſt ende ſtade blive, ſo hebben wi Deken ende Capitel voerghenoemt deſen brief beſegelt mit ons Capitels ſeghel. Gegheven int jare ons Heren* CIↃ. CCC. *ende ſeven ende dertich, des Donderdaghes na alre heyligen dach.*

ART. XI.

Privelegie und fribeden der Denſtluyden.

Art. 1. *Alle Denſtluden unſes Stichtes van Utrecht, die ſint nicht ſculdich to rechte to ſtaen vor dagelicks gerichte, daer geen blikende ſchynen is, mer die ſalmen vor uns verklagen und vervolgen alſt recht is.*

Judicium duplex in diœceſi, Seculare & eccleſiaſticum. Seculare rurſum duplex, apud Salios inprimis, Ordinarium ſeu *Quotidianum*, & extraordinarium, ſeu *Summum & Provinciale.* Ordinario præerat judex loci, Prætor ſcilicet cum Scabinis. Extraordinario Epiſcopus adhibitis aliquot nobilibus & Primoribus civitatum. Charta Ann. 1364. *Voert ſo mach die Biſcop ſelve met Ridderen, knapen, mannen, ende Denſtmannen, te recht ſitten, ende recht houden binnen ſynen Geſtichte, waer hi wil, alſt gewoonlic is.* Vid. *lib. de jur glad. cap.* 30. *n.* 12. *& ſeqq.* A Scabinis jus dictum quovis tempore, etiam belli. Abſente Epiſcopo & inter arma extra ordinem vix dictum. Et eo depoſitiones teſtium, qui auditi olim, pertinent: Ann. 1531. *Peter van Merenborch out* 55. *jaer ſeyt hem wel te beugen vant oorloge van Jor. van Wiſch, twelck was int jaer van* 1497. *oft* 98. *maer t'ſelve en duerde niet langhe, ende weet hy oock wel van de oorlogen, die geweeſt ſyn in Overyſſel tegen den Heer van Gelre, maer evenwel heefmen in de Stadt van Utrecht al recht gehouden, ende oock veeltyts het hoge Lantrecht by den Vorſt van den Lande, maer worden t'ſelve dickmaels opgeſet, alſe die Vorſt int oorloge was, ofte om ander*

Digitized by Google

onder ſoken wille &c. Henrick Wilgerſſen depoſant heugt noch vant Cleefſche oorloge, t'welck boven een half jaer of drie vierendeel jaers niet en duerde, ende ſo lange de Vorſt van den lande in oorlogh was en hieltmen geen recht, maer voor en nae ſo dede men recht nae ouder gewoonte, ende heugt hem depoſant noch dat oorlogh van Yſelſteyn, dat int jaer van elve was, ende duerde omtrent acht oft negen maent, ende t'ſelve was een oorloch van den Staten ſonder den Heer van den Lande, ende ſo lange t'ſelve geduerde, en hieltmen geen hooge Lantrecht, maer wàs dagbelyks gerecht binnen Utrecht meeſten tyt gehouden, ende lagen die van der Stat ontrent een maent of ſes weken voor Yſelſteyn, ende hadde hy depoſant met Aelbert van Leuwen bevel om Ruyteren ende knechten te betalen in den ſelven oorloge, &c. Frequens olim appellatio à loci judice ad Epiſcopum. Vid. *lib. de. jur. glad cap.* 30. *n.* 13. *&. lib.* 2. *de Nobil. p.* 307. *&. ſeq.* Contra autem ab Epiſcopo appellatio olim nulla. Ab Epiſcopo non appellatum, niſi in cauſa ardua, in cauſa eccleſiaſtica, & quæ magni momenti, ad Archiepiſcopum Colonienſem, ad Papam, ad Cæſarem. A loci judice appellatio, niſi judex is civitatis primariæ in diœceſi, ut id latius demonſtravi *d. lib. de jur. glad. cap.* 30. *n.* 15. *&. ſeqq. &. n.* 21 Quævis cauſæ diſceptatæ apud judicem ordinarium, excepto quod criminales apud judices duntaxat majorum civitatum, apud ipſum Antiſtitem, aut eum, cui jus gladii, & quantum ad civiles, exceptis cauſis nobilium, quæ in ſummo actæ extra ordinem, præſertim apud Salios, & Provinciali judicio, *b.* §. Sed & rarum & ſumptuoſum id, ut dixi *d. loc. de. jur. glad.* Præſidebat Epiſcopus. Aſſeſſores ejus nobiles, vaſalli, miniſteriales, & primores civitatum, qui ſimul & cognoſcebant & dictabant ſententiam, ut dixi *ibid. n.* 17. Nobiles autem non ſorte aut ab Antiſtite ad id lecti, ſed ſummo ſtudio à litigantibus, & vel prece, vel pretio ad judicium conquiſiti. Adducebat autem quiſque & quotquot vellet & quotquot poſſet, notos, familiares, propinquos, & amicos. Si conveniret ipſis inter ſe, nullæ Epiſcopi erant partes. Sin minus obtinebat pars, cui Princeps acceſſerat. Unde & victor plerumque, qui amicis inſtructior. Nec pauperi contra divitem ulla aliqua ibi vis. Vid. Hed. *in David. Burgund.* Rev. *hiſt Dav. lib.* 3. *p.* 330. *& ſeqq. & lib. de jur. glad. d. cap. n.* 15. *& ſeq.* Ordinarius porro judex, ubi reus habet forum, ubi habet

bet domicilium, ubi rerum ac fortunarum ſuarum ſummam conſtituit, *l. 7. C. de incol. l. 2. C. ubi Sen. vel. Clariſſ. l. 5. §. 5. ff. de inj. l. 203. ff. de verb. ſign.*

Art XII.

Men en mach geen denſtman ofte denſtwyf des Stichtes van Utrecht beſetten, oft hoer gudt binnen Stichtes unvervolget und unverklaget vor ons.

Hodie id jam ceſſat. Nec alii excipiuntur in Statutis Tranſiſalanicis, quam cives & incolæ trium urbium primariarum, qui niſi expreſſe ſuo juri renuntient nec ipſi, nec bona ipſorum alibi poſſunt ſiſti quam in loco contractus. *Lautr. van Overyſſel part 1. tit. 5. art. 2.* Quo jure utuntur etiam paſſim Curiæ Provincialis & Supremæ Senatores, & paſſim Legati, Profeſſores, Studioſi, *l. 2. §. 3. & ſeqq. ff. de jud. Auth. habita C. ne fil, pro patr.* Ad patibulum condemnatos, qui libros ſtiterant ſtudioſorum Toloſa domum redeuntium Ann. 1525. ex Rebuffo tradit Peckius *de jur. ſiſt. cap. 4. n. 1. & per tot.* Sed & huic *artic.* ſequenti derogatum qui Davidis Burgundi eſt. Nobiles eis Iſalam ſicubi ſiſti poſſint in diœceſi contra eos, quibus jus id, eodem utuntur jure juxta titulum in *ff. Qu. quiſque jur. in alt.* Sequens ita ſe habet. *Item in wat landen unſes Stichtes van Utrecht denſtlude an deſſe ſyde der Iſſelen beſatet of gedrongen werden an dat gerichte tho kommen, met horen guden in den Lande gelegen, und daer tho rechte ſtaen moten, ſalmen denſtlude der Landen hier weder mogen beſetten, offte met horen gude in deſſen Lande weſende rechtes doen plegen, gelyck unſe denſtlude in den Lande daer moeten.*

Art XIV.

Vort ſo en ſollen wy oft onſe Amtpluyden genen denſtman vangen ofte in hofte dringen um eene beticht die alſo vele gudes onder uns liggende hefft, dat hi ſine bote wachten moge.

Art.

ART. XV.

Unde eyn denſtman is narer ſyn unſchult tho untgane ungevangen und ungebunden, ſonder blikende ſchyn, dan hem jemant aver tho gane, idt were ſake, dat hie ſtonde in enen (1) *gehegeden heymale, und hem verwilkoerde als recht is.*

Ad ſatisfandum jus civile rerum immobilium poſſeſſorem non cogit, *l. 15. pr. ff. Qu. ſatisd. cog.* Sed Epiſcopus hoc §. id ad nobiles reſtringit. Nobilis ob delictum, cujus pœna eſt pecuniaria, nec in carcerem detrudendus; nec cautionibus conſtringendus *art.* 14. Imo etſi proponatur, quod delictum ſit gravius, non cogitur tamen nobilis, ut ex vinculis dicat cauſam, niſi conſtet de delicto, & quod à nobile id admiſſum. Æquius, ſi non conſtet, audire reum defendentem ſe, quam temere eum accuſantem & non inſtructum ut oportet, *art* 4. *l. ult. C. de prob. l. 5. ff. de pœn. l.* 47, *ff. de obl. & act. l.* 125. *ff. de reg. jur.* Si conſtet ceſſat privilegium. Chronicon Schouwenburgenſe apud Meibomium *p.* 31. *Conradus Comes de Everſtein, ſed prædo, per Ducem Albertum de Brunſwick verſis pedibus ſuſpenditur, & in Brunſwick, quod Comes, honorifice ſepelitur.*

(1) *Gehegeden heymale.* Rite coacto & conſtituto judicio. *Mael* idem quod judicium ſeu quod locus judicii. Idem *mallus*, ſeu *Maelſtat.* Capitulare Ann. 853. *Comes convenientem locum conſideret & inveniat, ubi ſtationem ad mallum tenendum conſtituat.* Flodoardus: *De presbytero & eccleſia ad Epiſcopum & ſynodum definitio pertineat, non ad mallum vel civile judicium.* Charta continens tranſactionem inter Comitem Gelriæ & Epiſcopum Trajectenſem: *Compromiſſum eſt, quod judices Epiſcopi non citabunt ad Hemal in terram Epiſcopi homines manentes in terra Comitis &c.*

ART. XVI.

Ock en ſollen Ridderen, knapen, mannen, unde denſtmannen, unde hore eygen luyde, die woonaftich ſyn binnen Twente, oft hoer gude, genen tolle geven, wert dat jemant guedt voerde offte kofft als eyn kopman, dat gude ſalmen vertollen.

Quod

Quod nobilis non agnoſcat tributum, cenſum, vectigal ſatis, ſplendidum privilegium, ſed quod temporis progreſſu multis modis reſtrictum tandem prorſus diſparuit. Cenſu prædiis imperato cum præeſſet diœceſi Fredericus Marchio de Baden, exempti nobiles, ſed non paſſim. Exempti, quorum certa & indubitata nobilitas, qui prædium habebant nobile, & non ſimpliciter tantum nobile, ſed ponte & foſſa munitum, & cui intra ambitum, ut rem poſtea interpretati, villa ruſtico deſtinata. De quo etiam quæſitum tum, an & ipſi immunitas. Viſum autem quod ſic, ut conſtat ex Actis Ordinum ad Ann. 1538. *Item aengaende die ſwaricheyt van de Pachters op vrye Ridderhofſteden woonende, of die ſelve mede vry weſen ſellen, ofte niet, laten ſich de voorſz twee Staten duncken, ende hebben verclaert, als opten leſten Octob. 1536. leſtleden belieft en verclaert is, daer by perſiſterende, te weten dat die Pachters van de Edelen ende Ridderſcap vermogens den Verbantbrieff vry ende exempt behoren te ſyn, ſo verre die ſelve binnen t'begrip van de Ridderhofſteden begrepen ende wonende ſyn, Adderende ſo verre alle die landen, die by ſulcke Pachters gebruyckt worden tot ende aen die voorſz Ridderhofſteden behooren, ende anders niet. Ende die Geſchickten van de Stadt ſeyden ende verclaerden, dat ſy wel voorſeker hielden, dat indien ſulcks by die van de Stadt met de andere Staten geconſenteert is geweeſt, dat ſy daer wel by ſullen blyven, ende by ſo verre dat niet weder by de Staten te niet gedaen ende gecaſſeert is.* Ceteris non idem jus, ut vel hinc ſatis patet. Ex Actis Ann. 1536. XX. Octob. *Item op den IV. article der ſelver memorie laten ſich die Staten duncken ende verclaren, dat die Pachters van de Ed. ende gemeen Ridderſchap vermogens den Verbantbrieff vry ende exempt behooren te ſyn, ſo verre deſelve binnen t'begrip van de Ridderhofſteden woonende ſyn ende anders niet. Opten XII. art. laten ſich de Staten duncken, dat alle landen die Keyſerl. Maj. als Heere van deſe Landen toebehoren ende gebruyckt worden uit Abcou, Durſtede, Vrelant, ter Eem, Stoutenburch, ter Horſt, ende andere als weſende Furſten huyſen vry behooren te ſyn. Beheltelyck dat die andere Keyſerl. Majts Pachters int lant woonende mede als andere contribueren ſullen, als ſy van outs ter tyt van voorgaende Furſten gedaen hebben.* Verba autem chartæ, ad quæ Ordines reſpiciunt, inter cetera etiam hæc: *Item die rechte Ridderſcap van het Nederſticht, die veſten, huyſen, ende opgetogen bruggen hebben, ende*

andere

Digitized by Google

andere die de drie Staten 's Lants van Utrecht voor rechte Ridderſchap houden, ſullen van haer Ridderhofſteden, bouwhuyſen, ende wooningen, in ſulcke hare Ridderwooninge begrepen, van den huysgelde voorſz vry weſen, ende van haer bier, datſe ſelfs brouwen, ofte drincken op hare huyſen, niet geven. Vetus admodum illud jus nobilitati ob merita, ob toleratam militiam fo titer & ſuo ſumptu ab initio conceſſum. Hortenſ. *lib.* 1. *hiſt. Equeſtres homines ab initio, ſive id acciderat ob antiquam nobilitatem, ſive ob ſua in patriam merita, ſive per aliorum negligentiam, ad nullam contributionem, neque agrariam, neque ad cenſum domorum ruſticarum tenebantur, ut in vetuſtis rationibus & publicis perſcriptum tabulis videre adhuc licet.* Non fruſtra autem id adjectum, ut *prædium* ſit *nobile.* Plebejum & tributarium, etſi emptum à nobile, tributarium tamen manet. Quod & olim ita voluit Wilhelmus Comes III. Ann. 1323. *Wi Willem Grave van Henegouwen &c. maken condt allen luden, dat ſomme welleboren lude ende poerters ſcotbaer lant copen tote Aerlander vene, daer onſe ſcot ende jaerbede mede te minre wort, waerom dat wi ju verbieden, dat deſer tyt voirwaert niemant geen ſcotbaer lant en cope, es hi welgeboren iof poorter, dat lant en blive in ſulcken rechte, alſt nu is, van ſcote ende van coſte, ende van ander coſte, geduerende t'onſen wederſeggen. Gegheven in den Hagbe des Manendaghes na onſer Vrouwen dach int jaer ons Heeren* CIↃ. CCC. *en* XXIII.

ART. *XXII.

* Qui omiſſi Davidis ſunt.

Van appellation in Claringen.

Alle wedderſpraken ordel ſollen wi verklaren mit mannen, denſtmannen, und mit Schepenen van den Steden na des Landes rechten, und dit ſollen wy tho voren verkundigen laten van kercken tho kercken.

Quod facta in civilibus appellatio ad Epiſcopum controverti non debet. Exempla ſunt infinita. Sed & caſus excepti. Dixi *lib. de jur. glad. cap.* 30. *Claringe* hic definitio, deciſio, ſententia. Alibi nihil aliud quam prioris ſententiæ reſciſſio, aut approbatio, judicium appellationis, ut infr.

Digitized by Google

PARS II.

De Judicibus.

ART. † II.

† Primus Davidis eſt.

OCk *en ſal geen man unſe* (1) *Pander weſen, bie ſy* (2) *eyn gebaren denſtman des Stichtes van Utrecht.*

(1) *Pander* proprie eſt viator, qui ſententiam exequitur. *Inſtr. van den Hov. van Utrecht tit. van den Deurweerder ende Panders.* Hodie non tanti. Olim pluris ut videtur, & judici junctus apud Winhof, ut verbi gratia paulo infra: *Item alle Richters, Underrichters, unde Penders ſollen olt weſen* XXIV. *jaren und daer under nicht.* Et mox: *Item oft enich Richter, Schoute, offte Pander thot verſoeck eniger Parthien &c.* Vid. §§. *ſeqq.*

(2) *eyn gebaren deſtman.* Receptum paſſim id apud Belgas, ne alii quam indigenæ admittantur ad magiſtratus. Plerorumque etiam ſtatutis expreſſe id comprehenſum. Grot. *de antiquit. Reip. Batav. cap.* 5. Hooft *lib.* 1. *hiſt.* Reyd. *lib.* 5. *hiſt.*

ART. XII.

Van eenen Pantbreeff tho beſegelen ſalmen geven ſes gude olde Torneſche oft gelick payment daer voer.

Ses gude olde Torneſche. Moneta erat Gallica, nummis ſedecim æſtimata. Mentio in chartis frequens. Charta Ann. 1308. *enen goeden ouden groten Comincs tornoyſe van Vrancryck gereeckent over ſeſtien penningen, of payement, dat dair voor gaen ſal.* Charta Ann. 1326. *dertich pont ſwarter tornoyſen den groten over ſeſtien penningen gerekent. Penningh* erat denarius. *Denier* ut tum vulgo. Cujuſmodi duodecim faciebant obolum ſeu ſtuferum, ut vult Auctor libri, cui titulus, *t' Begin, Voortgang, en Eynd van d'Erfgravelycke Bedieninge cap.* 3. Charta Ann. 1348. *op ene pene van* XX. lb. *tornoyſen, den groten voor* XVI. *den tornoyſen.* Charta Ann. 1328. apud Miræum *diplom. Belgic. cap.* 91. *de quinque millibus librarum groſſorum nigrorum Turonenſium, groſſo Turonenſi pro ſexdecim denariis computato.*

einen

einen olden ſchilt. In Caroli V. diplomate, quod habes in præfatione ad hiſtoriam Amorfortiam, Ann. 1523. quadraginta duobus obolis ſeu ſtuferis æſtimatur. Sed æſtimatio fuit varia. Charta Ann. 1508. *ſub annuo pacto &c. duorum ſcudatorum antiquorum monetæ Regis Franciæ, quolibet ſcudato æſtimato ad unum & dimidium florenum Rhenenſem aureum pleni ponderis monetæ Electorum Imperii &c.* Ann. 1382. *ende niet boven vyf grooten der veertich gelden enen olden ſchilt.* Charta Ann. 1351. *den ouden gulden ſchilt voor twintich grooten gerekent of payement daer voor &c.* Charta Ann. 1414. *ſes bondert Vrancrycſche ſchilden, vier gouden Engelſche nobelen voor ſeven dier ſchilden gerekent.* Sed nec nummi valor ſemper idem. Nec ſatis ſcio an admitti poſſit, quod habet Auctor cujus memini. Duobus ſolidis Hollandicis, quorum quiſque olim ſeſqui groſſus, vidi alibi æſtimari, alibi tantum uno, ut in vetuſtis rationibus, quæ Comiti Hollandiæ à Quæſtore olim redditæ.

ART. XIII.

Wanneer ein Schotbaer man worde van einen Schotbaren manne beklaget vor unſen Gerichte unde vorwunnen, alſo dat hem unſe Gerichte pendede, daer van ſol die Rechter hebben VI. *penninge. Ock en ſal he geen pantgelt eyſchen ofte nemen van enigen manne, ten ſi dat bi ſinen boden dat voer gegeven hebbe tho penden. Und van beſettinge und ontſegginge ſal men nicht meer geven dan twee penninghe.*

Sportulæ judiciales ſtatutis paſſim definitæ. Tempore Epiſcoporum leves admodum apud Salios, ut exempli tantum cauſa:

Van een wette tho ſchryven I *mengelen wyns.*
Vor dat ſegel I. *kanne wyns.*
Vor eyns Richters brief van Lande ofte Rentben tho ſchryven, eyn half Heeren punt.
Vor dat ſegel eynen olden ſchilt.
Van eyn beſate tho doen II. *penninghe.*
Van eyn untſate II. *penninge.*
Van eyn inleydinge I. *olde ſchilt.*

Digitized by Google

Van eyn uthleydinge 1. *olde ſchilt.*

Van eyn pandinge tho done 1. *mengelen wyns.*

Vor upbedinge unde eygeninge eyn half Heeren punt.

Van eyn beymael tho holden van wegen eyn anklagende parthy twee olde ſchilde.

Van gevangen in den kerſpel tho wachten und tho waren IV. *Heeren punt.*

Sic Winhof in *not. h.*

ART. XIX.

Ock ſo en mach unſe Amptman (1) *geene ſchotbaer manne die in den Lande geſeten ſint baden tho waken, ofte tho graven, ofte tot jenigerhande denſt buten Landes, dat dede Landes noet ofte orloch, dat wy ofte unſe Amptluyde des tho done hadden buten Landes.*

Civium in diœceſi præclarum paſſim id olim jus. Nec ad bellum hi coacti extra urbis ipſius muros. De Trajectenſibus centum id ex his, quæ apud Hedam *hiſt. Ultraj. p.* 219. & 235. Idem aliis etiam datum.

(1) *ghene ſchotbaer mannen. Schot* cenſus, vectigal eſt. *Schotbaer*, qui id præſtat. Cujuſmodi autem cenſus hic pridem jam dixi *lib.* 4. *de Nobilit. c.* 9. Vaſalli non coacti ultra fines diœceſis, niſi ex gravi cauſa. Ita David Burgundus: *Item en ſollen wy in thokomenen tyden unſe leenmannen ofte unſe mansmannen nicht beloſten met unbeborlicke denſte tho done ofte doen doen, buten de palen unſes Stichtes in ſaken, die unſen Lande nicht an en gaen.* Et hinc cum Baro de Hierges Præfectus Trajectenſis cives Ultrajectinos quinquaginta poſtulaſſet Ann. 1576. ad Leccæ fluminis cataractas mictendos Vreeſvicum, non alia eos lege magiſtratus conceſſit, quam fide data non ceſſurum id in fraudem veteris privilegii.

ART. XX.

Waer dat onſe Amptluyde doen kundigen eyn graven, ofte eyn waken, (1) *daer en is eyn recht Setelgoedt nicht ſchuldich tho waken ofte tho graven.*

(1) *Daer is eyn recht Setelgoet?* Quodnam quæſo id aut cujuſmodi ?

Digitized by Google

juſmodi? An bona ad cathedram ſpectantia, Præſulis ſcilicet ſeu Epiſcopi? Nam *ſetel* ſedes ſeu cathedra eſt. *Tafelgoedt* etiam vocant. An eorum, qui pecunia ſervitia hæc redimebant? Unde & *Sitters* vulgo dicti. Supra qui Davidis eſt *art.* VII. *Item die Amptluyde, ofte Richters en ſollen geene Sitters hebben, noch niemant laten afkoopen, jaerlykes ſitte gelt tho geven ofte denſt dar vor tho done.*

ART. XXI.

Wert ſake dat enich man wer, die met rechte waken unde graven ſolde, die dat verſete, und hem gekundiget were, die broeke XX. *penningen tegen onſe Amptmans, und daer en ſal die pander nicht van hebben, und weer hie in ſyns Heren dienſt ſunder voerrade, die brake nit, dat en weer mit eyner gemeyner Lantweer, unde dat ſalmen kundigen over de kercke.*

De ruſticis ſermo hic, qui ad varia miniſteria terræ Domino obligati, ad curruum miniſteria, ad obeundas vigilias, ad foſſas fodiendas, ad vias, ripas muniendas, ad fœni convectionem, ad metendum frumentum, ad triturandum, colligendum, & à paleis ſecernendum. Unde & *miniſteriales*, *Dienſtmannen*, *Servientes*, & ab hoba *Hobarii*. Annal. Egmondani *cap.* 20. *& habebit à jam dicto monaſterio miniſteria curruum in Rynegum.* & mox. *Præterea ſecundum antiquam conſuetudinem villani de Egmonde & de Rynegum exhibebunt monaſterio ſua ſervitia, quando neceſſe fuerit, cum ſuis lectis, linteaminibus, ſuppellectilibus, & pulvinaribus.* Murenſi præſtita monaſterio extant in ejus Actis *p.* 37. *& ſeqq. A feſtivitate S. Andreæ uſque ad Purificationem S. Mariæ debet paſcere bovem unum vel vaccam, vel dare tantum fœni, quo poſſit paſci. Ex eo etiam tempore debent Hobarii viciſſim omni nocte vigilare, & damnum perſolvere, ſi aliquod contigit, in cujus evenerit vigilia. De feſtivitate autem S. Joannis uſque ad feſtivitatem S. Remigii ſerviunt quotidie, niſi feſtivis diebus.* Et hi etiam ut ſervi, ut mancipia, manumiſſi. Charta Ann. 1403. *Aelbrecht &c. doen cont allen luden, dat wy voor ons ende onſe nacomelingen quytgeſcolden hebben, ende ſchelden quyt mit deſen brieve om bede wille ons getrouwen des Abts van Egmonde, dien 't ons oock gebeden heeft, Gerrit Bartouts ſoon van Oyen, Alyt, Wilkem, Geertruyt, Dudwair, Clais, Bave, Griet, ende Catryn ſinen*

kinderen, van sulcken dienste, als daer si mit tot hair toe gedaen hebben geweest, toecomende van haire geboerte, ende geheiten s'Graven dienst &c.

PARS III.

De Criminalibus judiciis & causis.

Art. I.

Wopen geruchte an dat gerichte tho brengen.

Offte roeff edder brant in den Lande were, unde men wopen repe, die dan dat (1) *wopen geruchte horden, die sollen dat brengen an dat gerichte, unde volgen den gerichte, die des nicht en dede, die verloer tegen ons drie pont unser munte, offte gelyck payement daer voer, und daer en sal die Pander nicht van hebben. mer weer daer wee. de des nicht geweten en hadde, die mochte sick dat afnemen* (2) *met syner ener hant* (3) *up den hilligen, und wesen der boten quyt.*

Art. II.

Wert dar twee mannen bevonden op den velde, und erer twier ene wopen repe, und verbrachte he dat wopen geruchte nicht an dat gerichte, hi verloer XX. *penninge.*

Art. III.

Umme wat saken men mach over eenen klagen in eyn Heymael.

Niemant en sal den anderen wopen aver ropen, und laden met enen swerde then hogesten gerichte, dat en sy umme noet munt, edder umme dotslach, klachbar wonden, roeff, und umme brandt, und umme weldige saken, die an eyn lyff gaen.

(1) *Wopengeruchte.* Fletus clamori mixtus. *Wop* vetus vox Germanica, & nihil aliud quam fletus. *Wopen wir*, ploremus. Quam frequens hic olim clamor dixi *lib. de jur. glad. cap.* 38. Leges villæ de Arkes ab Abbate S. Bertini concessæ apud d'Achery *to.* 12. *Spicil. cap.* 42. *Siquis vero pro alia causa non judicata, & non in recenti malefacto fuerit captus, postquam per tres dies*

dies detentus fuerit, ſi nullus contra eum clamor apparuerit, liber abire permittetur.

(2) *Met ſyner enerhant.* Sua ſolius manu. Si plures conjuratores, ſex, ſeptem, verbi gratia, id jurare eſt, ſua ſexta, aut ſua ſeptima manu, *met ſyner ſeſter oft ſevender hant.* Chron. Virdunenſ. *to.* 1. *nov. Biblioth. apud Labb. p.* 261. *Purgationem Eduenſis ſuſcepit Lugdunenſi proſequente & juramentum ejus ita confirmante, Credo Norgaudum iſtum Eduenſem Epiſcopum vera juraſſe, Cabillonenſi quoque in id conſentiente & idem jurante.* Vid. *tit ſeq.* §. 1. Bignon. *ad Marculf. lib. formul. cap.* 28. *& lib. de jur. glad. cap.* 38. *n.* 4.

(3) *Op den billigen.* Sacroſanctis Evangeliis, aut cruce, aut reliquiis, aut capſa tactis, quæ eas continet.

ART. VII.

Wert ſake dat van ongelucke ein dotſlach geſchege in den Lande, die daer mede weren, und ſchult an hadden, den machmen wopen aver ropen, und leggen ſi fredeloes.

Lex Cornelia de ſicariis punit dolum, non caſum, *l.* 7. *l.* 14. §. 1. *ff. ad leg. Corn. de ſic. junct. l.* 1. §. 3. *ff. eod.* niſi forſan cum caſu etiam dolus concurrat, ut ſi quis lapſus in perſonâ pro Titio occidat Mævium, *l.* 1. §. 3. *ff. de inj.* Quod caſu quidem quod ad Mævium, ſed dolo, quod ad percuſſorem fit, & dolo, qui ſufficit, ut quis gladio puniatur, *d. l.* 14. §. 1. *d. l.* 7. *l.* 5. *C. eod.* §. 5. *Inſt. de publ. jud.* Et eo pertinent *l.* 1. *ff. de legib. l.* 2. *in fin. ff. de term. mot. l.* 43. §. 4. *ff. de furt.* Amay. 1. *obſ.* 3.

ART. VIII.

Van Fredeloeſen.

Die met rechte (1) *fredeloſs gelecht wert, de is unveylich ſyns lyves, he is* vellich *ſyns gudes, van doetſlage, oft klachtbaren wunden. Und ein fredeloſen man den ſollen wi oft onſe Amptmans genen freden, vorwert, ofte ſone geven buten den Kleger. Unde desgelicken en ſollen die klegers buten ons oft onſe Amptlude. Und wert ſake datmen an den dootſlage wen ſchult gave, de gene ſchult en*

[illegible], [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], (2), [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

(1) [illegible] Qui nec a suis propinquis nec ab aliis quovis [illegible]. Quem armis persequi cuique licet. Quem siquis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], & ipse, ac si [illegible] & tanquam [illegible] [illegible], [illegible] qui [illegible], c. § 2 Landrecht van Overijssel 2 tit. 22 § 1 & 3. Ceterum quoties olim facta fuerit inter propinquos quoties erat vetus bellum. Inducias petunt, [illegible] [illegible]. Nec quis, nisi [illegible] aut [illegible], aut inducias magistratus inter partes sanciret. Et hae saepius repetitae. Aliae [illegible], aliae [illegible] aut [illegible], prout tempus definitum, ut notavimus de eo locus apud Rodulphum Glabrum lib. 5. cap. 1. *Contigit itaque in tempore inspirante divina gratia primitus in partibus Aquitanicis, deinde paulatim per universum Galliarum territorium firmari pactum propter timorem Dei pariter & amorem, taliter, ut nemo mortalium à feriae quartae vespera usque secundam feriam incipiente luce ausu temerario praesumeret quippiam alicui hominum per vim auferre, neque ultionis vindictam à quocumque inimico exigere, nec etiam à fidejussore vadimonium sumere. Quod si ab aliquo fieri contigisset contra hoc decretum publicum, aut de vita componeret, ut Christianorum consortio expulsus patria pelleretur, hoc insuper placuit universis, veluti vulgo dicitur, ut* * *Treuga Domini vocaretur.* Sigeb. *ad Ann.* 1033. Strauch. 2. *amoen. jur. Can.* 9. *cap.* 15. Formulam securitatis à propinquis concessae habes apud Marculfum *lib.* 2. *cap.* 18. Habes inter incerti Auctoris formulas apud Bignonium *cap.* 23. & inter formulas Romanas *cap.* 39. Quam magistratus dedit, exemplum est *lib.* 4. *de Nobilit. cap.* 34. Et sunt plura in plebiscitis, ut verbi gratia Ann. 1383. des Vridages na Bartholomei: *Gister morgen wert een knaep dootgeslagen opt Veen, gebeten Jan van der Lo, dat setmen in vreden van al den onscaldigen magen op beyden siden, de in der Stat ofte in der Stads vryheden woonaftich syn, duerende tot St. Lambertsdaghe toe naestcomende ende dien dach al.* Ex iisdem plebiscitis Ann. 1387. op dertienden avont: *Den vrede van onse Borgeren verlengtmen tot beloken Paschen toe naestcomende ende dien dach al, in allen manieren, alst haer toegecomen is.* Des Sonnendages tot beloken Paschen Ann. 1387. *Den vrede*

* Monit. du Cange gloss. in Treuga. Ideo Beneventanus ad Ann. 1123. de synodo habita sub Callisto II. *Inter caetera vero, inquit, quae ibi statuta sunt, treugam Dei tenendam posuerunt.*

Digitized by Google

vrede van onſe Borgeren verlentgmen tot Sinte Lambrechts daghe toe naeſtcomende, ende dien dach al &c. Nec otioſum id *van al den onſchuldigen magen.* Charta Philippi Ducis Ann. 1455. quæ extat inter privilegia Kennemariis conceſſa p. 52. *dat ſo wanneer in onſen lande voorſz &c. daer eenich vechtelyck geſchiet, daer dootſlagen, leemten, of quetſingen af komen, dat die maghen van beyde partyen, die niet mede in vaerde noch in velde geweeſt en hebben &c. na den vechtelyck voorſz enen goeden vaſten vrede hebben ſullen ſes weken langh.*

(2) *Und ein ſcotbaer man mit ſynre twelfter hant.* Notanda hic differentia inter *ſchotbaer* & *denſtman. Denſtman* hic nobilis. *Schotbaer* etiam *een denſtman*, ſed non ob genus & proavos, ſed ob cenſum, quem præſtat.

ART. IX.

Die enen fredeloſen man binnen Landes huſede ofte hevede, die verloer tegen ons drie pont, mochtmen hem averwiſen alſt recht is. Wert dat hem ock iemant vorwerde, die were gelick fredeloes.

Nulla hic contrarietas. Qui ſciens tecto tantum recipit tribus libris punitur. Qui & recipit & tuetur, & quod plus eſt tuetur armis, & ipſe eſt pacis exſors. Æquius non nihil id & Quiritium jure veteri & ſcitis Pontificum Quibus excommunicatum aut aqua & igni interdictum ſimpliciter tantum ſuſcepiſſe viſum capitis pœna dignum. Plutarch. *in Syll. cap.* 63. *Qui proſcriptum excepiſſet atque ſervaſſet, humanitatis præmium ſupplicium capitis ſtatuit.* Add. eund. *in Cicer. c.* 44. Senec. 4. *de benefic. cap.* 38. Certe excommunicatum qui recipit, & ipſe eo ipſo excommunicatus, traditus Sathanæ, inferni ignibus uſtulandus. Adrianus Papa apud Holſten. *collect. Rom. part.* 2. *Nobis coram ſynodo rationem ponat, & qui cum eo in locutione, cibo, vel potu communicaverit, pari cum eo excommunicatione teneatur annexus.* Stephan. Tornacenſ. *Burgenſem, qui eum in domo ſua receperat, excommunicationi ſubjeci.* Alteſerr. *ad cap. Quod in dubiis. ext. de ſentent. excomm. & ad cap. ſacris. ext. de h. qu. vi met. ca.*

Digitized by Google

Art. XIII.

De Accusationibus.

Van dilatien ofte Verstes in een Heymael.

Oft eenen geladen worde ten ingesten gerichte met eenen [illegible], ende een Heymael gewegest worde, ende die geene die syne rechten dinge in dat Heymael, ende die klager synen Versprake name, ende klaegde met een [illegible] op hem. die geene daer men op klaegde, quame vor dat Heymael, daer klaegde die eene op den anderen met synen vorspraken, want [illegible] weer gezamen is, [illegible] dat gerichte nicht vertsen, dat en weer met willen des Klegers, ende des geens daer men op klaget, mer eer dat tyt noch dat gerichte nicht vertsen, ten weer dat ende den Richter van noetsaken so belegen waer, dat die nicht richten mochte.

Reos aut velox pœna debet statim subducere, aut diuturna eos custodia non debet macerare. *l. 5. C. de cust. & exh. reor.* Odiosa hinc in causa criminis omnis dilatio. Mox postquam captus in jus reus est deducendus. Saltem intra triduum, ut Medioburgi, ut Sylvæ ducis. *Costuymen van Middelburch p. 14. van 's Hertogenbosch part. 1. tit. 18.* Idem debet aut absolvi, si probationes deficiant, *l. 4. C. de edend. Ordonn. en manier van procederen voor den Rade van Brabant art. 465.* aut condemnari, si satis fortes, *l. ult. C. de prob.* Si dubiæ, & nimis leves, nocentem præstat absolvere, quam innocentem condemnare, *l. 5. ff. de pœn. l. 47. ff. de obl. & act.* Ad conquirendas probationes si petatur dilatio, reo tres dilationis, duæ accusatori dantur, *l. ult. ff. de fer. & dil.* Plures reo quam actori, quod in actoris sit potestate agere quando vult, in rei autem non sit conveniri quando vult, *l. 1. §. fin. ff. de dol. mal. & met. exc.* Is certe est rei favor, ut & ad respondendum ei detur dilatio, *l. 1. pr. ff. de edend.* Exemplum apud Eusebium est *lib. 1. hist. cap.* 17. *Accusavit, & Christianam esse detulit. Et illa quidem libello tibi oblato, sacratissime Imperator postulavit, ut prius rei familiaris procurandæ atque administrandæ sibi facultas daretur, ac domesticis recte constitutis accusationi responsuram se esse pollicita est. Idque tu mulieri permisisti.* Ultro alioquin etiam judex dat, quoties ipsi

non

non liquet. Cic. in Brut. *Cum Conſules re audita amplius de conſilii ſententia pronunciaviſſent, paucis interpoſitis diebus iterum Lælium multo diligentius meliuſque dixiſſe, iterumque eodem modo rem à conſulibus eſſe prolatam.* Liv. *lib.* 43. *cap.* 2. *Bis ampliatus eſt, tertio abſolutus reus.* Idem *d. lib. Graviſſimis criminibus accuſati ambo, ampliatique, quum dicenda de integro cauſa eſſet, excuſati exilii cauſa ſolum vertiſſe.* Valer. Max. *lib.* 8. *cap.* 1. *n.* 11. *Cujus cauſa quanquam graviſſimis criminibus erat confoſſa, ſepties ampliata, & ad ultimum octavo judicio abſoluta eſt.* Add. Lipſ. *ad Senec. Marc. cap.* 10. Hodie omnis dilatio arbitraria eſt plerumque. Ad actum quemque expediendum vulgo una tantum datur. Intra quam ſi non fiat, propter quod quis eam petiit, prorſus deinceps excluditur ab implendi id facultate, niſi aliud judici adhuc viſum. Gregorius Papa *lib.* 10. *epiſt.* 1. *Nam & in cauſis ſecularibus ad hoc frequenter benignus concedit judex inducias, ut qui ante paratus non fuerat poſtmodum paratus ad judicium veniat.* Bart. *ad l.* 1. §. *ult. ff. de edend. & ad l.* 2. *C. eod.* Guid. Pap. *qu.* 245. Imb. 1. *Inſtit. for.* 17. *lit. d.*

ART. † XV.

Broeke des genen, die ſyn klage nicht vervolgede.

† Articuli hic omiſſi Davidis Burgundi ſunt.

Die den anderen wopen over rope voer onſen gerichte, and volgede der klager nicht, die verloer IV. *ſchellinge tegen dat gerichte.*

Hier wert gereden, inquit Winhof, *wo dit mit den antegger ſolle geholden werden, die uth bleve, unde die klage lete vallen, dan wo ick ſegge, ſo wert van deſſer ſaken in deſſen artikel alleene wat vermeldet unde gerort, ſunder geen grunt lick bericht gegeven &c.* Paucis habendum ita: Nemo aut agit aut accuſat invitus, *l un. C. ut nem. invit. ag. vel accuſ. cog.* Experitur, qui vult. Verum ei, qui cœpit, neceſſe eſt ut pergat. Accuſator ſi deſiſtat, non impetrata abolitione, extra ordinem punitur, *l.* 1. *pr. ff. ad Sen. Turpil. l.* 2. *C. eod.* Unde & ad accuſandum, ſi non prius ſatisdet de perſiſtendo in judicio uſque ad ſententiam, & inſcribat in crimen, nemo admittitur, *l.* 3. *pr. & §§. ſeqq. ff. de accuſ. l.* 2. *C. ad Sct. Turpil.* Cuj. *par C. de accuſ.* Actor ſi deſiſtat, in expenſas condemnatur, reum autem ab inſtantia judex interim abſolvit, *l.* 13. §. 2. *C. de judic* Advysb. 4. *conſ.* 142. Poteſt agi etiam ad hoc, ut

Digitized by Google

l. ex facti sui circumstantia, actioni perpetuum non imponatur [illegible] ex L. scilicet ex famam C. de [illegible]. L. [illegible] 35. ff. de re jud. [illegible] 44. Wallen. pract. jud. cap. 3. n. 4.

Art. XVIII.

Een gemeene regul in pynlicken klagen.

Wie ein liff wil winnen voor den Gerichte mit klage, die moet ein liff weder verleyen, wurde hi der klage vervellich. Dat waer dat ein man van doetslage, ofte van wonden verklaget worde voor dat gerichte, unde untginge hi mit rechte, so en hadde die klager gein liff verloren.

Non quivis, qui non probat, sed qui dolo & per calumniam crimen objicit, punitur, & in poenam incidit talionis, *L. ult. C. de accus. L. 1. §. sed non utique & §. seq. ff. ad Sc. Turpil. L. fusibus 16. C. ex qu. caus. inr. inf. L. 3. C de calumn.* Talio similitudo supplicii est, cum quam reus subiisset, si verum fuisset crimen, subit poenam accusator *d. L. ult.* Symmach. 10. *epist.* 70. *Quid habeat conditionis inscriptio justis prae ceteris juris publici conditores DD. Imperatores. Provisum est enim, nequis temere in alieni capitis discrimen irrueret, ni se ejusdem poenae sponsione vinciret.* & mox: *Eo denique res rediit, ut à partibus Africani accusationis omisso desperatione pateretur. Supererat, ut crimine non probato in accusatorem formidata reis poena transiret.* Georg. Alexandria. *apud Phot. p. 262. Longi interim fratres Theophilum oblatis libellis accusabant, & suasit hic vicissim quibusdam, ut illos accusarent. Tandem cum nihil hi probare adversus Longos possent, in custodiam missi, flagellisque graviter caesi, partim in vinculis mortui sunt, partim in insulam &c.* Etsi autem nihil aequius quam necis artifices arte perire sua, ut est apud Ovid. *lib. 1. de art. amand.* talio tamen passim in desuetudinem jam abiit. Rebuff. *ad const. reg. proem. gloss.* 5. *n.* 105. Imb. *Inst. for. lib.* 3. *pr.* Zyp. *lib.* 9. *tit de accus. & tit. de pen.* Brunem. *ad d. L. ult. C. de accus.*

Art.

ART. XXII.

Van Luyden tho höden.

Dat Lant derff geene luyden hôden op den kerckhoff, oft anders wer, ten waer dat daer eyn doode tegenwoordich weer, offte dat idt misdadige luyden weren, offte dat ſi unſe ofte unſes Stichtes viande weren, die ſullen die luyde van den kerſpele hoeden, daer dat inne geſcheen is. Die dat met rechte doen, ſollen hôden drie dage unde drie nachte, unde nicht lenger.

Jus aſyli habent loca ſacra, aræ habent, cœmeteria §. 2. *Inſt. d. h. qu. ſu. vel al. jur. l. ult. C. de h. qu. ad eccleſ. conf. Nov.* 17. *cap.* 7. * Tuentur tamen non noxios, ſed innoxios, *d. Nov.* Noxii hinc rurſum ejici & ad ſupplicium poſſunt rapi. Invitis quidem Pontificiis, quibus aliud uſitatum, ſed quibus clerus non tanti & quos nimia ſuperſtitio nondum egit tranſverſos, ne ſcelus ſcelere cumuletur, & major ſemper ad peccandum huic occaſio paſſim detur, jus Romanum ſecuti in uſum reduxerunt, quod cautum *d. Nov.* Factum id jam olim Edictis Principum variis. A Conſtantino Porphyrogenneta *Nov.* 12. A Carolo Magno apud Goldaſtum *to.* 3. *conſt. imp. cap.* 8. *Ut homicidæ aut cæteri rei, qui legibus mori debent, ſi ad eccleſiam confugerint, non excuſentur, neque eis ibidem victus detur.* A Rudolpho van Diepholt Epiſcopo Trajectenſi Ann. 1424. *Item of enich om eenige miſdaden wille, die by miſdaen hadde, in der kercken of op den kerckhove ginge, dien de vryheyt van der kercken niet en ſoude mogen beſchutten volkomelick na beſchreven rechten, dien miſdadigen ſal onſe lieve Heer den Hertoge van Bourgognen, Grave van Hollant mogen doen nemen van der kercken, ſonder daerom te violeren of interdict te weſen.* A Rege Hiſpaniarum Philippo II. Ordonn. *opt ſtuck van de criminele juſtitie art.* 66. Statutis Antverpienſium idem cautum expreſſe *tit.* 17. *in fin.* Nec exempla etiam deſunt. De extractis ad ſupplicium Ann. 1560. ex monaſterio Toloſatium exemplum habet Bodinus. *lib.* 3. *de republ. cap.* 7. Add. Rebuff. *ad conſt. reg. to.* 2. *tit. de immun. eccleſ.* Farinac. *prax. crim. to.* 1. *qu.* 28. *per tot.* Papon. *lib.* 11. *cap* 1. *arreſt.* 17. *& ſeqq.* Cleri licentia certe hac in re olim nimia. Abbonis Abbatis canones apud Mabillon. *lib.* 2. *analect. cap.* 1. *in fin. Si vero aliquis extrahere de*

* Sidon. Apollin. 2. *epiſt.* 1. *Implet quotidie ſylvas fugientibus, villas hoſtibus, templa reis.*

Digitized by Google

[illegible] sancti quemlibet reum quacunque ratione temptaverit, capitali supplicio est damnandum. Auctor vitae S. Meinwerci apud Browerum *cap. 48. Persona operis castellum in introitu urbis [illegible] ministerium [illegible] fecit, dimisit, & aufugiens, ut [illegible] lege conventus, & sententiae damnationis addictus, capitalem [illegible], addicta poene [illegible] est.* Ejicere reum de ecclesia alibi quidem licuit. Alibi autem non licet. Decretio Childeberti Regis apud Goldast. in *3. const. imp. cap. 5. Si ad ecclesiam confugerit, reddatur ab Episcopo, & sine ulla precatione exinde separetur.* Decretio Clotharii Regis apud eund. *ibid. cap. 13. Nullus latronem, vel quemlibet culpabilem, sine jussione Episcopi conventu, de atrio ecclesiae trahere praesumat.* Charta Ann. 1324. Wilhelmi Comitis III. *Wi Willem Greve &c. maken cont allen luyden, dat wi over een gedragen sijn met onsen Scepen ende gezworen Scepen ende Raet van onser Stede van Dordrecht, so wie dat misdoet binnen onser voirscreven Stede, of daer uyt gebannen off geset wort van ons [illegible] sy, ende die ghene trecket in eenige kercke binnen onser voirscreven Stede om bescut te hebben van dese voirsz sake, dat die Rechter, die in dien tiden wesen sal binnen onser voirscreven Stede tote dien persoen in die kercke gaen sal, ende bidden hem, wil hi uter kercke gaen, hi sal't selve daer uyt leyden op syn behoit, ende wil hi op die voirwaerde niet uyt der kercke gaen, so sal hem onse Rechter voirsz. uyt der kercke nemen, ende doen hem recht van sulcken misdaet, als hi misdaen hevet, als onser Stede gelegen is, &c. Gegeven tote Dordrecht int jaer ons Heeren* CIↃ. CCC. XXIV. *op Sinte Niclais daghe.* Alii clero invito nequaquam id quidem ausi, ne evaderet tamen reus, ignem aedibus admoverant, ut vel fumo vel flammis coactus tandem se dederet. Gregor. Turonens. *lib. 9. hist. cap. 10. Qui cum ista narrassent, ait rex Guntchramnus, Injicite ignem in domum, & si exire nequiverit Episcopus, pariter concrementur. Haec audientes clerici, effracto vi ostio, sacerdotem ejiciunt foras.* Hactenus ethnicos imitati. Nam & leno apud Plautum ignem poscit, ut ancillas ara, ad quam perfugerant, admoto igne detraheret, *Rudent. act. 3. sc. 4. Ibo, hercle, aliquo quaeritatum ignem. Ignem magnum hic faciam. Imo hasce ambas hic in ara &c. comburam.* Altesert. *d. loc.* Porro atrio, coemiterio, idem jus quod ecclesiae. Etiam extra coemiterium in ecclesiae circuitu XXX. passus erant sacri, aut si coenobium

LX.

IX. Et hos *passus* vocat *ecclesiasticos* Joannes Papa VIII. Canonicum spatium Innocentius Papa III. *lib.* 1. *epist.* 162. Sacra septa etiam dixere, salvatorium, salvitatem. Dixi 2. *Man. ad jus Canon.* 7. Brouwer. *ad Acta S. Ludger. cap.* 24. Strauch. 2. *amæn.* 9. *cap.* 15. Cruces ambitum designabant, nequis forsan imprudens non concessa attentaret. Calixti Papæ II. charta, quæ est inter Probationes *hist. Trenorcienf. apud Chifflet. Ann.* 1122. *Porro salvitatis & securitatis termini, qui per positas in spatioso monasterii circuitu cruces distincti sunt, ita firmi omnino & inviolabiles conserventur, ut nulli prorsus facultas sit infra eos depræda tionis vel assultus facere, aut temeritate qualibet graviores cuiquam injurias irrogare.* Apud nos ad templa nec rei criminum nec obærati confugiunt. Domus precum est domus Dei, non spelunca latronum, decoctorum &c. Jo. Petr. de Ferrar. *in form. inquisit. pr. & in fin.* Vinn. *ad §. 2. Inst. de h. qu. su. vel. al jur.*

PARS IV.

De non evocando & foro competenti.

ART. I.

NEmant sal gerichte söken buten Landes in ein ander gerichte, dat en weer datmen bewysen mochte, dat wy ofte onse amptlude hem rechtes weygerden.

Hodie quisque est conveniendus vel in loco domicilii vel in loco rei sitæ. Locus contractus in desuetudinem jam abiit. Christin. 2. *decis.* 164. Costal. *ad l.* 19. §. *siquis ff. de jud.* Gail. 2. *obs.* 36. *n.* 14. Burgund. *ad cons. Flandr. tr.* 2. *n.* 5. & 23. Ant. Fab. *Cod. lib.* 4. *def.* 4. *tit.* 15. Potest sisti, ubi contraxit quis, conveniri non potest, Wassen. *pract. judic. cap.* 1. *n.* 6. Actio in personam in loco domicilii. *l.* 2. *C. de jurisd. l.* 1. & 2. *ff. de reb. auct. jud. poss.* in rem autem instituenda vel in loco domicilii, vel in loco rei sitæ, *l. ult. C. ub. in rem act. l. ult. vers. nihil enim prohibet. C. de præscr. long. temp. l.* 10. *ff. de rei vind. l.* 38. *ff. de jud.* Locus domicilii est, ubi habitat quisque, ubi rerum ac fortunarum suarum summam constituit *l.* 7. *C. de incol.* Extra provinciam ergo, nisi extra eam reus habitet, actio

actio in perſonam inſtitui non poteſt. Goldaſt. *l. cauſ. imp.* 2. *p.* 339. Contra actio in rem poteſt, etſi extra provinciam proponatur res ſita, *arg. d. l. ult.* & ſive reus ibi ſit, ſive non ſit, ibi poteſt, *l.* 2. *l. ult. C. ub. in rem act. l. ult. C. de præſcr. long. temp. verſ. Quid enim prodeſt. l.* 10. *ff. de rei vind. l.* 38. *ff. de jud. verſ. ſi autem.* L. van de Pol *de exhered. & præter. cap.* 82. *n.* 2. & 3. Si non ſit citandus, evocandus edictis. Bruneman. *ad. l. un. C. ubi de hered.* L. van de Pol. *d. loc.* Et hactenus hac in cauſa evocatio procedit. Sed non eſt proprie hæc evocatio, cum judex rei ſitæ non illegitimus, ſed legitimus reſpectu illius rei, & ordinarius ſit judex, *d. l. ult.* Qui domi enim ordinarius de rebus extra territorium ſuum fruſtra jus dicit, *l. ult. ff. de juriſd.* Actione autem in perſonam ut à ſuo judice, cui paret, & quem agnoſcit ut ordinarium, prima in inſtantia alio evocetur quis, ferri non poteſt. Cauſa hæc vel præcipua Belgicorum tumultuum, qui avorum memoria, quod ex quavis provincia quivis ad execrandum & ſanguinarium tribunal id, cujus Præſes erat Vergas, citaretur Bruxellas, fractis civium privilegiis, ſpreta judicis ordinarii poteſtate & neglecta. Scio, ad judicem eccleſiaſticum etſi extra provinciam citatio olim frequens. Sed quæ multis tamen modis ob ſummam rei iniquitatem, quæ lapſu temporis tandem patuit, paulatim repreſſa. Ex quavis terrarum parte citati, fateor, olim Romam. Coloniam item Agrippinam Hollandi, Gelri, Trajectenſes, ad audientiam Electoris, ad quem ut Archiepiſcopum ſpectabant in eccleſiaſticis aliquot diœceſes, & inter ceteras etiam Trajectenſis. Vid. *lib. de jur. glad. cap.* 30. Verum res hæc terrarum Dominis, ut cum damno facultatum ſubjectis imponens onus, quod nimis grave & immodicum, multum diſplicuit. Extat Maximiliani Imp. conſtitutio Ann. 1505. qua vetat ſub gravi pœna, nequis homines Imperii ad judicium Pontificis Romam audeat evocare apud Goldaſt. *to* 3. *conſt. imper. in fin. p.* 659. Aliorum etiam extant, quibus judicis ordinarii firmata authoritate omnis extra provinciam evocatio inhibetur. Ex Actis Ultrajectinis: *Item ymant t'ſy man ofte wyf, burger ofte gaſt, die ymant van onſen Burgeren aenſprack voor enen geeſtelycken oft voor eenen weerlycken rechter van trouwe oft van echtſchap buyten oorlof des Raets van onſer Stadt, die ſelmen de Stadt uytluyden met die clock* c. *jaer ende enen dach, ende daer en*

tende

tende ſel by onſe Stadt geven hondert duyſent ſteens, ende waer by onſe Burger, ſo waer by ontburgert. (1) Wilhelmi Comitis Tertii charta Ann. 1328. *Wi Willam Grave van Heynnouwen &c. maken condt, dat wi gegheven hebben onſen luden van Wieringer lant gemeenliken, datmenſe voirwaert niet daghen en ſal buten hoeren lande, ten ware van huwelicksſaken, van teſtamenten, des men niet gelyen woude, iof die geſlegen, iof gequeeſt hadde Papen iof Clercken. Dit ſal geduren tot onſen wederſeggen. Gegheven tote Haerlem des Sonnendachs na Sinte Katherinen dach int jaer ons Heeren* CIↃ. CCC. *acht ende twintich.* Ejuſdem charta Ann. 1316. *Willem Grave van Heynegouwen &c. an onſen Bailju van Delflant ende van Scielant, die nu is, iof hier na weſen ſal Saluut. Want omme des wille datmen dicke onſe poortere van Delf ende onſen luyden van juwer Baljuſcap hier te voren gepynt heeft alſe van te daghene totè Utrecht omme ſcult ende andere ſaken, welc wi niet langer gedoghen en willen, waeromme wi ju ontbieden, iof ymant enigen brieff bringet van Utrecht, omme jemant te dagen van onſen lande, die te juwen Baljuſcap toebeboert, dat ghi den genen die den brief brenget van onſen wegen houdet in ſeker hoede, want wi willen dat onſe lude berecht ſyn na den rechte van onſen lande, van ſchult ende van andere ſaken, die den weerliken rechte toebeboren, ende hier of ſullen wi ju ſcadeloes houden. Ende dit ſal geduren tot onſen wederſeggen. In oerconde &c. Gegheven in den Haghe Dinxendaghes na dertiendaghe int jaer ons Heeren* CIↃ. CCC. *ende* XVI. Prorſus neceſſaria hæc ad ſervandum cuilibet integrum ſuum jus. Inoleverat enim paſſim jam, ut & laici laicos, ſed contra fas & æquum, in cauſis mere profanis à ſuo judice evocarent ad quemvis alium incompetentem, etiam ad eccleſiaſticum, ad Archiepiſcopum

(1) Ex iiſdem Ann. 1478. des Dinxdachs na Andreæ 1. Decembr. *Want Jannes van Mekeren Jans ſoen van Mekeren ene citatie mit eenre inhibitie binnen onſe Stat van buten gebracht, ende die geexequieert heeft tegens onſe onderſaten, twelk tegens ende contrarie onſer Stat rechten is, daerom hebben die Rade out ende nywe overdragen, datmen den voorſz Jannes onſe Stat verbieden ſal tien jaer langh, ende ene mile van der Stat te bliven, oock eweliken uter Stat te weſen op ſyn lyf. Ende want Henrick van Heuſden Prieſter die voerſz citatie ende inhibitie impetreert ende gewonnen gehadt heeft contrarie die voerſz rechten, daerom ſelmen dat tegens hem vervolgen met rechte.*

Digitized by Google

copum Coloniensem, quod facilior apud eum & condemnatio & executio, in absentem, & contumacem, quo nihil erat terribilius, parato fulmine Pontificio. Atque eo tum processerat, de qua passim tum querelæ, cleri partim protervia, partim etiam ambitio, quam & ultro agnovit, & rogatu Trajectensium repressit etiam quadamtenus Julius Papa II. concesso his privilegio de non evocando eos ad tribunal ecclesiasticum in causis mere profanis. Verba rescripti hæc sunt: Julius *Episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad Apostolicæ dignitatis apicem divina disponente clementia meritis licet imparibus assumpti ex commisso nobis Pastorali officio votis singulorum Christi fidelium, quorum nobis cura incumbit generalis, per quæ eorum commoditatibus consulatur & indemnitatibus obvietur, libenter annuimus, & ea favoribus quantis cum Deo possumus prosequimur oportunis. Sane pro parte dilectorum filiorum Burgimagistrorum, Scabinorum, & Consulatus Civitatis Trajectensis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet ipsi Archiepiscopo Coloniensi pro tempore existenti in casibus mere prophanis non sint subjecti, tamen ipse Archiepiscopus in civitate, diœcesi, & Provincia Coloniensi Apostolicæ Sedis Legati nati officio fungens dilectos filios, cives, incolas, & habitatores dictæ civitatis Trajectensis mere laicos in causis mere prophanis, & quæ ad forum ecclesiasticum nullatenus spectant, ad aliorum laicorum instantiam coram se ad judicium evocari facit in non modicum ipsorum incolarum & habitatorum præjudicium & detrimentum, ac jurisdictionis judicum Ordinariorum secularium, ad quos id spectat, contemptum, perniciosumque exemplum, & scandalum plurimorum, & sæpenumero contingit, quod laici volentes judicium suorum judicum temporalium Ordinariorum evitare, & alios laicos fatigare laboribus & expensis, in causis etiam mere prophanis eos trahunt coram judicibus per sedem prædictam delegatis, ex quo totaliter enervatur ordinaria jurisdictio judicum laicorum eorundem, & ipsi incolæ & habitatores laboribus & expensis prægravantur, cum propter hoc cogantur in remotis partibus litigare. Quare pro parte Burgimagistrorum, Scabinorum, & Consulatus prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut eorum commoditatibus ac ad evitanda damna & pericula hujusmodi in præmissis oportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui singulorum incommoditatibus & dispendiis obviare & unumquemque in suo jure & auctoritate conservari cupimus, Burgimagistros, Scabinos, &*

Con-

Consulatum prædictos, ac ipsorum singulos à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, siquibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, quod de cetero cives, incolæ, & habitatores dictæ civitatis Trajectensis nunc & pro tempore existentes perpetuis futuris temporibus in causis mere prophanis, civilibus, criminalibus, & mixtis, quæ ad forum ecclesiasticum non pertinent, quamdiu parati erunt stare juri coram eorum judice temporali dictæ civitatis Trajectensis, coram Archiepiscopo, & ejus Commissariis prædictis & quibuscunque judicibus delegatis ad ecclesiasticorum vel laicorum instantiam etiam prætexta quarumcunque literarum Apostolicarum, etiam quibuscunque Studentium universitatibus concessarum, & quo etiam cum quibusvis clausulis etiam derogatoriis, fortioribus, & præsentibus literis derogantibus, sub quibuscunque verborum formis emanaverint, viduarum & aliarum miserabilium personarum, ac denegata justitia causis duntaxat exceptis, inviti trahi non possint, auctoritate Apostolica, & ex certa nostra scientia tenore præsentium statuimus & ordinamus, ac civibus, incolis, & habitatoribus prædictis concedimus & indulgemus, irritum quoque & inane decernimus, quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, non obstantibus præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, statuti, ordinationis, concessionis, indulti, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ CIↃ. IↃ. *sexto,* III. *Non April, Pontificatus nostri anno tertio.*

Et hactenus quidem Julius. Adderem chartam etiam Leonis X. quam Winhof hic meminit, sed quia nimis prolixa est, edam alia occasione. Hodie forum ecclesiasticum apud nos nullum, omni animâ, ut oportet, magistratui subjecta, 23. *ad Rom.* pr. qui & anxie satis curat, nequis civium abstrahatur ad tribunal extraneum, aut fiat quid, quo capiat quoddam civitas præjudicium. Hollandis jus est, quo nihil certius, &

Digitized by Google

quod ut minime controverſum jam ab omni memoria tuentur mordicus & defendunt. Et notabile eſt decretum, quod ſuper ea re prodiit Ann. 1677. 15. Sept.

De Staten van Hollant ende Weſtvrieslandt allen den genen, die deſen ſullen ſien ofte hooren leſen Salut. Doen te weten, dat wy naer voorgaande deliberatie goetgevonden, ende verſtaen hebben te verklaren, dat het binnen onſen hoochgemelten lande van Hollant ende Weſtvrieslant een indiſputabel recht is, dat geene, ingeſetenen van den ſelven lande, niet fugityf weſende, noch oock in flagranti delicto geattrappeert werdende geapprehendeert ofte te recht geſtelt mogen worden anders dan door den Officier, ende voor den Rechter, beide in haer reguard ordinaris, dagelycks, ende competent ſynde. Ende op dat alle Officieren ende gemeene ingeſetenen dien aengaende behoorlyck ſouden mogen weſen geinformeert tot hare narichtinge, ſoo begeeren wy, dat deſen alomme gepubliceert ende geaffigeert ſal werden, daer het behoort, ende in gelycke gelegentheden te geſchieden gebruyckelick is. Gedaen in den Hage onder het kleyne ſegel van den voorſz Lande den XV. *Sept.* CIↃ. DC. *ſeven en t'ſeventich.*

